Ἀλλὰ δήσει ἡμῖν ἐπικλεισθῆναι τὴν οἰκίαν ἐπαντλουμένην] Certissima est meo judicio, Eruditissimi Gronovii mei emendatio, rescribentis ἐπικλυσθῆναι. Id namque verbi hic requiritur. Noster in Timone T. I. §. 18. φάσαι βυλόμενος τὴν ἐπιφορὰν, μὴ ὑπάνταλος εἴσεσθαι, ἐπικλύσω αὐτόν. J. J.

4. Ἐπικλυσθῆναι] Secuti sumus Emendationem Cl. Gronovii omnino necessariam. M. du S.

Ἐπικλυσθῆναι] Sic legendum etiam probe monuit Cl. Wess. ad Diod. Sic. IV. c. 51. No. 39. Quare tot Viris eruditis consentientibus ita edere, non exspectata Codd. auctoritate, nullus haesitavi. J. F. R.

24. Ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν δακτύλιόν τινα ἱερὸν ἔχω, Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου εἰκόνα ἐκτετυπωμένην τῇ σφραγίδι, καὶ ὅτι

aquarius: ſed eluceretur nobis illo ſemper hauriente domus.

37. *Non deſinitis*, inquam, *talia portenta loqui ſenes viri? Sin minus, at certe horum adoleſcentulorum cauſſa in aliud tempus differte incredibiles iſtas horribilesque narrationes, ne ſenſim impleantur terroribus, & abſurdis fabulis. Parcere igitur illis oportet, neque aſſuefacere talibus audiendis, quae per totam vitam turbabunt illos retenta animo, & ad unumquemque ſtrepitum meticuloſos facient, variaque ſuperſtitione implebunt.*

38. *Recte me mones*, inquit Eucrates, *ſuperſtitionem dum nominas. Quid enim, Tychiade, de talibus tibi videtur, de oraculis dico, & divinis vocibus, & quae a Deo agitati quidam proclamant, aut audiuntur ex adytis, aut virgo verſibus devincta loquens fututa ſignificat? Nimirum etiam talibus fidem negabis? Ego vero, eſſe mihi ſacrum quendam annulum, cujus ſigillum Pythii Apollinis imaginem exprimat, eumque Apollinem loqui mecum, non dico, ne tibi incredibilia de me ipſe gloriari videar. Quae vero in Amphilochi templo audivi, in Mallo, Heroë praeterea mecum loquente, & de rebus mihi meis conſulente, quaeque ipſe vidi, dicere vobis volo:*

ἡμῖν [h] ὑπικλυσθῆναι τὴν οἰκίαν ἐπαύλυμήν.

Οὐ παύεσθε, ἦν δ' ἐγώ, τὰ τοιαῦτα τερατολογοῦντες γέροντες ἄνδρες; εἰ δὲ μή, ἀλλὰ καὶν τῶν μειρακίων τούτων ἕνεκα εἰς ἄλλον καιρὸν ὑπερβάλλεσθε τὰς ὑπερδόξους ταύτας καὶ φοβερὰς διηγήσεις, μήπως λάθωσιν ἡμῖν ἐμπλησθέντες δεισμάτων, καὶ ἀλλοκότων μυθολογημάτων. φείδεσθαι οὖν χρὴ αὐτῶν, μηδὲ τοιαῦτα ἐθίζειν ἀκούειν, ἃ καὶ παντὸς τοῦ βίου ἐνοχλήσει συνόντα, καὶ ψοφοδεεῖς ποιήσει, ποικίλης τε δεισιδαιμονίας ἐμπιπλάντα.

Εὖγε ὑπέμνησας, ἦ δ' ὃς ὁ Εὐκράτης, εἰπὼν τὴν δεισιδαιμονίαν. τί γάρ σοι, ὦ Τυχιάδη, περὶ τῶν τοιούτων δοκεῖ, λέγω δὴ χρησμῶν, καὶ θεσπεσίων, καὶ ὅσα θεοφορούμενοί τινες ἀναβοῶσιν, ἢ ἐξ ἀδύτων ἀκούεται, ἢ παρθένος ἔμμελῆ φοιτομανῆ, προθεσπίζει τὰ μέλλοντα; ἢ δηλαδὴ καὶ τοῖς τοιούτοις ἀπιστήσεις; ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν καὶ δακτύλιόν τινα ἱερὸν ἔχω, Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου εἰκόνα [i] ἐκτυπώσης τὸ σφραγίδος, καὶ ὅτι ὁ Ἀπόλλων φοιτᾷ πρὸς ἐμέ, οὐ λέγω, μή σοι [k] ἄπιστα δόξω περὶ ἐμαυτοῦ μεγαλαυχεῖσθαι· ἃ δὲ ἐν Ἀμφιλόχου τε ἤκουσα ἐν Μαλλῷ, τοῦ Ἥρωος ὑπερδιαλεχθέντος μοι, καὶ συμβουλεύσαντος ὑπὲρ τῶν ἐμοῦ, καὶ ἃ εἶδον αὐτὸς, ἐθέλω ὑμῖν εἰπεῖν.

h Ἐπικλυσθῆναι] Ἐπικλυσθῶσι Edd. priores. i Ἐκτυπώσης τὸ σφραγίδος] Ἐκτυπῶσαν τὸν σφραγίδα Fl. k Ἄπιστα] Ἀπιστοῦντι G. & L. Nihil mutant Edd.

24. Ἐν Μαλλῷ] Ἀμφίλοχος θεσπίζει περὶ τῶν μελλόντων ἐν Μαλλῷ. V.

* θεσπίζω] Ἀμφιλοχός τι σπίζω antea lectum miſere. J.F.R.

ὃ Ἀπόλλων φοιτᾷ πρὸς ἐμὲ, οὐ λέγω, μή σοι ἄπιστα δόξω περὶ ἐμαυτοῦ μεγαλαυχεῖσθαι] Benedictus: *At non dico me ſacrum annulum habere, cujus ſigillum exprimit Apollinis Pythii imaginem, nec mecum loqui Apollinem, ne videar ad gloriam meam res incredibiles narrare.* Pro ἄπιστα Mſ. ἀπιστοῦντι ſcribit. Sic autem interpretare hunc locum: *At non dico me ſacrum annulum habere, cujus ſignum Apollinis Pythii imaginem exprimat, qui Apollo mecum loquatur, ne tibi, qui haec non credis, videar de me ipſo elate loqui, ne tibi videar me oſtentare, & jactare.* J.G.G.

29. Ἀμφιλόχου] V. Ἀλεξ. c. 19. & not. &c. 29. & Paus. Att. p. 33. Orig. c. Celſ. 131. B. M.du S.

Ibid. Ἐν Ἀμφιλόχου] Scil. οἴκῳ. Dictum ſatis ante. Sic ſupra c. 14. b Γλαυκίᾳ. Vid. Bos de Ellipſ. J.F.R.

30. Ὑπερδιαλεχθέντος] Mira vox & mihi ſuſpecta. M.du S.

35. Τὸ

πεῖν. εἶτα ἐξῆς ἃ ἐν Περγάμῳ εἶδον, καὶ ἤκουσα ἐν Πατάροις. ὁπότε γὰρ ἐξ Αἰγύπτου ἐπανήκειν οἴκαδε, ἀκούων τὸ ἐν Μαλλῷ τοῦ μαντεῖον ἐπιφανέστατόν τε, καὶ ἀληθέστατον εἶναι, καὶ χρᾶν ἐναργῶς πρὸς ἕπερον ἀποκρινόμενον, οἷς ἂν ἐγγράψας τις εἰς τὸ γραμματεῖον δῴη τῷ προφήτῃ, καλῶς ἂν ἔχειν ἡγησάμην ἐν παρόδῳ πειραθῆναι τοῦ χρηστηρίου, καί τι περὶ μελλόντων συμβουλεύσασθαι τῷ θεῷ.

Ταῦτα ἔτι τοῦ Εὐκράτους λέγοντος, ἰδὼν [a] οἷ τὸ πρᾶγμα προχωρήσειν ἔμελλε, καὶ ὡς ἐπὶ μικρᾶς ἐνήρχετο τὰ περὶ τὰ χρηστήρια τραγῳδίας, ἐδόκει οἰηθεὶς δεῖν μόνος ἀντιλέγειν ἅπασιν, ἀπολιπὼν αὐτὸν ἔτι παραπλέοντα ἐξ Αἰγύπτου εἰς τὸ Μαλλὸν (καὶ γὰρ [c] συνίην ὅτι μοι ἄχθονται παρόντι, καθάπερ ἀντισοφιστῇ τῶν ψευσμάτων) Ἀλλ' ἐγὼ ἄπειμι, ἔφην, Λεόντιχον ἀπιζητήσων· δέομαι γὰρ αὐτῷ τι συγγενέσθαι. ὑμεῖς δὲ ἐπεὶ οὐχ ἱκανὰ [d] ἡγεῖσθε τὰ ἀνθρώπινα εἶναι, καὶ αὐτοὶ ἤδη τοὺς θεοὺς καλεῖτε συνεπιλημψομένους ὑμῖν τῶν μυθολογημένων· καὶ ἅμα λέγων, ἐξῄειν. οἱ δὲ ἄσμενοι ἐλευθερίας λαβόμενοι, εἰκότως, ὡς τὸ εἰκός,

tum deinceps, quae Pergami vidi, & audivi Pataris. Cum enim ex Aegypto domum redirem, audito, illud Malli oraculum illustrissimum esse verissimumque, & dilucida fundere oracula, dum ad verbum respondeat his, quae in tabellis scripta Prophetae tradat aliquis; optimum factu putabam, ut obiter tentarem oraculum, & de futuris aliquid deliberarem cum Deo.

39. Haec adhuc dicente Eucrate, cum viderem quorsum res evaderet, utque inciperet non parvam illam oraculorum tragoediam; ratus, non decere me solum contradicere omnibus, relinquens illum navigantem adhuc ex Aegypto versus Mallum, (etenim sentiebam illos praesentiam meam gravari, ut qui contra illorum mendacia disputarem) *Ego vero*, inquam, *discedo requisiturus Leontichum: etenim illo mihi conventa opus est. Vos vero, quandoquidem satis vobis non esse humana putatis, ipsos jam vocate Deos, fabulosarum disputationum vestrarum adjutores:* & cum dicto exivi. Illi vero libertatem eam lubenter arripientes, tanquam epulis, credibile est, se tractarunt invicem

&

a Οἷ] Οἱ *F.* male. b Δοκεῖν οἰηθεὶς δεῖν] Pro his tribus δοκιμάσας tantum *Fl.* Οὐ δοκιμάσας μόνος ἀντιλέγειν marg. *A1.* sine dubio ex *Fl.* c Συνίην] Sic & *Fl.* cum cett. Anne συνίων; d Ἡγεῖσθε] Ἡγεῖσθ *Fl.* male.

35. Τὸ ἐν Μαλλῷ — ἀληθές.] Huc facit *Pausaniae* locus (p. 33. in Att.) ἀψευδέστατον τῶν ἐμοῦ &c. De Alexandri Abonoteichitae Oraculo nihil habet, quia homo tum potentior erat, quam ut eum tangere Lucianus auderet. Maluit itaque silentio rem totam involvere. *M. du S.*

38. Ἐγγράψας] Quod Alexander Pseudomantis imitatus est. V. Ἀλεξ. c. 19. A Jove Heliopolitano etiam factitatum tradit *Macrob.* I. 23. *M. du S.*

46. Δοκεῖν οἰηθεὶς δεῖν] Florentinae lectio concinnior & facilior est vulgata, quae satis intricata tribus infinitis δοκεῖν δεῖν ἀντιλέγειν, tamen sic resolvi potest: οἰηθεὶς δὲ δεῖν δοκεῖν μόνος ἀντιλέγειν ἅπασιν *Existimans non oportere videri velle*, (vel *speciem praebere*) *ac si solus contradicerem omnibus.* Mallem tamen ejecto alterutro vel δοκεῖν vel δεῖν, stilum concinniorem reddere, vel Florentinae lectionem cum vulgata commiscendo scribere: ὃ δοκιμάσας δεῖν μόνος &c. Duplex infinitivus nihil habet incommodi, vid. supra c. 7. χρῆναι εἶναι. Cl. *F. F. Wetsten.* malin ἀντιλέγων. *F. F. R.*

67. ΦΙΛ.] Continuabantur haec antea in plerisque Impr. ego distinxi, suadente *Fl.* Ed. lacuna, *Ba.* & *S. M. du S.*

ΦΙΛ.] Interpres *Thom. Morus* latinae versioni personam *PHIL.* & mox *TYCH.* inseruerat, etsi in Graecis aberat. Necessitate igitur postulante etiam Graecis inserui, & ἀπέλαυσα quoque dedissem, si vel nulla Ed. praeisset. *F. F. R.*

68. Ἀπέλαυσα] Ita *Fl.* Ed. recte. In reliquis ἀπήλαυσα. *M. du S.*

69. Λυττῶν] Λυσσῶν supra *Nigr.* in fin. ὧν αὐτοὶ μέτοι λυσσῶσιν. At λυττώντων πωνῶν contra rursus *Dial. Mort.* XVII. ad f. Sed eodem redire, quis nescit? *F. F. R.*

77. ΤΥΧ.] Et hic priore mutata, iterum nova reponenda fuit persona. *M. du S.*

80. Οὐ-

& ingurgitarunt mendaciis. Talibus tibi, Philocles, apud Eucratem auditis venio, ut qui muſtum biberunt ventre inflato, vomitorii indigens. Lubens autem alicunde & magno emerim medicamentum oblivionem inducens eorum quae audivi, ne quid mali mihi faciat in me reſidens illorum memoria. Portenta enim, & Daemones, & Hecatas videre mihi videor.

40. PHIL. Ipſe etiam ego, Tychiade, tale quid de narratione tua abſtuli. Dicunt certe, non ſolum inſanire & aquam metuere, quos canes rabioſi momorderint; ſed etiam, ſi quem homo morſus mordeat, eandem quam canis, vim habere illum morſum, eademque illum quoque metuere. Et tu igitur morſus in Eucratis domo a multis mendaciis, mihi videris aliquid illius morſus impertiiſſe, ita daemonibus mihi mentem oppleviſti. TYCH. Sed bono ſimus animo, amice, magnum talibus noxis depellendis remedium habentes, veritatem, & rectam in omnibus rationem, qua uſos nos de vanis hiſce atque inanibus mendaciis nullum turbabit.

αὐτὺς, ϗ ἐνεφορῆντο τ̃ ψευσμάτων. τοιαῦτά σοι, ὦ Φιλόκλεις, ὡγὼ Εὐκράτ ἀκούσας ἦκω, νὴ τ̃ Δία, ὥσπερ οἱ τ̃ γλεύκους πιόντες, ἐμπεφυσημδ ϗ τ̃ γαςέρα, ἐμέτυ δεόμδ. ἡδέως δ' ἄν ποθεν ὅπ πολλῷ ἐπριάμην ληθεδανόν τι φάρμακον, ὧν ἤκουσα, ὡς μή τι κακὸν ἐργάσηταί με ἡ μνήμη αὐτ̃ ἐνοικυρῆσα. τέρατα γᾶν, ϗ δαίμονας, ϗ Ἑκάτας ὁρᾶν μοι δοκῶ.

[c] ΦΙΛ. Καὶ αὐτὸς, ὦ Τυχιάδη, τοιῦτόν τι [f] ἀπέλαυσα τ̃ διηγήσεως. Φασὶ γέ τοι μὴ μόνον λυττᾶν, ϗ τὸ ὕδως φοδεῖ, ὁπόσους ἂν οἱ λυττ̃ντες κύνες δάκωσιν, ἀλλὰ κἄν τινα ὁ δηχθεὶς ἄνθρωπ δάκῃ, ἴσα τῷ κυνὶ δύνα τὸ δῆγμα· ϗ τὰ αὐτὰ κἀκεῖν φοδεῖται. ϗ σὺ τοίνυν ἔοικας αὐτὸς ἐν Εὐκράτυς δηχθεὶς ὑπὸ πολλῶν ψευσμάτων, μέλαδεδωκέναι κἀμοὶ τ̃ δήγματ. ὕτω δαιμόνων μοι τ̃ ψυχὴν ἐνέπλησας. [g] ΤΥΧ. Ἀλλὰ θαῤῥῶμεν, ὦ φιλότης, μέγα τ̃ τοιούτων ἀλεξιφάρμακον ἔχοντες τ̃ ἀλήθειαν, ϗ τ̃ ὀρθὸν ὅπ πᾶσι λόγον ὀρθόν. ὦ χρωμένυς ἡμᾶς, [h] ὃς οὐδὲν ὅ μὴ ταράξῃ τ̃ κενῶν ϗ ματαίων τούτων ψευσμάτων.

e ΦΙΛ.] Perſona haec omiſſa erat in Edd. At in *Fl.* deſignabatur lacuna, ut ſolet. f Ἀπήλαυσα] Reſtitui ex *Fl.* quod marg. *A1W.* etiam adſcivit. Ἀπήλαυσα cett. male. g ΤΥΧ.] Et haec perſona aberat tam ab Edd. cett. quam *Fl.* h Οὐδὲν ὅ] Μηδὲν ſine ὅ *Fl.*

80. Οὐδὲν ὅ μὴ] Nondum adſentior Florentinae. Triplex enim illa negatio intenſiſſime negat. Vid. modo ſupra *Rhet. Praec.* c. 20. οὐχ ἥξουσιν ὅπως ἀπιστήσουσι μὴ οὐχὶ — ἀγανακτήσειν εἶναί σε, ibique notata. *J. F. R.*

ΙΠΠΙΑΣ, Η ΒΑΛΑΝΕΙΟΝ. HIPPIAS, SEU BALNEUM.

Τῶν σοφῶν ἐκείνους μάλιστα ἔγωγέ φημι δεῖν ἐπαινεῖν, ὁπόσοι μὴ λόγους μόνον δεξιοὺς παρέχοιντο ὑπὲρ τῶν πραγμάτων ἑκάστων, ἀλλὰ καὶ ἔργοις ὁμοίοις τοὺς τῶν λόγων ὑποσχέσεις ἐβεβαίωσαντο. καὶ γὰρ τῶν ἰατρῶν ὅτῳ νῦν ἔχων ἐστὶ τοὺς ἄριστα ὑπὲρ τῆς τέχνης εἰπεῖν δυναμένους μελετᾶται νοσῶν, ἀλλὰ τοὺς πράξαί τι κατ' αὐτὴν μεμελεπκότας. ἀμείνων δὲ καὶ μουσικὸς, οἶμαι, τῷ διακρίνειν ῥυθμοὺς καὶ ἁρμονίας ἐβεβαμένος, ὁ καὶ ψάλαι καὶ κιθαρίσαι αὐτὸς δυνάμενος. τί γὰρ ἄν σοι τοὺς στρατηγῶν λέγοιμι τοὺς εἰκότως ἀρίστους κριθέντας, ὅτι οὐ τάττειν μόνον καὶ παραινεῖν ἦσαν ἀγαθοὶ, ἀλλὰ καὶ προμάχεσθαι τῶν ἄλλων, καὶ χειρὸς ἔργα ἐπιδείκνυσθαι; οἷον [a] τῶν πάλαι μὲν Ἀ-

1 ERuditorum ex numero illos maxime laudandos ajo equidem, quotquot non disputationes modo acutas de negotio unoquoque attulerunt, sed operibus similibus firmarunt promissiones verborum. Et enim de medicis, si quis sapiat aegrotus non eos arcesset, qui optime dicere de arte possunt, sed qui ad faciendum ex arte exercitatione se paraverint. Melior etiam musicus, arbitror, eo, qui numeros & harmonias norit discernere, ille fuerit, qui cantare etiam & citharam pulsare ipse possit. Quid enim duces tibi narrem, qui merito suo optimi judicati sunt, non in ordinanda modo acie & adhortandis *militibus* praestantes, sed etiam ut in prima acie pugnarent & manu rem gererent? qualem ex.

[a] Τῶν] Omisit *Fl.*

1. Τῶν σοφῶν ἐκείνους] Οὕτω δὲ Φανιλίδης φησὶ, Τὸν σοφὸν σοφὸς ἰδέσθαι, τίχοις δ' ὁμότιχον. *V.*

ΙΠΠΙΑΣ Η ΒΑΛΑΝ.] Praeludia, ut aliae nonnullae, de quibus ante dixi. *Th. M.*

ΙΠΠΙΑΣ] Cl. *Olearius* eundem censet cum Platonico illo decantatissimo, ad *Philostr.* p. 495. Sed vide c. 3. unde longe alium multoque recentiorem esse luculenter patet. Sophista ille merus, (& ita audit eo ipso in loco) hic mathematicus summus, non oratione tantum, sed opere ipso probatissimus, in Geometria, Mechanica, Musica, Astronomia summus. Quod autem ibi Vir Eruditissimus de rebus ab eo Olympiae factis testem Nostrum adducere videtur, μνημονικὸν σφάλμα est. nisi forsan respiciat Ἡρ. c. 3. ubi primus inter eos numeratur, qui Olympiae declamando inclaruerunt. *M. du S.*

14. Ἀγαθοὶ] Ἀγαθός τι ποιεῖν, *aptus ad aliquid praestandum*, esse Graecismum usitatissimum, ut *Ælian.* V. H. I. 10. Κρῆτις τοξεύειν ἀγαθὸς, eo minus opus est dici, quo pluribus potest. Vid. *Homer.* sexcentis locis ἀγαθὸς βοὴν exhibentem, & Fratris G. O. *Reitzii* Belg. Graec. Lit. A. *J. F. R.*

16. Τῶν πάλαι] Male omissum in *Fl.* articulum quisque fatebitur, qui mox τῶν κάτω adspexerit, noveritque τοὺς πάλαι significare *antiquos*, quod vel ex Syntaxi sciunt pueri. Sic supra *de Gymn.* c. 21. τῶν ὕστερον *posterorum*. Quare in re tritissima plura adferendo Lectori gravis non ero. *J. F. R.*

19. Οὐ γὰρ ἄλλως ἱστορίαν ἐπιδείκνυσθαι βουλόμενος] *Non quod aliter historiam edere velim.* Sic Salmuriensis. Sed per Musas! cui bono hic illud *aliter?* Immo, *non quod temere & futiliter historiae narrationem me ostentare velo.* *J. G.*

28. Καὶ τὸν Κνίδιον Σώστρατον τὸν μὲ Πτολεμαίου χειρωσάμενον, καὶ τὸν Μέμφιν] Sostratus ille Cnidius fuit celeberrimus ille Architectus, qui turrim in Pharo insula aedificavit, de quo *Strabo* L. XVII. *Plin.* L. XXXVI. c. 12. Ipse vero Noster Lucianus supra, Lib. *Quom. Hist. Scrib.* Sed quod ait hoc loco Lucianus de Ptolemaeo & Memphi capta per Nili diversionem, exspecto, qui hoc me doceat: nullibi enim unquam legi hanc historiam, & quis fuerit ille Ptolemaeus, omnino me latet, & de ea Memphis rebellione silent historiae. Tentabam me extricare legendo: τῷ μὲ Πτολεμαίῳ χειρωσάμενον τὸν Μέμφιν, id est, *qui Ptolemaeo subjecit Memphin.* Nam Ptolemaeus Philadelphus, cujus tempore vixit ille Sostratus, & quo imperante & sumptus suppeditante extruxit illam celebrem turrim in Pharo insula, inter amicos habuit illum Sostratum Cnidium, nec unquam, quod sciam, nec ab illo nec ab alio captus est. De Ptolemaeo Cerauno dicto incidit mihi quaedam suspicio haec intelligenda esse, sed sine auctoritate. Nam Ptolemaeus ille Ceraunus dictus vir praeceps fuit, & ad audacia facinora promptus, &

et antiquis Agamemnonem atque Achillem, sequioris autem aetatis Alexandrum & Pyrrhum fuisse cognovimus.

2. Quorsum vero ista dixi? Non enim temere illorum mentionem feci, ut historiae peritum me ostenderem, sed hoc *ut ostenderem*, etiam inter mechanicos admiratione dignos esse, quotquot inspectione & scientia clari, tamen etiam monumenta artis & opera posteris reliquere. Quandoquidem sola in disputatione exercitati, sophistae potius quam sapientes dici meruerint. Talem audimus Archimedem fuisse, & Cnidium Sostratum, quorum hic Ptolemaeum subegerit atque Memphin, sine obsidione, aversione sola ac dispersione fluvii: ille vero triremes hostium arte sua combus-

γαμέμνονα ϗ Ἀχιλλέα, τ̃ κάτω δὲ τ̃ Ἀλέξανδρον ϗ Πύρρον ἴσμεν γεγονότας.

Πρὸς δὴ τί ταῦτ' ἔφην; ϗ γὰρ ἄλλως ἱστορίαν ἐπιδείκνυμι βουλόμενος, ἐπεμνήσθην αὐτῶν, ἀλλ' ὅτι ϗ τ̃ μηχανικῶν ἐκείνους ἄξιον θαυμάζειν, ὁπόσοι [b] ἐπὶ τ̃ θεωρίᾳ λαμπροὶ γενόμενοι, ϗ μνημόσυνα ὅμως τ̃ τέχνης, ϗ πράγματα τοῖς μετ' αὐτοὺς κατέλιπον. ἐπεὶ οἵ γε τοῖς λόγοις μόνοις ἐγγεγυμνασμένοι, σοφισταὶ ἂν εἰκότως μᾶλλον, ἢ σοφοὶ καλοῖντο. τοιοῦτον ἀκούομεν τ̃ Ἀρχιμήδην γενέσθαι, ϗ τ̃ Κνίδιον Σώστρατον τ̃ μὲν [c] Πτολεμαῖον χειρωσάμενον, ϗ τ̃ Μέμφιν, ἄνευ πολιορκίας, ἀποστροφῇ ϗ ἀμαιρέσει τοῦ ποταμοῦ· τ̃ δὲ τὰς τ̃ πολεμίων τριήρεις [d] καταφλέξαντα τῇ τέχνῃ. ϗ

Θα-

[b] Ἐπὶ] Ἐν *Fl.* [c] Πτολεμαῖον] Sic Edd. omnes, praeter *J.* quae Πτολεμαίων. [d] Καταφλέξαντα] Nihil abit *Fl.* nec *W.* id est *Wecheliana* Ed. aliquot Dialogorum.

31. Καταφλέξαντα] Ὁ Ἀρχιμήδης τὸ Σικελίᾳ ἂν κατεσκεύασεν τὰ χαλκοῦν πυροφόρα κάτοπτρα, ἅπερ ἀπεῴρισεν ἀπὸ μὲν τοῦ ἰσωτάτου τόλυ μήκεσθαι· αὖ· ἀναστύλαντος τοῦ ἡλίου, ϗ προσβαλόντος τοῖς κατόπτροις τὰς ἀκτῖνας ἀνατανυκλωμένας πρὸς τ̃ τόλον, ἐξάλθοι ἐξ αὐτῶν πῦρ, ϗ ἴφθεγκτο τὰς νῆας ἀπάσας τ̃ ἐναντίων. *V.*

[*] Καὶ] Τῇ legebatur in Edd. Mutavit *M. du S.*

& qui, cum natu major filiorum Ptolemaei I. Soteris dicti esset, a minore natu Philadelpho supplantatus fuerat patre communi favente Philadelpho, non dubito, quin omnia tentaverit, ut Philadelphum expelleret. Itaque suspicor eum Memphin occupasse, in qua obsessus a fratre jam regnante fuit, & captus. Sed tamen, si captus fuit, credendum est patre adhuc vivente Ptolemaeo Sotere seu Lagi dicto, id accidisse, scilicet jam privato, & regnante Philadelpho, cui regnum reliquerat. Nam si patre jam mortuo rebellasset & captus fuisset, non est credibile Philadelphum eum vivum dimisisse, qui post patris mortem duos fratres Leontiscum & Argaeum (quorum hic ultimus ex eadem matre Berenice natus erat) occidi curavit, non tam praecipitis audaciae Viros, nec tanta injuria affectos. Si conjecturae credendum est, ista haec mea non est sine verisimilitudine. Si quis super hoc loco certiora docuerit, gratias agam lubentissime. *J. P. a G.*

29. Τῷ μὲ Πτολεμαίῳ] Donec lux major affulgeat, Πτολεμαίου legendum censeo, non ut in libris est, Πτολεμαῖον. Narrat *Pausanias* in Att. sub Philadelpho defecisse Gallos mercenarios, & ab eo in Insula Nili fame consumptos. Vide an inde aliquid elici possit, quo hujus facti pateat veritas. *M. du S.*

32. Τριήρεις] *Combustas* ab Archimede hostium naves, nec *Plutarchus* in Marcello, nec *Livius* auctores sunt, qui tamen praeclara ejus facta data opera memorantes haud temere quicquam omissuri censendi sunt. Mendum esse hic in κ— suspicor. Ut ut fit, extare *Venetiis* audivi instrumentum ustorium ad quingentos usque passus vim suam exerens. Sed an veteribus speculi ustorii usus jam cognitus fuerit, ego sane ignorare me non invitus fateor; quanquam nuper concionatorem audierim, non infimi inter Gallos nostros nominis, de speculo ustorio locum *S.* scripturae, qui excidit, intelligentem. Eo tamen non incommode referri posse videtur, quod alicubi apud *Aristophanis* Scholiastam de lapide φεγγίτῃ legere me memini, qua de re ad Ἀλιξ. c. 21. dictum est. *Lactantius* autem diserte ait lib. de ira Dei c. 10. p. m. 630. C. *orbem vitreum plenum aqua si tenueris in sole, de lumine, quod ab aqua refulget, ignis accenditur, etiam in durissimo frigore.* *M. du S.*

Τριήρεις καταφλέξαντα] De Archimede hoc puto primus somnium Lucianus dixit. *M. V. La Croze.* Mirandis ab se inventis machinis hostium naves repulisse atque demersisse narratur a *Plutarch.* in Marcello pluribus in locis. Ita ut *Marcellus* eum Geometricum Briarea vocarit, contra quem frustra Romani fabri machinas suas adhiberent. *J. F. R.*

Θαλῆς δὲ ὁ Μιλήσιος πρὸ αὐτῶν, ὑποσχόμενος Κροίσῳ ἄβροχον διαβιβάσειν τὸ στρατόν, ἐπινοίᾳ κατόπιν τῆς στρατοπέδης μιᾷ νυκτὶ τὸν Ἅλυν ἐξήγαγεν, ὁ μηχανικὸς ὢν γενόμενος, σοφὸς δὲ ἐπινοῆσαι, καὶ συνεῖναι πιθανώτατος. τὸ μὲν γὰρ τοῦ Ἐπειοῦ πάνυ ἀρχαῖον, ὃς ὁ μόνον τεχνήσασθαι τοῖς Ἀχαιοῖς τὸν ἵππον, ἀλλὰ καὶ συγκαλασθῆναι αὐτοῖς ἐς αὐτὸν λέγεται.

ferit. Atque ante hos Milesius Thales, cum promisisset Croeso, se siccum trajecturum exercitum, commento quodam a tergo castrorum intra unam noctem circumduxit Halyn; non quod ipse machinandi artifex esset, sed homo acutus ad inveniendum, & in sermone vehementer probabilis. Nam illud de Epeo antiquum nimis, qui non tantum machinatus esse Achivis equum, sed etiam cum reliquis destendisse in illum dicitur.

Ἐν δὴ τούτοις καὶ Ἱππίου τουτουὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς, μεμνῆσθαι ἄξιον ἀνδρὸς, λόγοις μὲν ὃν τινα βούλῃ τῶν πρὸ αὐτοῦ γεγυμνασμένου, καὶ συνεῖναί τε ὀξέως, καὶ ἑρμηνεῦσαι σαφεστάτου, τὰ δὲ ἔργα πολὺ τῶν λόγων ἀμείνω παρεχομένου, καὶ τῆς τέχνης ὑποδοχεσιν ἀποπληροῦντος, οὐκ ἐν τοιαύταις μὲν ὑποδοχέσεσιν, ἐν αἷς οἱ πρὸ αὐτοῦ γενέσθαι ηὐτύχησαν, χρῆν δὲ τὸ γεωμετρικὸν λόγον,

3. In his vero Hippiae quoque hujus, qui nostra aetate fuit, mentionem injicere aequum est, viri literarum exercitatione cuivis antiquorum comparandi, in disputando acuti, disertissimi in explicando, opera autem verbis multo meliora praestantis, & artis suae professionem implentis, non in argumentis *modo* talibus, in quibus bona quadam fortuna superiores jam versati sunt; sed, ex Geometrico proverbio, in da-

a ηὐτύχησαν] Εὐτύχησαν Fl.

33. Θαλῆς δὲ ὁ Μιλ. &c.] In marg. *Ald. Wess.* adscriptum: idem *Laërtius* in vita Thaletis. Sed Cl. *Gesn.* locum jam indicavit, addam tantum verba *Diogenis.* Κροίσου, ᾧ ἐπὶ τὸν Ἅλυν ὑποσχόμενος ἄνευ γεφύρας περάσαι, τὸ ῥεῖθρον παρατρέψαντα. *J.F.R.*

34. Ἄβροχον διαβιβάσειν] (Ante narrat *Herodotus* I, 75. & ita ut fidem se adjungere narrationi diserte neget: asseverate, ut videtur, *Apollodorus* apud *Diogenem Laërtium* I, 38. plane sine ulla dubitatione Schol. ad *Aristoph.* Nub. 180. Illud κατόπιν nostri diserte, ut solet, explicat Herodotus, ἄνωθεν τῆς στρατιῆς ἀρξάμενον, διώρυχα βαθὺν ὀρύσσειν, ἄγοντα μηνοειδέα, ὡς ἂν τὸ στρατόπεδον ἱδρυμένον κατὰ νότου λάβοι, κ. τ. λ. Etiam illud observandum. Qui narrabant *Herodoti* aetate, ii 1) non dicebant ἄβροχον traductum exercitum, sed divisum in duo brachia Halyn ob ipsam illam divisionem utrinque vadosum factum, ut pedibus transiri posset: 2) nec dicebant, una nocte id opus effectum esse. Et tamen Herodotum patrem fabularum vulgo appellamus: & noster dedit praecepta scribendae historiae. Cautius paullo ante de Archimede, cui incendia modo navium, non specula tribuat. *J.M.G.*

36. Οὐ μηχανικὸς] Atqui Mechanicum hinc probat *Aristoph.* Scholiastes. Sed hoc vult Lucianus, non eam fuisse Thaleti artem, sed virum industrium & sagacem, ingenii felicitate id assecutum quod earum rerum artifices non viderant. Narrat etiam Herodotus. *M. du S.*

42. Ἱππίου] Nemone de hoc quicquam? Conf. *Voss.* de Mathem. Caeterum cave hunc cum Platonis Hippia confundas; quod miror a viro doctissimo factum in Catalogo Philosophorum. Hic enim Luciani aetate vixit, uti hoc ipso in loco vides, τοῦ καθ' ἡμᾶς. *M. du S.*

48. Οὐκ ἐν τοιαύταις — σωισαμένου] Spuria haec videntur & insititia. *F.G.*

49. Ὑποχέσεσιν] Repetiit, puto, librarius improvide vocem, quae paullo ante adfuerat: legendumque ὑποθέσεσιν, ut non ita multo post, κοινὴ μὲν γὰρ ἡ ὑπόθεσις. Est duplex genus artificum. Alii, & major quidem pars, ad imitationem tota conversa, quae ab aliis elaborata sunt, quae magister ostendit, ea satis feliciter imitatione adsequuntur: sed nihil novi ipsi inveniunt, quoties non est, quod imitentur; tanquam deprehensi, haerent. Talis non est Hippias: non expectat exempla aliena: ipse sibi & aliis exemplum est. Non tantum designatam omnibus lineis figuram describere & transferre puerili industria potest, sed in data quacunque linea, ex praeceptis artis, quodcumque triangulum postulatum fuerit, construere. *J.M.G.*

50. Ηὐτύχησαν] Etsi Florentinae scripturam probo, quod augmentum saepissime omitti soleat, secutus tamen sum numerum majorem illarum quae νῦν— habent. Vid. supra dicta ad *Alex.* c. 22. Pro *Imag.* c. 3. & c. 19. f. ubi εὐδοκίμουν. Item *Amor.* c. 6. pr. ubi & εὐτρέπισε, non νῦν— adde dicta ad *Gall.* c. 3. f. Ita εὐλογῆσε in *Evang. Matth.* XIV. 19. Et *Luc.* II. 28. atque ubivis. Εὐφράνθη. *Act.* II. 26. ac passim. *J.F.R. Ibid.*

data quacumque recta triangulum accurate conſtruentis. Atqui reliquorum unusquisque, ſi in uno quodam artis opere, ſibi deſumto, bene rem geſſiſſet, tamen eſſe aliquid viſus eſt: hunc vero & mechanicorum principem, & geometrarum, & harmonicorum, muſicorumque eſſe apparet: & tamen unumquodque horum adeo perfecte *in ſe eſſe* oſtendit, quaſi illud ipſum unum modo ſciret. Scientiam de radiis & refractionibus & ſpeculis, inſuper etiam Aſtronomiam, in qua effecit ut pueri videantur ſuperiores, laudare, non parvi temporis fuerit.

4. Quae vero illius opera nuper cum ſtupore viderim, enarrare non pigrabor. Argumentum quidem commune, & in vita noſtra ſatis *frequens balnei aedificatio*, at ingenium, & intelligentia in re ita vulgari admirabilis. Locus erat non aequabilis plānitiei, ſed acclivis admodum & erectus, quem cum accepiſſet ab una parte vehemen-

ὅτι τ̀ δοθείσης, φασίν, εὐθείας τὸ τρίγωνον ἀκριβῶς [b] συνιςαμένε. καίτοι τ̀ γε ἄλλων ἕκας@ ἔν τι τ̀ ἐπις@ήμης ἔργον ἀποτεμόμεν@, ἐν ἐκείνῳ εὐδοκιμήσας, εἶναί τις ὅμως ἔδοξεν. ὁ δὲ μηχανικῶν τε ὢν τὰ πρῶτα, καὶ γεωμετρικῶν, ἔτι δὲ ἁρμονικῆς, καὶ μουσικῶν φαίνε@· καὶ ὅμως ἕκας@ τούτων αὐτὸς ἐντελῶς δείκνυσιν, ὡς ἐν αὐτὸ μόνον ἐπις@άμεν@. τ̀ μὲν γὰρ περὶ ἀκτίνων καὶ ἀνακλάσεων, καὶ κατόπτρων θεωρίαν, ἔτι δὲ καὶ ἀστρονομίαν, ἐν ᾗ παῖδας τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἀπέφηνεν, οὐκ ὀλίγου χρόνου ἂν εἴη ἐπαινεῖν.

Ἃ δὲ ἔναγχ@ ἰδὼν αὐτοῦ τ̀ ἔργων κατεπλάγην, οὐκ ὀκνήσω εἰπεῖν. καινὴ μὲν γὰρ ἡ ὑπόθεσις, καὶ τῷ καθ' ἡμᾶς βίῳ πάνυ πολλὴ, βαλανείου κατασκευή· περίοικα δὲ, καὶ ἐν τῷ κοινῷ τούτῳ [c] σύνεσις θαυμαςή. Τόπ@ μὲν γὰρ ἦν οὐκ ὀπίπεδ@, ἀλλὰ πάνυ προσάντης, καὶ ὄρθι@, ὃν ὡς ἀμφοτέρωθεν κατὰ θάτερα

[b] Συνιςαμένε] Et ſic *Fl.* cum *W.* ceterisque. [c] Σύνεσις] Σύντεσις male *Fl.* cum marg. *A1.*

66. Περίοικα] Τέχνη μηχανική. *V.*

Ibid. Κατὰ δὲ] Matheſin minime cultam fuiſſe a Luciano, alibi docuimus. V. Πτω. c. 5. & Ἐρω. c. 74. Hic autem vides & iniquum rerum earum aeſtimatorem & imperitum, ut qui primum omnium geometriae problema quaſi ſummum artis culmen afferat: quaſi quis dicat litterarum decus ſummum in eo verſari, ut quis elementum primum a ſcite pringat, niſi forſan Scholium inſulſum textui Luciani intruſum eſt. Certe niſi aliunde conſtaret hiſce in rebus Luciani & imperitia & iniquitas, ut ab eo haec profecta crederem, a me impetrare non poſſem. Ex his autem verbis ut aliquis ſenſus exprimatur, primo dele illud δὲ, deinde lege συνιςάμενοι. *M. du S.*

51. Ἐπὶ τ̀ δοθείσης, φασὶν, εὐθείας] Proverbiale fuiſſe videtur. *F. G.*

55. Ὁ δὲ μηχανικῶν — καὶ γεωμετρικῶν. ἔτι δὲ ἁρμονικῶν ἢ μουσικῶν &c.] De admiranda Hippiae peritia in artibus ac ſcientiis vid. *Philoſtr.* L. I. Vit. Soph. XI. ibique *Olearium*, qui ex Platone, & Luciano plura de eodem adfert, arteque ſibi memoriam comparaſſe docet, ita ut quinquaginta vocabula ſemel audita eodem ordine recitare poſſet, eſſeque inſigne memoriae argumentum, quod omnes fere artes percalluerit, oſtenderitque in Olympiis annulum, ſigillum, ſtrigilem, vaſculum unguentarium, ſoccos, pallium, interulam, cingulum, propriis manibus confecta, ex *Plat.* in Hippia majore p. 97. Cetera vid. ibid. & lege *Philoſtratum* opificia artesque ejus enumerantem. Verum magis ſtupenda, de memoria non arte parata, ſed a natura donata, legi quondam, ni fallor, in Epiſt. *Mureti*, de puero qui aliquot centena vocabulorum, peregrina, cujuscumque linguae, vel nihil etiam ſignificantia ſemel audita potuerit recitare eodem ordine, dein retro, denique per ſaltus, ut tertium, ſextum, nonum, & quomodocumque juſſeris. De arte autem mnemonica, de qua *Lamb. Th. Schenkelius* ac *Bruno* in Idea hiſt. univerſalis aliique egere, nihil addam, quia ad delirium ſectatores ſuos adegit. *J. F. R.*

69. Ὁ παραλλάττων κατὰ θάτερα εἰς ὑπερβολὴν ταπεινὸν] Reddunt interpretes, *quem ex utraque parte mirum in modum humilem accipiens*, ut apparet, non animadvertentes, quemadmodum ipſi evertant prorſus hanc ſuam narrationem. Si enim fuit talis, hoc eſt, ex utraque parte humilis, quomodo fuit acclivis? Utique ſic debuiſſet addere auctor acclivem fuiſſe in medio. Sed clarius ſe deſtruunt per ea, quae mox ſequuntur, quum ſtatuunt eum locum talem fuiſſe alteri aequatum: Cui illi alteri? an loco? non certe, nec enim plures loci agnoſcuntur, ſed unius modo facies deſcribitur. Quid quod in fine hujus ipſius paginae ἑκατέρωθεν interpretantur *ex utraque parte*, & recte. Nempe κατὰ θάτερα eſt in alteram partem. Na-

θάτερα εἰς ὑποβολὴν ταπεινὸν, ἰσόπεδον θατέρῳ ἀπέφηνε, κρηπῖδα μὲ βεβαιοτάτην ἅπαντι τῷ ἔργῳ [a] βαλλόμενον, καὶ θεμελίων θέσει τὰ ἐπιλιθεμένων ἀσφάλειαν ἐμπεδωσάμενον, [b] ὕψεσι δὲ πάνυ ἀποτόμοις, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν συνεχομένοις τὸ ὅλον κραυνάμενον· τὰ δὲ ἐποικοδομηθέντα τῷ τε τοῦ τόπου μεγέθει σύμμετρα, καὶ τῷ εὐλόγῳ [c] τῆς καλασκευῆς ἁρμοδιώτατα, καὶ τῇ τῶν φώτων λόγον φυλάττοντα.

Πυλὼν μὲ ὑψηλὸς, ἀναβάσεις πλατείας ἔχων, ὕπτιον μᾶλλον ἢ ὄρθιον πρὸς τὴν τῶν ἀνιόντων εὐμάρειαν. εἰσιόντα δὲ τοῦτον ἐκδέχεται κοινὸς οἶκος εὐμεγέθης, ἱκανὴν ἔχων ἀκολούθοις καὶ ὑπηρέταις ἀφατριβήν· ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῆς τρυφὴν παρεσκευασμένων οἰκημάτων. βαλανείῳ δ' ἂν καὶ ταῦτα πρεπωδέστατα, χαρίεσσαι, καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμεναι ὑποχωρήσεις· εἶτ' ἐχό-

ter humilem, solo alterius aequavit, subjecta toti operi firmissima crepidine, eorumque quae imponenda erant securitate, positis rite fundamentis, stabilita. Altitudinibus autem *montium* praeruptis valde, & ad securitatem continuis, totum opus roboravit. Quae porro inaedificavit, ea cum ad loci magnitudinem congruunt, tum propter observatam in tota structura proportionem, maxime sunt concinna, & respondentem sibi fenestrarum rationem servant.

5. Vestibulum altum, gradus ad ascendendum latos habens, supinum magis quam arduum, ad ascendentium commoditatem. Per hoc qui ingressus fuerit, eum excipit Oecus communis, bene magnus, ubi morari commode pedissequi & ministri possint, *situs* ad sinistram paratorum ad delicias cubiculorum: balneo enim etiam haec pulchre conveniunt, secessus jucundi & multo lumine collustrati. Tum continens illis oecus,

a Βαλλόμενον] Βαλόμενον *Fl.* b Ὕψεσι] Ἄψεσι *Pell.* c Τῆς] Καὶ τῆ *Fl.*

ctus locum ab uno latere perquam humilem ac declivem, eum alteri lateri aequavit aggerando. In sequentibus Latine reddendis difficilior ratio est. Dicit Lucianus ample satis, Κρηπῖδα μὲ βεβαιοτάτην ἅπαντι τῷ ἔργῳ βαλόμενον, καὶ θεμελίων θέσει τὰ ἐπιτιθεμένων ἀσφάλειαν ἐμπεδωσάμενον. Id describendi genus quum Salmurii proximum tautologiae existimaretur, vide qui compegerit & contraxerit sua, *posito operi firmissimo fundamento, quo superstructi edificii certitudinem confirmaret.* At religiosior in his Oplopoeus aequare voluit Graeca, *firmamentumque munitissimum omni futuro operi subjiciens, fundamentorum positione substruendi edificii certitudinem confirmavit.* Sed nos liquido & merito censemus hos floccifaciendos. Locus hic balneis fabricandis electus videtur fuisse prope rivum aut fontem, ad quem spectans alterum latus fuit declive, ut solet. Hunc locum adeptus Hippias planavit, *crepidinem* (vel marginem ripae, qui extollendus erat) *quidem firmissimam omni operi ponens, & fundamentorum positione stabiliens securitatem imponendae aedificationis.* Crepidinis firmitas vel maxime requirebatur, ne deinde pressa ventrem faceret & extrinsecus paulatim cedens ruinam toti operi afferret. *J.G.*

70. Θάτερα — ϑ.] Alterum alteri aequavit. *M. du S.*

74. Ὕψεσι — κραυνάμενον] Et haec insititia videntur. *F.G.*

Ὕψεσι δὲ πάνυ ἀποτ.] Non accipio haec de tectorum fastigiis; de quibus si hic diceret, importunus mihi videretur: sed de montium jugis circumpositis, quae portu quasi quodam facto tutum a ventis undique praestarent balneum. Laudatur hic prudentia Hippiae in eligendo loco, & quatenus opus erat, accommodando. *J.M.G.*

Ὕψεσι δὲ πάνυ ἀποτ.] Adscripserat *Solan.* conferend. Διαπ. p. 236. Id est Δικαστηρ. s. *Bis Accus.* c. 33. Ibi vero legas: κατὰ τὴν ἀψῖδα κατόμενον, quod non video quid huc faciat, nec quidquam juvare ad emendationem arbitror, nisi pro ἀποτόμοις quoque aliud adjectivum substitueris. Nam etsi ὕψεσι — κραυνάμενον non intelligo, & ἀψῖσι hac ratione melius conveniret, non tamen adsequor quid ἀποτόμοις, proprium celsi ac praerupti epitheton tum faciat. Quare in Cl. *Gesneri* expositione adquiescemus, donec meliores Codd. nacti verum apertius videamus. At si, quod jam suspicor, ἀψῖδες substructiones, sive murorum projectiones, magnis aedificiis sustinendis extrorsum adjectae, quas *contreforten* adpellamus, significent, belle procedet ἀψῖσι ἀποτόμοις. *J.F.R.*

80. Πυλὼν μὲ ὑψηλὸς] Consuetudo fere & sensus communis virorum insignium tutos ab reprehensione facit hos interpretes, dum πυλῶνα vertunt *vestibulum:* ita ubique id fieri deprehendo. Sed quae similitudo Graeci πυλῶνος ad Romanum vestibulum? & maxime hujus, qui dicitur fuisse ὑψηλὸς, & ἀναβάσεις ἔχων, & ὕπτιον μᾶλλον ἢ ὄρθιον, quae omnia ab Romano vestibulo sunt alienissima. Res ipsa clamat. Sequentia sic distinguenda sunt, εὐ ἀριστερᾷ δὲ τῆς εἰς τρυφὴν παρεσκευ-

gus, ſupervacaneus ille quidem quantum ad balneum, at neceſſarius, quatenus beatis hominibus recipiendis deſtinatum eſt. Poſt hunc ab utraque parte, quae ſufficiant exuere ſe volentibus, ſpoliaria; & medius *inter ea* oecus altiſſimus & *multa* luce laetiſſimus, aquae frigidae deſcenſiones habens tres, Lacedaemonio lapide exornatas. Statuae in illo de candido lapide veteſti operis Hygeae una, altera Aeſculapii.

6. Progreſſos excipit oecus leniter tepidus, calore non moleſto occurrens, longus, utrinque rotundus: poſt quem in dextra parte hilaris admodum oecus ungendi facultatem comiter praebens, januas utrinque habens Phrygio lapide politas, intrantes de palaeſtra recipiens. Tum poſt hunc oecus

μεν αὐτῷ οἶκος, θερμὸς μὲν ὡς πρὸς τὸ λουτρὸν, ἀναγκαῖος δὲ ὡς πρὸς τὴν τῶν εὐδαιμονεστέρων ὑποδοχήν. μετὰ δὲ τοῦτον ἑκατέρωθεν ἀφαρκεῖς τοῖς ἀποδυομένοις ἀποθέσεις, καὶ μέσος οἶκος ὕψει τε ὑψηλότατος, καὶ [d] φωτὶ φαιδρότατος, ψυχρῷ ὕδατος ἔχων τρεῖς κολυμβήθρας, λακαίνῃ λίθῳ [e] κεκοσμημένῳ, καὶ εἰκόνες ἐν αὐτῷ λίθου λευκοῦ τῆς ἀρχαίας ἐργασίας, ἡ μὲν Ὑγείας, ἡ δὲ Ἀσκληπιοῦ.

Εἰσελθόντας δὲ ὑποδέχεται ῥεῖθρα χλιαρὰ λόμβῳ οἴκου, οὐκ ἀπηνεῖ τῇ θέρμῃ προσπαντῶν, ὀπτικῆς ἀμφιστρόγγυλος, μεθ' ὃν ἐν δεξιᾷ οἶκος, ἐν ᾧ μάλα φαιδρὸς ἀλείφασι προσηνῶς παρεχόμενος, ἑκατέρωθεν εἰσόδους ἔχων, Φρυγίῳ λίθῳ κεκαλλωπισμένας, τοὺς ἀπὸ παλαίστρας εἰσιόντας δεχόμενος. εἶτ' ἐπὶ τούτῳ ἄλλος οἶκος,

d Φωτὶ] Bene *H. P. S.* male Φοτὶ *Fl. Fr. J. W.* e Κεκοσμημένῳ] Reſtitui ex *Fl. J. Ald. S.* Κεκοσμισμένῳ: male *W. P.* Κεκομψευμένῳ *H1.* & 2. Unde κεκομισμένῳ deinde natum videtur.

σεδασμένων οἰκημάτων (Βαλανείῳ δ' ἂν ἐ ταῦτα πρεπωδίσαιμι) χωρίσεται ἐ φωτὶ πολλῷ καλλιλαμπόμενος ὑποχωρήσις. Et verte; *ad lavam vero conclavium ad delicias comparatorum (quippe & hac balneo aptiſſima) venuſti & multa luce fulgentes receſſus.* Vulgo enim vides arenas ſine calce. Et ſicut nunc οἰκήματα non vertimus *aedicules*, (ut inepte interpretes, & jam alibi monere debuimus) ſed *conclavia*; ſic quoque οἶκος quae vox frequenter ab Luciano in hac deſcriptione uſurpatur, non *domus* aut *habitatio* verti debuit (& quaeſo quot ab illis domus hic ſupponuntur?) ſed cubiculum aut conclave, aut *aedes*, ut eam vocem in iſta ſignificatione propriam ſibi vindicarunt Latini architecti, quod & ipſum paſſim non obſervatur. Denique quum dicit εἰκόνες λίθου λακαίνου utique non ſufficit, ſi cum Salmuriensi reddas *marmorea imagines* (an credidit marmor non eſſe niſi candidum?) ſed potius cum Opſopoeo *ex albo lapide*. *J. G.*

82. Εἰσιόντα δὲ τοῦτον] Intellige ἄνθρωπον. Ἄνθρωπον εἰσιόντα τοῦτον τὸ πυλῶνα ἐνδέχεται οἶκος. &c. *F. G.*

83. Οἶκος] *Oecos Plinius* etiam & *Vitruvius* vocant. Vid. *Caſaub.* ad Theophr. Char. p. 224. *M. du S.*

84. Ἐν ἀριστερᾷ δὲ] Oecus ille, (vid. noſter περὶ τῆς αὐλῆς) atrium illud magnum & commune, ita conſtitutum eſt, ut ſiniſtrum ſit conclavium, ſive quod eodem redit, ad dextram ingredientium per vestibulum habeat conclavia illa voluptuaria. De his conclavibus primo dicit auctor, ea decere balneum, deinde laudat a jucunditate & multa luce. Nempe eadem ſunt, niſi fallor, οἰκηματίοις & ὑποχωρήσις, quae non recte diſtinxit doctiſſimus *Gronovius*, bene alioqui de hoc loco meritus. *J. M. G.*

85. Τῶν ἐς] Aut hic aliquid deeſt, aut legendum τὰ ἐς τρυφὴν παρασκευασμένα οἰκήματα. *F. G.*

Τῶν ἐς] Adſentior *Gujeto*, aut ex praemiſſo iterum intelligendum ἔχων ἀλφιτρίδα, quo facto, vulgatum nondum rejicio, meliorem tamen lectionem quaero, quia ἀλφιτρίδα non ſatis convenit alteri huic membro. *J. F. R.*

97. Τῆς ἀρχαίας ἐργασίας] Sic ſupra Prot. c. 9. *M. du S.*

99. Εἰσελθόντας δὲ ὑποδέχεται] Cum videatur non continuare deſcriptionem oeci, in quo adhuc verſatus eſt, ſed ad novum membrum transire; velim legeretur in libro bono ἐξελθόντας. *Exeuntes* ex oeco adhuc deſcripto *excipit* &c. Si hoc non placeat, certe εἰσελθόντας ſignificare debet, *progreſſos* ad interiora: & hoc ſecuti ſumus. *J. M. G.*

Εἰσελθόντας] Nihil varietatis invenio; nam ſi ἐξελθόντας reperirem, lubentiſſime id cum *Geſnero* reciperem; quod enim paullo ante dixit εἰσιόντα δὲ τοῦτον ἐνδέχεται, alia ratio eſt. *J. F. R.*

7. Ἐπὶ τούτῳ] *Supra hanc. Poſt. F. G.* I. e. *Benedictus* dederat: *ſupra hanc*, quod Noſter recte corrigit, *poſt hanc*; ſive quae deinceps ſequitur. Nam ἐπὶ cum caſu dandi ſaepiſſime τὸ ſequens notare qui neſcit, adeat *Homer.* Il. H. 163. -64. 65. ubi vel quater ita poſitum eſt, Τῷ δ' ἐπὶ Τυδείδης ἧστο — Τοῖσι δ' ἐπ' Αἴαντες — Τοῖσι δ' ἔπ' Ἰδομενεύς — Et 367. Τοῖσι δ' ἐπ'

Εὐ-

κῶ, οἴκων ἁπάντων κάλλιστος, σηναί τε καὶ ἐγκαθέζεσθαι προσηνέστατος, καὶ ἐμβραδῦναι ἀβλαβέστατος, καὶ ἐγκυλίσασθαι ὠφελιμώτατος, Φρυγίῳ καὶ αὐτὸς εἰς ὀροφὴν ἄκραν ἀποστίλβων. ἐξῆς δὲ ὁ θερμὸς ὑποδέχεται λαβρόμος, Νομάδι λίθῳ λαχνοκολλημμένος. ὁ δὲ ἔνδον οἶκος κάλλιστος, φωτός τε πολλοῦ ἀνάμεστος, καὶ ὡς πορφύρα διηνθισμένος.

Τρεῖς καὶ ὧδε θερμὰς πυέλους παρέχει λουσαμένῳ δέ, ἔνεστί σοι μὴ διὰ τῶν αὐτῶν οἴκων αὖθις ἐπανιέναι, ἀλλὰ τοχεῖαν ἴθ' ὅπῃ τὸ ψυχρὸν, δι' ἠρέμα θερμοῦ οἰκήματος, καὶ ταῦτα πάντα ὑπὸ φωτὶ μεγάλῳ, καὶ πολλῇ τῇ ἔνδον ἡμέρᾳ· ὕψη πρὸς τούτοις ἀνάλογα, καὶ πλάτη τοῖς μήκεσι σύμμετρα, καὶ παντὶ πολλὴ Χάρις καὶ Ἀφροδίτη ἐπανθεῖ. κτᾶ δὴ τὸ καλὸν Πίνδαρον, [a] Ἀρχομένους ἔργου, πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές. τοῦτο δ' ἂν εἴη ἐκ τοῦ [b] αὐγῆς μάλιστα, καὶ τοῦ φέγγους, καὶ τοῦ [c] φωταγωγῶν μεμηχανημένου. ὁ δὴ σοφὸς ὡς

alius, oecorum omnium pulcherrimus; ad ſtationes ac ſeſſiones jucundiſſimus, ad commorandum minime noxius, ad volutationes commodiſſimus, Phrygio lapide & ipſe ad ſummum usque tectum fulgens. Deinde tranſitus excipit calidus, Numidico lapide incruſtatus. Interior deinde oecus pulcherrimus, luce multa plenus, & purpurae inſtar floridus.

7. Tria hic labra calida praebet. Cum vero laveris, licet tibi non per eosdem redire oecos, ſed celeri via ad frigidam per conclave mediocriter calidum, idque in multa luce, & multo intus die. Ad haec altitudines congruentes, & latitudines longitudinibus pro portione reſpondentes, & multa ubique Gratia atque Venus enitet. Etenim ex praeclari Pindari praecepto, *Qui opus incipiunt, faciem ponant e longinquo fulgentem.* Haec autem contigerit maxime, e ſplendore, & luce, & feneſtris, ſi quis machinetur. Sapiens enim vere Hip-

a Ἀρχομένους] Ἀρχυμένου marg. *Aiw.* Ἀρχομένου voluit. b Αὐγῆς] Reſtitui ex L. & *Fl.* Αὐτῆς Edd. cett. c Φωταγωγῶν] Φωταγ. male *S. A.* Recte *Fl. J. P.* &c.

Εὐρύτολος — Addatque notata ad Noſtri *Aſin.* c. XI. *J. F. R.*

10. Ἐγκυλίσασθαι] Non jacebant tantum nudi, ſed & volutabantur. Nunc etiam in oriente a balnei miniſtro artus fricantur, extenduntur, premuntur, & quaſſantur. Quod ab eruditiſſ. Syro Theochari Dadichi nunc Hagae comitum (ann. MDCCXXII. deſinente) ſitim orbis viſendi explente; a quo viro aliquando, ſi Deus vitam & poſt labores tot itinerum ſtudiorumque exantlatos requiem conceſſerit, magna orbi literato & curioſa exſpectanda ſunt, quibus & veterum ſcriptis lux magna accedat, & artes hiſtoriaque recentiorum ſeculorum excolantur. *M. du S.*

13. Νομάδι λίθῳ λαχνοκολλημένος] Sic vertit Obſopoeus: *Nomadio lapide coagmentatus.* De Nomade lapide in Latinis auctoribus nihil legi. *Numidico lapide* debebat credo vertere; nam Numidae dicuntur Graece Νομάδες. Tum λαχνοκολλημένος male vertitur *extructus*, melius, ſi incruſtatus dixiſſet. *J. P. a G.*

17. Πυέλους] Conf. ſupra Ις. β. c. XI. f. *M. du S.*

26. Ἀρχομένους ἔργου] *Pindar.* Ol. VI. 4. *M. du S.* Ubi in Ed. *Steph.* lego — ἀρχομένου δ' ἔργου &c. quod idcirco addo, ut adpareat non male marginem *Ald. Weſſelingi* habere ἀρχομένου, modo jam addas δ', ex quo male picto, in Luciani quodam Codice, vulgatum ἀρχομένους forſan eſt natum. Nec alienum eſt ἀρχομένου ſic abſolute poni, ut ἄρχει) ἰνιαυτός. *Annus incipitur*, vel *incipit ſe.* Vel ἀπὸ νυκτὸς ἀρχομένης, *ab incipiente usque nocte*, ſive *prima de nocte*, ut (monente *Steph.*) interpretatur *Cicero.* Cui addo *Theogn.* vſ. 586. Ποῖ χρησιν μέλλει, πράγματος ἀρχομένου. Sed quia accuſandi caſus ad χρὴ relatus, non eſt abſurdus, nihil ſine auctoritate Lucianeorum Codicum immutarim. *J. F. R.*

27. Τοῦτο δ' ἂν εἴη ἐκ τοῦ αὐτῆς μάλιστα] Cur ſic potiſſimum loquatur auctor, & non maluerit ἐκ τοῦ αὐτοῦ, plane non capio, quum nihil vel praecedat, vel ſequatur, unde iſtud foemininum dependeat. Sed eſt vitium, legendumque ἐκ τοῦ αὐγῆς, orto errore, ut videtur, ex codice majuſculis literis ſcripto, & illic confuſo charactere Τ & Γ. *J. G.*

Τοῦτο δ' ἂν εἴη ἐκ τοῦ αὐτῆς μάλ.] Ubi legitur, τοῦτο δ' ἂν εἴη ἐκ τοῦ αὐτῆς μάλιστα, καὶ τοῦ φέγγους, ſagaciſſime pro αὐτῆς vidit Cl. *Gronovius* corrigendum eſſe αὐγῆς. Utique αὐγῆς clare habet editio Florentina. Sequitur continuo, καὶ τοῦ φωταγωγοῦ; corrige φωταγωγῶν, ut iti-

Hippias oecum frigidarium fecit, ut in boream procurrat, nec meridiani tamen aëris expertem: eos autem qui tepore multo indigent, noto & euro atque zephyro subjecit.

ἀληθῶς Ἱππίας τ᾽ ἦ ψυχροδόχον οἶκον, εἰς [d] Βορρᾶν προκεχωρηκότα ἐποίησεν οὐκ ἄμοιρον ὑδὲ τῦ μεσημβρινῦ ἀέρος· τῦς δὲ πολλῆ τῦ θάλπυς δεομένυς, νότῳ, καὶ εὔρῳ, καὶ ζεφύρῳ ὑπέθηκε.

8. Quid deinde tibi dicam Palaestras, & communes eorum, qui vestes custodiunt, commorationes, celerem habentes ad lavacra nec per ambages transitum, utilitatis pariter caussa & salubritatis? Et ne putet aliquis, parvum me opus oratione exornandum susscepisse. In communibus enim excogitare nova pulchritudinis specimina, non parvae sapientiae esse arbitror equidem. Quale sane hoc quoque opus nobis admirabilis ille Hippias eduxit, quod omnes habeat virtutes balnei, utilitatem, opportunitatem, claritatem, proportionem; quod loci ingenio accommodatum sit, quod usum sui securum praebeat: sellarum familiaricarum duo-

Τί ἄν σοι [e] τὸ ὅπι τύτῳ λέγοιμι παλαίστρας, καὶ τὰς κοινὰς τ᾽ ἱματιοφυλακύντων καλασκευὰς, ταχείαν τ᾽ ὅπι τὸ λυτρὸν, καὶ μὴ διὰ μακρᾶ τ᾽ ὁδὸν ἐχύσας, τῆ χρησίμυ τε καὶ ἀβλαβῦς ἕνεκα; καὶ μή με τωλάδῃ τις μικρὸν ἔργον προθέμενον, κοσμεῖν τῷ λόγῳ προαιρεῖσθαι. τὸ γὰρ ἐν τοῖς κοινοῖς, καινὰ ὅπινοῆσαι κάλλυς δείγματα, ὐ μικρᾶς σοφίας ἔγωγε τίθεμαι, οἷον καὶ τόδε τὸ ἔργον ὁ θαυμάσιος ἡμῖν Ἱππίας ἐπεδείξατο, [f] πάσας ἔχον τὰς βαλανείυ ἀρετὰς, τὸ χρήσιμον, τὸ εὔκαιρον, τὸ εὐφεγγὲς, τὸ σύμμετρον, τὸ τῷ τόπῳ ἡρμοσμένον, τὸ τ᾽ χρείαν ἀσφαλῆ παρεχόμενον· καὶ προσέτι τῇ ἄλλῃ ἀστειότητι κεκοσμημένον, [g] ἀφόδων μὲν ἀναγκαίων [h] δυσὶν ἀναχωρήσε-

d Βορρᾶν] Βορέαν Edd. priores male. e Τὸ] Omittit *Fl.* & merito. f Πάσας] Πᾶσας male *J.* g Ἀφόδων] Sic dedi ex *Fl.* & Schol. Ἀμφόδων Edd. cett. h Δυσὶν] Sic recte L. *B*1. *P.* Δυσὶν *Fl. J. V*2, *H. Fr. S.*

50. Ἀφόδων] Ἄφοδον ὁ ἀκόλαστος. *V.*

itidem recte Florentina. Post paullo, τ᾽ μὲ ψυχροδόχον οἶκον, εἰς Βορέαν προκεχωρηκότα ἐποίησεν. repone βορέου (vel βορρᾶ, siquidem & βορρᾶς dicitur) *fecit conclave frigori excipiendo aptum, in borean spectans.* Quod hic εἰς βορέου προχωρεῖν, id infra in *De Syria Dea* c. 28. εἰς ἄνεμον Βορέαν ἀποκεκρῖσθαι dicitur. *J. F.*

Ibid. Τῆς αὐτῆς] Lege τῆ αὐγῆς. *F. G.*

28. Φιλαγωγῶν] Quod Cl. *Jens.* monet sic scribendum, id praeter *Fl.* etiam recte habebat *J. H. P.* aliaeque. *J. F. R.*

31. Βορέου] Cl. *Jens.* Prave antea in omnibus βορέου legebatur. *M. du S.*

Βορρᾶν] Non potui quin hoc invitis Edd. mutarem. Βορὰς enim *esca* est, *Long. Past.* 2. p. 74. ἀλλ᾽ ὑμᾶς βορᾶ ἰχθύων θύσω. Vel *opsonia*, ut vertit Cl. *Hemst.* T. I. *Tim.* c. 8. med. *J. F. R.*

Ibid. Οὐκ ἄμοιρον ὑδὲ τῦ μεσημβρ.] Ut nempe non quiescens aër esset, sed copiose a Septentrionibus affluens, angustum versus meridiem exitum haberet, eaque ratione ventilatus esset salubrior. *J. M. G.*

50. Ἀμφόδων] *Fl.* Ed. & Schol. ἀφόδων. Mox L. & *B*2. δυσὶν pro corrupto ceterorum δυοῖν. *M. du S.*

Ἀφόδων μὲν ἀναγκαίων] Non tam Scholiastae auctoritas me movet, quamquam illa quoque, ut legendum sine dubio putem ἀφόδων μὲν ἀναγκαίων δυσὶν ἀναχωρήσεων quam attentior loci ipsius atque rei consideratio. *Bivium*, quod adhuc dederunt, plane ἀπροσδιόνυσον. *Circuitus* forte possit applicari ad balneum: sed repugnat quod ἀναγκαῖαι vocantur, quod ἀναχωρήσεις. Architecti laus non minima (*Cic.* de nat. Deor. 2, 56.) *avertere ab oculis & naribus dominorum, ea quae profluentia necessario tetri aliquid essent habitura.* Sed res est manifesta, & quae subolere unicuique potest. Nec minus δυσὶν legendum esse, non δυοῖν, quod libros occupavit. *J. M. G.*

Ἀμφόδων] Ego cum Schol. ἀφόδων legendum censeo; qui recte de secessibus ad exonerandam alvum interpretatur, idque suadet additum ἀναγκαίων. quo tamquam honestiore vocabulo, significari solere alvi dejectionem, notum arbitror ex *Epict.* Sent. 88. p. 134. καὶ τι τ᾽ ἀναγκαίων ποιήσαιλο, δύνηζαι ἐκεῖνα τὰ μέρη. Adde *Diod. Sic.* IV. p. 297. pr. χρεία ἀναγκαία, ubi Cl. *Wess.* & illa Epicteti addidit. *J. F. R.*

σεσιν, ἐξόδοις τε πολλαῖς τεθυρωμένον. [a] ὡρᾶν δὲ διττὰς δηλώσεις, ἢ μὲν ὕδατος μυκήματος, ἢ δὲ δι' ἡλίου ὀπτὸν δεικνύμενον. ταῦτα ἰδόντα μὴ ἀποδῦναι τὸ πρέπον ἔπαινον τῷ ἔργῳ, οὐκ ἀνοήτου μόνον, [b] ἀλλὰ καὶ ἀχαρίστου, μᾶλλον δὲ βασκάνου [c] μοι εἶναι ἔδοξεν. ἐγὼ μὲν οὖν εἰς δύναμιν καὶ τὸ ἔργον, καὶ τὸν τεχνίτην, καὶ δημιουργὸν ἠμείψάμην τῷ λόγῳ. εἰ δὲ θεὸς πολλοῖς καὶ λούσασθαί ποτε, πολλοὺς οἶδα [d] καὶ ἄλλους ἕξων τοὺς κοινωνήσοντάς μοι τῶν ἐπαίνων.

bus ſeceſſibus, & januis pluribus, apertum horarum gemina indicia, alterum per aquam & mugitum, alterum per ſolem, exhibens. Haec ſi quis viderit, neque dignam operi laudem tribuerit, ille non ſtupidus modo, ſed ingratus etiam, vel invidus potius mihi videatur. Ego proinde pro viribus & opus, & artificem, atque auctorem muneris oratione remuneratus ſum. Si vero fortuna praebuerit, ut etiam lavare quandoque hic poſſim, multos novi & alios in partem laudum mearum venturos.

ΠΡΟΣΑΛΑΛΙΑ, Η ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

PRAEFATIO, SEU BACCHUS.

ΟΤε ὁ Διόνυσος ἐπ' Ἰνδοὺς στρατιὰν ἤλασε (κωλύει γὰρ οὐδέν, οἶμαι, καὶ

CUm exercitum contra Indos duceret Bacchus, nihil enim, opinor, prohibet

a Ὡρῶν] Bene *W. P.* Ὁρῶν male cett. b Ἀλλὰ καὶ ἀχαρ. &c.] Ἀλλὰ καὶ βασκάνου καὶ ἀχαρίστου μοι μᾶλλον marg. *A1.* c Μοι] Μὴ male *F.* d Καὶ ἄλλους] Omiſit *Fl.* ΠΡΟΣΑΛΑΛΙΑ] Sic Edd. Προλαλιὰ *Schol.* Index *H.* & *Wech.* Ἡ] Sic *Fl.* &c. Ὁ *Schol.*

51. Ἐξόδοις τε πολλαῖς τεθυρωμένον] Non notant haec verba, ut credidit Benedictus, *multis januarum egreſſibus munitum* (& quaeſo quid eſt *muniri egreſſibus januarum?*) ſed ut recte Oſiopoeus, *multarumque januarum egreſſibus patens.* *F.G.*

Ibid. Τεθυρωμένον] *Pervium.* *F.G.* Bene; nam θυρόω eſt *januam* vel *januas facio*, *Ariſtoph.* Av. 614. — οὐδὲ θυρῶσαι χρυσοῦν θύραις. *F.F.R.*

52. Ὁρῶν] Corrige ἐρᾶν. *F.G.* Idem Cl. *Jenſ.* quoque monet in Lect. Lucian. p. 362. Et vel ſine librorum auctoritate ſic edi curaſſem, adeo res eſt manifeſta. *F.F.R.*

Ὡρᾶν — μυκήματος] Non igitur ſimplex clepſydra hic indicatur, ſed operoſior & magis artificioſa machinatio Cteſibiana, de quo genere *Vitruvius* 9, 9. ubi inter *multa deliciarum genera etiam horologiorum ex aqua comparationes* memorat, in quibus praeter caetera etiam *buccinae canunt*, qui eſt ipſe μυκηθμὸς, bubulae vocis imitatio. *F.M.G.*

Ibid. Δι' ὕδατος καὶ μυκήματος] Qua ratione haec horologia aquatica fuerint conſtructa, ut murmure ac ſonitu ſimul horas indicarent, adcurate exponere nequeo, nec feſtinatio finit addere aut examinare quae ſuper his adnotavi. Quare videat curioſus Lector *Pancirol.* memorab. ab *H. Salmuth* converſa, T. 2. Tit. X. de *horologiis*, figurasque clepſydrarum antiquarum ap. *Peraltium* in *Vitruv.* Gallico. Item *Caſaub.* ad Athen. IV. c. 17. p. 294. *Philip. Carol.* animadv. 2. in *A. Gell.* III. c. 3. *Salmaſ.* ad Solin. a p. 447. ad 458. atque alibi; aliosque quos indicat *Pinellus.* in additamentis Tom. IX. Theſauri *Graev.* inſertis p. 514. f. & ſeq. De horolog. Solari Romae in foro, *Memoir. de Literat.* T. II. p. 271. ac *Bargaeum* de obeliſcis, Theſ. *Graev.* T. IV. p. 1905. & potiſſimum p. 1922. Et Interpretes *Petron.* ad Sat. 26. fin. & 71. fin. Ut alios omittam. Sonitum etiam excitatum fuiſſe a calculo ſingulis horis in pelvim decidente, cum *Pancirollo* Tit. X. de horologiis, probabile credo. *F.F.R.*

60. Πολλοὺς δὲ ἄλλους] Male poſteriora in *Fl.* eſſe omiſſa, teſtatur Luciani conſuetudo. Conf. ſupra *Philopſ.* c. 19. ubi & καὶ ante ἄλλο. Τί δ', ἐὰν ἄλλο ποιοῦντα ὁρᾶτε; ſed πολλοὺς δὲ ἄλλους plane uti hic, in *Rhet. Praec.* c. 11. ipſo init. ac ſaepe alibi. Item in *Tab. Cebet.* ſtatim in pr. εἰ μὲν πολλὰ μὲν δὲ ἄλλα ἀναθήματα θεωροῦμεν. *F.F.R.*

9. Ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς] Etſi περὶ quod *Solan.* vult, uſitatius: tamen ὑπὲρ verum credo, quod reliquorum ὑπὸ idem ſuadeat, & περὶ longius a literarum ductu recedit, quod potius cum παρὰ confundi amat. Sed recte ὑπὲρ pro περὶ uſurpari, adeoque & hoc nomine nihil opus eſſe correctione, vid. ſupra dicta ad *Gall.* c. 18. med. Quin & *Homer.* ὑπὲρ cum accuſ. pro περὶ. Il. Z. 524. — Οὐ γάρ τοι ὑπὲρ σέθεν αἴχεα' ἀκούω. *quando de te probra audio.* Sed praeter exempla ad *Gall.* l. d. adde-

bet etiam Bacchicam vobis fabulam enarrare; ita ajunt contenta esse ab illis hominibus ipsius principia, ut adventantem deriderent, vel potius ipsius audaciae miserarentur, qui statim ab elephantis conculcandus esset, si aciem contra auderet instruere. Audierant enim, puto, exploratores absurda quaedam de illius exercitu narrare, Phalangem ipsius & ordines esse mulieres insanas & furentes, hedera coronatas, praecinctas hinnulorum pellibus, hastis quibusdam parvis instructas, sine ferro, hedera ornatis & ipsis, levibusque parmulis, bombos, si quis modo attingeret, reddentibus; nempe clypeis assimulabant etiam tympana: paucos autem quosdam inter eos versari rusticos juvenes, nudos, saltantes cordacem, qui caudas haberent, cornutos *corniculis*, qualia recens natis haedis subnascuntur.

Ibid. Ἀσσυρ. δὲ καὶ Ἀρ. οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων] Hi enim aeque ac Chananaei & Idumaei, fabulatores nuncupantur, quod parabolice ſolerent diſputare, ut ex *Theodoreto* in Baruchi c. 3. notat *Bern. Aldrete* in *Antiguedades de Eſpanna* &c. qui h. l. Luciani proferens ἐξηγητὰς *doctores*, *commentatores*, *gloſſularios* exponit; qua ratione opus haud eſt receptam ſollicitare lectionem, & pro μύθων ſubſtituere μυστηρίων, cum *J. Clerico* comment. ad *Geneſ.* V. 27. p. 46. in primis cum conſtet, ipſa rerum & naturalium & ſacrarum myſteria fabulis cooperta fuiſſe ap. Orientales. *J. H. Majus.*

42. Βραχμᾶνες] Centum annos vivere modicum eos putaſſe, ex *Ambroſ.* p. 59. Centum quinquaginta ordinarium, ex *Palladio* de Gentib. Ind. & Brachmanib. p. 3. probat Cl. *J. H. Majus.* *J. F. R.*

43. Μάγοι] Magorum Aegypti longaevorum meminit *Iſocr.* Buſir. p. 534. & Phoeniciae in *Olympiodori vita* Platonis p. 587. Adde *Plin.* hiſt. nat. XXV. 2. Haec ex *Majo*, cetera omitto. *J. F. R.*

50. Ἔθνη ὅλα μακρόβια] Sic *Homeritae* μακρόβιοι dicti ap. *Phot.* cod. 64. p. 38. *Hyperborei*, teſte *Plinio* IV. 12. *Numidae*, fide *Appian.* p. 64. *Arcadum* Reges. vid. *Cenſor.* c. 5. *Serv.* ad Æn. VIII. *Britanni* ſenum anno CXX. inchoantes, *Plut.* de placit. philoſ. V. 30. *Cyrnaei*, *Steph. Byz.* in Κυρνος, aliique ap. *Gurtler.* origg. mundi I. c. 20. S. 7. *Eſſeni* olim inter Judaeos, quos ob frugalem vitam centeſimum ut plurimum annum exceſſiſſe ſcribit *Joſephus* de bello Jud. L. 2. p. 729. Ed. Gr. *Baſ.* fuitque illis potus ὕδωρ ποταμιῶν, ſe-

5. Jam vero gentes etiam totae diutiſſime vivunt, ut Seres referunt ad trecentos usque annos vitam proferre, cujus longae ſenectutis cauſſam alii aëri, terrae alii imputant, alii vero etiam rationi victus; aquam enim bibere univerſam gentem, ajunt. Athotes etiam ad triginta & centum annos vivere literis proditum eſt; & Chaldaeos ſupra centum annos fertur vivere, hos etiam pane hordeaceo uti, acuti viſus remedio: quibus nempe dicant ob talem victum reliquos etiam ſenſus ſupra reliquos homines vigere.

6. Sed haec de longaevis & generibus hominum & gentibus, quos longiſſimo durare tempore ajunt, partim propter terram & aërem, partim propter rationem victus, partim propter utrumque. Aequum autem eſt, ut facilem tibi ſpem injiciam, narrando, in omni ſolo, in aëre omni, lon-

5 Ἤδη δὲ καὶ ἔθνη ὅλα μακροβιώτατα, ὥσπερ Σῆρας μὲν ἱστορῆσαι μέχρι τριακοσίων ζῆν ἔτη. οἱ μὲν τῷ ἀέρι, οἱ δὲ τῇ γῇ τὴν αἰτίαν τῆς μακρᾶς γήρως προτιθέντες, οἱ δὲ καὶ τῇ ἀφ' ἵτης. ὑδροποτεῖν γὰρ φασι τὸ [c] ἔθνος τοῦτο σύμπαν. καὶ Ἀθῶτας δὲ μέχρι τριάκοντα καὶ ἑκατὸν ἐτῶν βιῶν ἱστόρηται, καὶ τοὺς Χαλδαίους ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιῶν λόγος. τούτους μὲν καὶ κριθίνῳ ἄρτῳ χρωμένους, ὡς ὀξυδορκίας τοῦτο φάρμακον· οἷς γε φασὶ καὶ τοιαύτῃ δίαιτᾳ, καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐρρωμένας εἶναι.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περί τε τῶν μακροβίων γενῶν, καὶ τῶν ἐθνῶν, ἃ τινά φασιν ὡς ὀπωλεῖστον ἀφθίγγεται χρόνου. οἱ μὲν ἀφ' ἑνὸς γῆν, καὶ τὸν ἀέρα, οἱ δὲ ἀφ' ἑνὸς δίαιταν, οἱ δὲ καὶ δι' ἄμφω. ἐγὼ δ' ἂν σοι δικαίως τὴν ἐλπίδα ῥᾳδίως ἐμβάλοιμι, ἱστορήσας ὅτι καὶ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ κατὰ πάντα ἀέρα, μακρόβιον

c Ἔθνος] Sic *Fl.* &c. praeter *J.* quae γένος cum *Graev.* Γένος etiam marg. *AIW.*

ſecundum *Philonem Judaeum* de vit. contempl. p. 894. quod mox Noſter de Seribus etiam refert. Excerpſi ex Differt. Cl. *Maji*, nonnulla omittens. *J. F. R.*

51. Σῆρας] De his dicenda praeripuit *G. H. Urſinus* Diſſert. miſcellaneis paternis adnexa, p. 360. ſeqq. *J. H. Majus.*

Ibid. Τριακοσίων] Geographus Graecus incertus in Antiq. orb. deſcript. ita de Seribus p. 4. Θησαυροὶ δὲ πυθμένες ἑκατὸν δύο ἐκτὸς, καὶ ἑκατὸν εἴκοσι ἐντός. *J. H. Majus.*

52. Οἱ μὲν τῷ ἀέρι &c.] Vid. *Amm. Marcel.* L. XVI. & XXVII. Addatur *Hippocratis* Liber de aëre, aquis & locis, & *H. Meibomii* epiſt. de Longaevis ad Sereniſſ. ducem *Auguſtum* Brunsvic. *J. H. Majus.*

54. Ὑδροποτεῖν γάρ φασι τὸ ἔθνος] Mſ. γένος ut paulo ante γῆν ὅλα μακρόβια. totae gentes. Sic apud Latinos *genus* frequenter pro populo. *Velox genus* apud Florum de Gallis, & alibi, quin & interdum accipitur pro genere humano, ut docti viri ad *Senecam* Tragicum notarunt. *J. G. G.*

Ὑδροποτεῖν] Theae uſum huic genti hodieque familiarem reſpexiſſe videtur; quamvis non invitus conceſſerim, hac voce vulgo abſtinentiam a vino tantum deſignari. *M. du S.*

55. Καὶ Ἀθῶτας] *Plin.* VII. 2. eos qui in Atho monte habitant, centenis quadragenis vivere, teſtis eſt. Mirum, ſi Noſter hic in mendo non jacet, ac pro Ἀθῶτας, legendum Ἀθώους. Ita enim *Steph. Byzant.* in Ἄθως. τὸ τοπικὸν Ἄθωος, χωρὶς τοῦ ι, καὶ Ἀθώιτης τοὺς ἐνοικοῦντας. *J. H. Majus.* Cetera omittere cogor. *J. F. R.*

57. Χαλδαίους] Ecce, quam adcurate magos a Chaldaeis ſejungat, quod & *Strabo* XVI. p. 723. & *Curt.* V. 1. fecere; illi enim ſacris operabantur, *aruſpicum fratres* ideo ab *Arnobio* L. IV. p. 134. dicti; hi aſtrologiae vacabant. V. *Th. Gale* ad *Jamblich.* de myſt. p. 287. & *Cleric.* indice ad *Stanl.* Hiſt. Philoſ. Orient. voce *Magus.* *J. H. Majus.*

59. Ὀξυδορκίας — φάρμακον] Vir inſignis *J. Clericus* art. crit. part. 2. ſ. 1. c. 12. §. 9. ambiguam hanc ait conſtructionem, quia ſignificat *medicamentum, quo perſpicaciores fiant*, non quo dematur perſpicacia; recte quidem, ſed mens Noſtri ex ſeqq. ſatis perſpicitur, & eod. modo *Diod. Sic.* ἀβαυσίας φάρμακον nominat L. I. c. 25. *J. H. Maj.* Omitto quae addidit de medio voc. φάρμακον ſignificatu, ſatis noto; ſed ad conſtructionem reciprocam nihil faciente, quae in genitivo potius latet, de cujus conſtructione ambigua ſatis egi in libello *de Ambigg.* ut: *caedes, vulnus illius*, in utramque partem, &c. Adde hic potius *Diod. Sic.* 3. c. 3. f. καὶ τῶν Αἰγυπτίων ἀποικίας. quod & ibi plane oppoſito more, quam alias exponendum, nempe *coloniae in Aegyptum deductae.* *J. F. R.*

βιοι γεγόνασιν ἄνδρες, οἱ γυμνασίοις τοῖς καθήκουσι, καὶ ἀφθίτῳ τῇ ὑπηνεμιωτάτῃ πρὸς ὑγίειαν χρώμενοι.

Διαίρεσιν δὲ τοῦ λόγου ποιήσομαι τὴν πρώτην κατά γε τὰ ὑπηνεμώμενα τῶν ἀνδρῶν· καὶ πρῶτον γέ σοι τοὺς βασιλικοὺς καὶ στρατηγικοὺς ἄνδρας ἱστορήσω, ὧν ἕνα καὶ εὐσεβεστάτῃ μεγάλῃ θειοτάτῃ αὐτοκράτορος τύχῃ εἰς τὴν τελεωτάτην ἀγαγοῦσα τάξιν, εὐηργέτηκε τὰ μέγιστα τὴν οἰκουμένην ἑαυτοῦ· οὕτω γὰρ ἂν ἀπιδὼν καὶ σὺ, τὴν μακροβίων ἀνδρῶν πρὸς τὸ ὅμοιον τὴν ἕξιν καὶ τὴν τύχης, ἑτοιμότερον ἐλπίσειας γῆρας ὑγιεινὸν, καὶ μακρὸν, καὶ ἅμα ζηλώσας, ἐργάσαιο σεαυτῷ τὴν ἀφθίτην μέγιστόν τε ἅμα καὶ ὑγιεινότατον βίον.

Πομπίλιος Νομᾶς ὁ εὐδαιμονέστατος τῶν Ῥωμαίων βασιλέων, καὶ μάλιστα περὶ τὴν θεραπείαν τῶν θεῶν ἀσχοληθεὶς, ὑπὲρ ὀγδοή-

gaevos fuisse viros, exercitationibus convenientibus, & aptissima ad sanitatem victus ratione usos.

7. Distribuam vero orationem primo pro vitae generibus virorum, & initio quidem regii fastigii viros, aut exercituum duces, commemorabo (quorum uno etiam pia magni augustique Imperatoris nostri Fortuna in supremum ordinem evecto, maximum beneficium suo terrarum orbi tribuit). Sic enim respiciens tu quoque ad longaevorum similes habitus ac fortunas, senectutem sanam longamque speraveris facilius; simulque aemulatus eos, longissimam pariter atque saluberrimam tibi vitam *eadem servata* victus ratione paraveris.

8. Pompilius Numa felicissimus Romanorum regum, & maxime circa Deorum cultum occupatus, supra octoginta annos vi-

a Καθήκουσι] Προσήκουσι marg. *Ar.* b Στρατηγικοὺς] Στρατιωτικοὺς *Marcil.* Nil mut. Edd. c Καὶ] Ἢ *Marc.* ἢ postea posito. Non addicunt libri.

73. Τὴν πρώτην] *Aemil.* in nott. Mss. τὸν πρώτην hic adverbii more accipiendum recte docet &c. *J.H.Maj.*

75. Τοὺς βασιλικοὺς ἢ στρατηγικοὺς ἄνδρας] Τοὺς βασιλικοὺς ἢ στρατιωτικοὺς ἀνδ. *Th.M.*

Ibid. Βασιλικοὺς] Eos Noster innuit, qui aut regio sanguine orti, aut regiam dignitatem adepti fuere. Sic *de Salt.* c. 64. βασιλικὸς τις ἀνὴρ. Vid. *Raphel.* ex *Polyb.* ad *Joan.* IV. 46. & *Perizon.* ad *Aelian.* II. 20. p. 100. *J.H.Maj.* Adde notam *L. Bos* ad *Salt.* l. d. *J.F.R.*

76. Ὧν ἕνα ἢ εὐσεβεστάτῃ] Ὧν ἕνα ἡ εὐσεβεστάτη ἢ μεγ. *Th.M.*

Ὧν ἕνα] Vixit *M. Aurelius*, de quo haud dubie hic sermo est, annos LIX. cum haec scriberet Lucianus, annum agebat circiter... *M. du S.*

Ὧν ἕνα] Quis ille *unus?* Neglectum hoc a commentatoribus. Forte *Avidius Cassius* erit strenuus sub M. Antonino Philosopho belli dux. Vel potius *Claudius Pompejanus* gener M. Antonini, qui πρεσβύτατος vocatur ab *Herodiano* I. 6. addente, ejus dicta ipsum Commodum reveritum fuisse. Et haec vivente ac florente adhuc illo *uno* scripta sunt, quem divellit ab Imperatore Noster, ejusque favore ad supremam dignitatem evectum fuisse scribit. (Cetera quae *Majus* ex *Steinheilo* suo inserui, addere non licet.) *J.H. Maj.*

Ibid. Καὶ εὐσεβεστάτῃ] Mallem cum *Marcil.* ἡ εὐσεβεστάτῃ τύχῃ, *benignissimam* fortunam, qua εὐσεβὴς quandoque *benignum, clementem*, dene-

tat. v. *G. Cuper.* append. ad *Hom.* apotheosin p. 286. f. Nisi potius legend. ὧν ἕνα ἢ εὐσεβείᾳ ἡ μεγάλῃ. Porro αὐτοκράτορος τύχη est periphrasis pro *imperator fortunatissimus.* Vid. *Vechn.* Hellenolex. L. 2. c. 8. *Sciopp.* ad carm. *Priap.* p. 39. *Phil. Carolum* ad Gell. p. 355. *Muretum* var. lect. III. 4. *J.H.Maj.* Sed quid si solo ἢ transposito sanetur locus? *J.F.R.*

77. Εὐσεβεστάτῃ μεγάλῃ] Potest fieri ut hoc nomen spectatim ad *Antoninum Pium* respiciat. Nihil tamen prohibet, quin hic periphrasin esse dicamus tralaticii tituli, *Pius, Felix, Augustus.* Nam cum μεγάλῃ τύχῃ ei tribuitur, potest quidem locum habere illa itidem usitata ratio, qua Fortunam Imperatoris pro ipso Imperatore poni constat; sed neque est, quod impediat, quin ad illam Felicis appellationem referatur. Θειοτάτου, de vivo acceptum, respondere Augusto, non est dubitandum. Nempe non versamur hic in Plutarcho aliquo aut Dione, qui Romanarum rerum, quas accurate norunt, servant etiam certa nomina: sed in Sophista, quem alias quoque multum sibi indulgere in his novimus, qui ἀρμοστὴν dicat Praesidem provinciae, qui πομπὴν μεγάλην Kalendas Januarias &c. Verbo, qui non Graecis commendare Romana, sed Romanis Graeca studeat. *J.M.G.*

81. Ἕξιν] *Habitudo corporis* hic videtur notari, dicit *Aemil.* in not. Mss. nec repugnamus. *J.H. Majus.*

86. Ὁ εὐδαιμονέστατος] Nullum enim bellum gessit, con-

vixiſſe memoratur. Servius Tullius, rex & ipſe Romanorum ſupra octoginta itidem vixiſſe refertur. Tarquinius vero ultimus Romanorum rex, exul Cumis cum ageret, ultra nonageſimum annum firmiſſima valitudine dicitur perveniſſe.

9. Hi Romanorum reges, quibus adjungam reliquos etiam reges longam ſenectutem adeptos, & unius cujusque ſtudia. In fine autem Romanos adſcribam reliquos, qui ad longiſſimam ſenectutem pervenere, additis etiam, qui in reliqua Italia diutiſſime vixerunt. Digna enim literis ratio refutandi eos, qui iſtum aërem criminantur, hiſtoria. Quo meliorem nos quoque ſpem habemus, rata futura vota noſtra, ut in longiſſimamque & pinguem ſenectutem perχονλα ἔτη βεβιωκέναι ἱστορεῖται. Σέρβιος δὲ Τύλλιος Ῥωμαίων καὶ ὅτος βασιλεὺς, ὑπὲρ τὰ ὀγδήκονλα ἔτη καὶ αὐτὸς βιώσας ἱστορεῖται. Ταρκύνιος δὲ ὁ τελευταῖος Ῥωμαίων βασιλεὺς, φυγαδευθεὶς, καὶ ὂπὶ Κύμης ἀλφτρίων, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκονλα ἔτη λέγε[91] γερόνταλα βιῶσαι.

Οὗτοι μὲν ὧν Ῥωμαίων βασιλεῖς, οἷς συνάψω καὶ τοὺς λοιποὺς βασιλέας, τοὺς εἰς μακρὸν γῆρας [d] ἀφικομένους, καὶ τὰ ὀπιτηδεύμαλα ἑκάτου. ὂπι τέλει δέ σοι καὶ τοὺς λοιποὺς Ῥωμαίων, τοὺς εἰς μήκιστον γῆρας ἀφικομένους προσαναγράψω, προθεὶς ἅμα καὶ τοὺς κτ' τὴν λοιπὴν Ἰταλίαν ὂπὶ πλεῖστον βιώσαντας. ἀξιόλογος γὰρ ἔλεγχος ἡ ἱστορία τῶν ἀλφβάλλειν πειρωμένων τὸν ἐνταῦθα ἀέρα, ὥστε καὶ ἡμᾶς χρηστοτέρας ἔχειν τὰς ἐλπίδας, τελείους ἡμῖν τὰς εὐχὰς ἔσεσθαι πρὸς τὸ εἰς μήκιστόν τε καὶ λιπαρὸν, τὸν πάσης

[d] Ἀφικομένους] Καὶ μετ' αὐτοὺς inſerit *Fl.*

91. Αὐτὸς βιώσας ἱστορεῖται] Ἀντὶ τοῦ βιῶσαι. Participium pro infinitivo. *G.*

contentus domi res ſuas agere, & ſacra in ordinem cogere. *J. H. Majus.*

88. Ὀγδήκονλα] Conſentit *Plutarch.* in vita ejus p. 74. Tres & quadraginta annos regnaſſe, vult *Livius* l. 21. ac *Eutrop.* l. 2. Quadraginta vero & unum, *Paulus Diac.* l. pag. 42. & *Caſſiod.* in Chronico, p. 1322. *J. H. Majus.*

89. Σέρβιος δὲ Τύλλιος] Collige annos vitae ex imperii. *Dion. Halic.* IV. p. 242. quadraginta annis circumſcribit magiſtratum ejus. *Liv.* I. 48. adjicit quatuor annos cum *Eutr.* I. 6. & *Sext. Ruſo* Breviar. p. 3. Ex quibus emendandi *Paulus Aquilegienſis* diaconus L. I. p. 44. Et *Caſſiod.* l. d. annos 33. tantum tribuentes. *J. H. Majus.*

94. Ἐνενήκονλα] Conſentit *Dion. Halic.* VI. p. 358. *J. H. Majus.*

98. Καὶ τὰ ἑξῆς. ἐν.] Excidit hic pars magna ſententiae. *Fl.* quidem habet aliquid; ſcilicet καὶ μετ' αὐτοὺς, ſed nondum ſic expletur lacuna. *M. du S.*

5. Τὸν ἐνταῦθα ἀέρα] Hinc colligere licet, ſcriptum hoc Romae. *M. du S.*

Ibid. Ἐνταῦθα ἀέρα] De Romani coeli qualitatibus ſcripſerunt *Jo. Baptiſta Donus, Marcilius, Cognatus, Alex. Petronius*, & noſtra memoria *Jo. Maria Lancisius* in ampla Diſſert. edita Rom. 1711. qua ſalubritatem aëris iſtius adſtruit. *J. H. Majus.*

7. Τελείους — εὐχὰς] Curavimus excudi τελείας, ait *Majus.* Ego nondum. Vid. ἀναγναίη τροφὴ, item γυναικὸς σύνοδοι, & ſimilia defenſa T. 2. *Amor.* c. 27. *J. F. R.*

8. Πρὸς τὸ εἰς μήκιστόν τε, καὶ λιπαρὸν τὸν πάσης γῆς, καὶ θαλάττης διεκτόπου, γῆρας ἀφικέσθαι, τῇ ἑαυτοῦ οἰκουμένῃ βασιλεύσαντα ἤδη, καὶ γηράσαντα] Sic diſtinxit Benedictus, addita ineptiſſima verſione, *longiſſimam ac pleniſſimam tota terra marique dominantem ſenectutem, jamque in ſuo ſolo regnantem & ſenescentem aſſequuti.* Quid enim? an Lucianus, terſus ille & liquidus, dicit ſenectutem dominantem terra marique? Porro cur jam in ſuo ſolo regnat? an etiam ante regnavit in alieno? Nihilo melius prior Obſopoeus & *longiſſimam ac pleniſſimam tota terra marique dominantem ſenectutem, jamque in ſuis locis regnantem & ſenescentem conſequamur.* Fatue de ſe vel aſſequutis vel conſequentibus loquuntur uterque. Verte, ut clare ſonant verba, & ratio inculcat: *quo ad longiſſimam ac plenam ſenectutem veniat terra univerſa ac maris dominus, orbi ſuo imperans nunc jam ſenex.* Hoc enim intelligit votum, ut princeps, qui jam erat ſenex, maturam quoque adepturus eſſet ſenectutem. *J. G.*

Ibid. Λιπαρὸν, &c.] Ita hunc locum per inciſa diviſimus (uti & ego jam feci) qui ſine ſenſu vertebatur: vidit aliquid *Fac. Gronov.* in totam vero textus diſpoſitio-

σης γῆς καὶ θαλάττης δεσπότου, γῆρας ἀφικέσθαι, τῇ ἑαυτοῦ οἰκουμένῃ βασιλεύοντα ἤδη, καὶ γέροντα.

Ἀργανθώνιος οὖν ὁ [a] Ταρτησσίων βασιλεὺς, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται, ὡς Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς, καὶ ὁ μελοποιὸς Ἀνακρέων· ἀλλὰ τοῦτο μὲν μῦθός τισι δοκεῖ· Ἀγαθοκλῆς δὲ ὁ Σικελίας τύραννος, ἐτῶν ἐνενηκοντα πέντε τελευτᾷ, καθάπερ Δημοχάρης καὶ Τίμαιος ἱστοροῦσιν· Ἱέρων δὲ ὁ Συρακουσίων τύραννος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν γενόμενος, ἐτελεύτα νοσῶν, βασιλεύσας ἑβδομήκοντα ἔτη, ὥσπερ Δημήτριός τε ὁ [b] Καλατιανὸς, καὶ ἄλλοι λέγουσιν. [c] Ἀντέας δὲ Σκυθῶν βασιλεὺς,

veniat terrae totius atque maris dominus, qui jam senex suum terrarum orbem regit.

10. Arganthonius ergo Tartessiorum rex quinquaginta & centum annos vixisse dicitur, ut volunt Herodotus historicus, & poëta Anacreon. Verum ista quibusdam videtur fabula. Agathocles autem Siciliae tyrannus *cum esset* annorum quinque & nonaginta, mortuus est, sicut Democharis ac Timaeus tradunt. Hiero Syracusanorum tyrannus, duo & nonaginta annos natus morbo finiit vitam, cum septuaginta annos regnasset, ut Calatianus Demetrius & alii perhibent. Anteas Scytharum rex, pugnans con-

a Ταρτησσίων] Ταρτησίων Edd. priores. b Καλατιανὸς] Ex emendat. *Solan.* & *Gujeti.* Καλλιστιανὸς Edd. priores. c Ἀντέας] Ἀτέας *f.* sola, & marg. *At.* quod verum credo.

sitionem non penetravit, vidit quoque *Æmil.* in Mf. monens: refer ad ἐλπίδας vel εὐχὰς. πρὸς τὸ ἀφικέσθαι τῇ δεσπότου αὐτῆς μοίρης. Ceterum phrasis λιπαρὸν γῆρας Homerica est, quam illustrat *Eustath.* ad Odyss. Λ. p. 1676. *J. H. Majus.*

9. Δεσπότου] *M. Aurelium* jam senem, paucos ante mortem annos, cum ad sexagesimum vix pervenisse tradatur. *M. du S.*

10. Ἑαυτοῦ οἰκουμένῃ] Roman. denotat orbem, qui sic passim vocatur ab Historicis, *Polyb.* VI. 48. *Zosim.* II. 7. *Herodian.* V. 2. ab Oratoribus, *Libanio* Or. fun. in *Julian.* p. 290. & 360. *Athenag.* in Legatione pro Christianis sub init. ac p. 14. Adde Commentt. ad *S. Lucae* II. 1. Noster paullo ante: τὴν αὐτοκράτορος οἰκουμένην. Imperatorem vero innuit *M. Ant.* Philos. sub cujus imperio extremo scripsisse videtur hunc tractatum, eoque γήρασα eum adpellat &c. *J. H. Majus.*

12. Ἀργανθώνιος] *Herod.* I. p. 42. *M. du S.*

Ibid Ταρτησσίων] Ita ex *Herodoto* emendandum fuit, pro Ταρτησίων, quod in omnibus Impressis reperio. *M. du S.*

Ταρτησσίων] Sic scribendum etiam probavit Cl. *Majus.* Ex *Plin.* III. 1. Ex *Steph. Byz. Arrian. Strab.* & *Appian. Al.* cui addit de ipsa Tartesso fuse differentem *Aldrete*, L. III. c. 12. *Del Origen, y principio de la lengua Castillana.* *J. H. Majus.*

13. Πεντήκοντα] Atqui *Herodotus*, quem auctorem adducit, CXX. tantum annos in Impressis hodiernis ait vixisse. *Anacreon* vero in fragm. CL. ei annos tribuit; *Val. Maxim.* VIII. 14. Octoginta annis patriam rexisse ait, cum ad imperium sexaginta annos natus accessisset. Cujus rei certos esse auctores ait. Asinium tamen Pollionem affert, qui eum CXXX. tantum annos imperiviſſe commemorat. *M. du S.*

14. Ὡς Ἡρόδοτος] Sed qui CXX. annis vitam Arganthonii metitur, L. I. S. 163. ex quo *Cic.* de Senect. & *Valer. Max.* VIII. eundem annor. numerum 120. repetunt. *Benner.*

15. Ἀνακρέων] Testes adducit non exempla, ne erres; quippe qui hic de regibus agat, non historicis aut poëtis. De Herodoti loco jam dictum est. Extat Anacreontis fragmentum Ed. *Steph.* p. 77. B. C. ubi CL. numerus reperitur. *M. du S.*

Ἀνακρέων] Od. 68. Adde *Strab.* & *Plin.* qui eundem annor. numerum tuentur. *Asin. Pollio* centum & triginta annos ei tribuit. *Benner.* Plura *Majus* ex *Phleg. Trall.* c. 4. additque: ipsum *Arganthonii* nomen habere quid ominis alludens ad עֶרֶשׁ עַנְתָּא, quod sonat πολυχρόνιον, ex *Sam. Boch.* Geogr. Sacr. part. 2. L. I. c. 34. Adscripsit *Benner.* Trecentos ei assignat *Sil. Ital.* 3. 396. *Vinetus* malit ter quinos, ut ita Silio cum Anacreonte conveniat. *J. F. R.*

16. Ἀγαθοκλῆς] Senem vocat *Justin.* 23. 2. *Ael.* V. H. XI. 4. Non nisi 72. annos vixisse contendit *Diod. Sic.* in eclogis lib. XXI. *J. H. Majus.*

18. Δημοχάρης] Vid. *Voss.* de Hist. Gr. I. 11. p. 68. *Periz.* ad *Aelian.* III. 7. *Meurs.* Biblioth. Att. T. X. Thesaur. Ant. Gr. *Gronov.* col. 1479. *J. H. Majus.*

Ibid. Τίμαιος] Meminit Noster iterum infra, & *Schol.* ad Aſin. ac *Polyb.* XV. 33. p. 1003. Tauromeni in Sicilia natus, scripsit Athenis, *Plut.* de exsilio. p. 605. Vid. omnino *Diod. Sic.* princ. L. V. Sed quid in eo laudandum, quid reprehendendum, vid. *Longin.* de sublim. S. IV. Consule & *Voss.* & *Meurs.* ad *Hesych.* Milesi. p. 203.—4. *J. H. Majus.*

19. Ἱέρων] Nonagesimo obiisse anno testatur *Liv.* XXIV. 4. & *Val. Max.* VIII. 13. *J. H. Majus.*

22. Δημήτριος — Καλλιστιανὸς] Mendum est in nomi-

contra Philippum circa Istrum flumen decidit, supra nonaginta annos natus. Bardylis rex Illyriorum ex equo dicitur pugnasse in bello contra Philippum, annos natus nonaginta. Teres Odrysarum rex, ut refert Theopompus, duorum & nonaginta annorum *cum esset*, obiit.

11. Antigonus Philippi F. Cocles, rex Macedonum, in Phrygia pugnans cum Seleuco & Lysimacho, vulneribus multis confectus cecidit, annorum cum esset unius & octogintà, ut narrat, qui expeditionis illius socius fuit, Hieronymus. Etiam Ly-

μαχόμενος πρὸς Φίλιππον περὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν, ἔπεσεν ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονώς. [d] Βάρδυλις δὲ ὁ Ἰλλυριῶν βασιλεὺς, ἀφ' ἵππου λέγεται μάχεσθαι ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον πολέμῳ, εἰς ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη. Τήρης δὲ [e] Ὀδρυσῶν βασιλεὺς, καθά φησι Θεόπομπος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτησεν.

Ἀντίγονος δὲ ὁ Φιλίππου ὁ μονόφθαλμος, βασιλεύων Μακεδόνων, περὶ Φρυγίαν μαχόμενος Σελεύκῳ καὶ Λυσιμάχῳ, τραύμασι πολλοῖς περιπεσὼν, ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἑνὸς καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ ὁ συστρατευόμενος αὐτῷ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ. καὶ Λυσί-

d Βάρδυλις] Sic omnes, praeter *J.* quae Βαρδύλλιος. quod etiam adscript. marg. *A1. V2.* Βάρδυλλος. *e* Ὀδρυσῶν] Ita marg. *A1. G. V2.* & *J.* Ὀδρυσῶν reliquae.

28. Ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη] Τελεῖ εἰς τοὺς Ἕλληνας, ἀντὶ τοῦ Ἑλλὴν ἐστί. τελεῖ εἰς τοὺς ἄνδρας, ἀντὶ τοῦ ἀνὴρ ἐστι. τελεῖ δὲ εἰς ἐννενήκοντα ἔτη, ἀντὶ τοῦ ἐννενήκοντα ἐτῶν ἐστι. οὕτως γὰρ φασιν οἱ Ἀττικοί. *V.*

* Δι] Non aderat in Editis. Addidit. *M. du S.*

sine hujus Demetrii: nullibi enim de Callista urbe, nec de historico illo Callistiano mentio facta est. Lege confidenter Καλατιανὸς, de quo *Dion. Halic.* περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, *Diog. Laërt.* in Demetrio, ubi ait eum scripsisse de Asia & Europa, L. 20. *Theocriti* Schol. ad Idyll. 1. ubi eum de Siciliæ rebus scripsisse patet, alii plures. Calatis vero seu Calatia (nam utrumque invenitur) urbs fuit Thraciæ ad Pontum Euxinum, de qua Scylax, Diodor. Strabo, Memnon, *Steph.* & alii. *J. P. a G.* Corrigendum Καλατιανός. Vide nos ad *Laërt.* *AE. M.*

Ibid. Καλατιανὸς] Variant hic emendatorum sententiae. *Vossius* Καλαντιανὸς legit, de Hist. Gr. 552. vide eundem de Poëtis Gr. ubi Καλατιανὸς, monente *J. de la Faye*, legitur. Et omnino apud *Diog. Laërt.* in Edd. *Steph.* ita scribitur. Vide *Men.* not. p. 131. & p. 13. A. B. Quod & sequuti sumus. In libris enim nostris omnibus hic legebatur Καδιατιανός. De eo *Diog. Laërt.* p. 134. D. Vid. *Dion. Hal.* π. συνθ. Et *Steph. Byzant.* in Ἀντίγυρα. *M. du S.*

23. Ἀντίας] Ἀτίας nondum ausus sum edere, etsi omnino sic legend. credo cum doctiss. *Steinheil.* id etiam in Dissert. *Maji* probante ex *Plut.* Apophth. p. 128. & *de fort. Alex. serm.* p. 248. ac *Justin* 3. 2. eundemque esse cujus epistolam satis Laconicam profert *Clem. Alex.* L. V. p. 561. licet Ἀτείας ibi vocetur; nam & ibi quidam Codd. Ἀντίας habent, ut monet Ed. Oxon. *J. F. R.*

26. Βάρδυλις] Ita plerique Impressi. *J.* Βαρδύλλιος. *V2.* Βάρδυλλος. *M. du S.*

Βάρδυλις] Geminato λ. *Plut.* Vit. Pyrrh. p. 387. & in *Hellad.* Chrestom. col. 955. Βράδυλλις, quod tamen in Βάρδυλλις mutandum. *J. H. Majus.*

28. Εἰς ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη] Hoc est *nonagenarius*, ut recte Scholiasta, & locutio τελεῖν εἰς ἄνδρας, quam adfert, exstat ap. Nostrum in *Fugit.* c. 12. *J. H. Maj.* Adde T. I. *Tim.* §. 20. τελεῖν ἐπὶ τὸ πέμπτον. *J. F. R.*

29. Τήρης δὲ ὁ Δρυσῶν] Ὀδρυσῶν. *Th. M.*

Ibid. Ὀδρυσῶν] Uti legendum censuerant viri doctissimi Ὀδρυσῶν βασιλεὺς, sic legitur in Mss. ut tam foeda menda diutius non sit toleranda. *J. G. G.*

Ὀδρυσῶν] Ita recte in *Venetis* utraque legitur, ut Ἐτ. Δ. IX. In reliquis prave ὁ Δρυσῶν. *M. du S.*

Ὀδρυσῶν] Firmat hanc lect. etiam *Majus*, Odrysarumque regem *Teren* nominari a *Xenoph.* Cyr. VII. p. 411. ἀλλὰ Τήρης τῆς Ὀδρύσης ἀρχαῖός τινος. Firmavit *Palm.* ex *Thucyd.* L. 2. ac *Menag.* ad *Diog. Laërt.* L. 2. Ed. I. p. 62. E. Conjecerat etiam *Gujetus.* *J. F. R.*

30. Θεόπομπος] De hoc historico vid. commentt. ad *Longini* Sect. 43. *Meurs.* ad *Hesych.* Milesi. p. 185. *Periz.* ad Æl. III. 18. p. 223. *Voss.* de Hist. Gr. I. 7. De ejus opere Θαυμάσια inscripto *Maussac.* Diss. Crit. p. 387. *J. H. Majus.*

32. Ἀντίγονος —— μονοφθ.] Unde & Cyclops cognominatus fuit. *Cael. Rhodig.* ant. Lect. XXI. 38. p. 838. *J. H. Majus.*

37. Ἱερώνυμος] Et miles, & legatus, & historicus fuit *Diod. Sic.* XVIII. p. 650. Antigoni legatum ad Eumenem fuisse discimus ex *Plut.* Eum. p. 590. Scripsisse de successionibus tradit *Joseph.* I. Adv. Apion. p. 1050.

σίμαχος δὲ Μακεδόνων βασιλεὺς ἐν τῇ πρὸς Σέλευκον ἀπώλετο μάχῃ, [a] ἔτος ὀγδοηκοστὸν τελῶν, ὡς ὁ αὐτός φησιν Ἱερώνυμος. Ἀντίγονος δὲ, υἱὸς μὲν ἦν Δημητρίου, υἱωνὸς δὲ Ἀντιγόνου τοῦ μονοφθάλμου, ἔτος τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ἔτη, ἐβίωσε δὲ ὀγδοήκοντα, ὡς [b] Μήδιός τε ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀντίπατρος ὁ Ἰολάου μέγιστον δυνηθεὶς, καὶ ἐπιτροπεύσας πολλοὺς Μακεδόνων βασιλέας, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη ἔτος ζήσας, ἐτελεύτα τὸν βίον.

simachus Macedonum rex in praelio contra Seleucum periit annum agens octogesimum, ut idem ait Hieronymus. Antigonus filius Demetrii, Antigoni Coclitis nepos, quatuor & quadraginta annos imperavit Macedonibus, vixit autem octoginta, ut Medius refert, & scriptores alii. Sic etiam Antipater Iolai F. potentissimus vir, aliquot Macedoniae regum tutor, cum supra octoginta annos vixisset, vitam finiit.

Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου, ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν εὐδαιμονέστατος βασιλέων, Αἰγύπτου μὲν ἐβασίλευσε, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη, ζῶν δὲ παρέδωκε τὴν ἀρχὴν πρὸ [c] δυοῖν ἐτοῖν τὸν τελευτῆς τῷ Πτολεμαίῳ τῷ υἱῷ, Φιλαδέλφῳ δὲ ἐπίκλησιν, ὅστις [d] δεδέξαλο τὴν πατρῴαν βασιλείαν. ἀδελφῶν δὲ [e] Φιλέταιρος, πρῶτος μὲν ἐκτήσαλο τὴν περὶ

12. Ptolemaeus Lagi, regum suae aetatis felicissimus, Aegypti regnum tenuit ad quartum & octogesimum vitae annum: idque duobus ante mortem annis tradidit Ptolemaeo filio, qui Philadelphi cognomen habuit, qui *solus* fratrum in paterno regno successit. Philetaerus, eunuchus, primus Per-

a Ἔτος] Εἰς ἔτος *Pell.* b Μήδιος] Sic omnes libri nostri. c Δυοῖν] Δύο *Fl.* d Δεδέξατο] Διδέξατο male *P.* e Φιλέταιρος] Ex emend. necessaria; nam Edd. priores: *βασιλείαν ἀδελφῶν. Φιλαιτίρος δὲ, πρ.*

1050. centum & XL. annos a tergo posuisse Noster infra innuit, *J. H. Majus.* Immo de *successoribus* Alex. M. περὶ τῶν Διαδόχων. Vid. *Voss.* de Hist. Gr. I, 11. I. *J. M. G.*

Ibid. Λυσίμαχος — ἔτος ὀγδοηκοστὸν] *Justinus* XVII. 1. *quatuor* & LXX. tribuit. LXX. tantum *App. Alex.* in Syr. p. 209. *J. H. Majus.*

45. Μήδιος] Scias, Medium notari Larissaeum, historicum, & cum Alex. M. militantem. *Strab.* XI. p. 509. Ἀντιγόνου φίλον *Plut.* in Demetr. p. 896. *J. H. Majus.*

46. Ἀντίπατρος ὁ Ἰολάου] Probo magis Opsopoeum vertentem *Antipater patre Iolao genitus*, quam Benedictum posteriora omittentem, ut apparet, quia & filium Antipatri Iollam vel Iolaum in historia Macedonica audierat. Nam licet id ita sit, & habuerit eo nomine filium, utique & potuit patrem eo nomine habuisse, quod in ejus nepote, filio suo renovavit. *J. G.*

53. Ζῶν δὲ] Idem asserit & *Plut.* 607, 2. sed de duobus Luciani annis, ad rem suam non facientibus, nihil habet. Quod ideo observo, quia, ni me memoria fallit, id inter eos qui de versione LXX. Interpretum litigant, controverti vidi. *M. du S.*

Ibid. Δυοῖν] Non sperno *Fl.* lectionem; nam δύο saepe indeclinabile est, ut T. 2. *Asin.* c. 9. δύο μηνῶν στάσας. At si quis hoc aliter construendum velit, videat *Aesop* fab. 145. ἀλεκτόρων δύο μαχομένων. *Long. Past.* I. p. 33. δύο βοῶν, δύο κυρίαιν, ταῖς δύο χερσὶ λαβόμενος. Noiter rursus *Alex.* c. 53. εἰ δύο βιβλίοις. & 55. τριῶν δύο. 2. *Ver. Hist.* c. 37. δύο πληγαιάτων. Iterum *Asin.* 12. δύο χόνδρους λαβοῦσα. *J. F. R.*

56. Ἀδελφῶν δὲ Φιλέταιρος] Vide *Spanh.* 511. qui recte emendat. Prave enim antea in omnibus nostris libri legebatur Ἀδελφῶν. Φιλαίτιρος δὲ, duplici, ut vides, mendo. *M. du S.*

Ibid. Φιλαίτιρος] Quod si Illustr. *Spanh.* de Us. & praest. num. Diss. VIII. p. 511. ed. *Lond.* vel maxime non monuisset, mutandum hoc nominis in Φιλέταιρος, tamen hoc ex *Strab.* XIII. p. 595. *Appian.* de bell. Syr. p. 209. aliisque constaret. *J. H. Majus.* Idem jam vidit *Almelov.* in Ed. *Amst.* eundem advocans *Spanh.* Adde supra scholion secundum ad *Tox.* & *Thucyd.* III. c. 82. No. 48. ubi recte editum Φιλέταιρος, licet tres Codd. habeant Φιλαίτιρος. *J. F. R.*

57. Περὶ Πέργαμον ἀρχὴν] Ἡ περὶ Πέργαμον ἀρχὴ est ipsum imperium Pergamenum. Sic τὰ περὶ τὸ ἱερὸν, *templum*, in *Heliod.* VII. 11. p. 320. τὰ περὶ τὴν χώραν *regio*, ap. *Isocr.* in Areop. ab init. &c. *J. H. Maj.*

60. Ἄτταλος] De variis Pergamenor. regibus Attali nomen gerentibus, vid. magnum *Scalig.* can. Isag. XIII. p. 320. 321. & Cl. *Cellar.* hist. antiq. p. 50. seq.

Pergami imperium peperit pariter ac tenuit, annos natus octoginta vitam cum morte commutavit. Attalus is, qui Philadelphi cognomen habuit, Pergamenorum & ipse rex, ad quem etiam Scipio ille Dux Romanus venit, annorum octoginta duorum cum esset, e vita discessit.

Πέργαμον ἀρχὴν, καὶ κατέσχεν, εὐνοῦχος ὤν. κατέστρεψε δὲ τὸν βίον, ὀγδοήκοντα ἐτῶν γενόμενος. Ἄτταλος δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Φιλάδελφος, τῶν Περγαμηνῶν καὶ ἕκτος βασιλεύων, πρὸς ὃν καὶ Σκηπίων ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἀφίκετο, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐξέλιπε τὸν βίον.

13. Mithridates Ponti rex, cognomine Conditor, Antigonum Coclitem fugiens in Ponto mortuus est, cum vixisset quatuor & octoginta annos, ut refert Hieronymus, & scriptores alii. Ariarathes Cappadocum rex, duo & octoginta vixit annos, ut narrat Hieronymus. Poterat forte diutius superstes esse: sed captus in praelio contra Perdiccam, & in crucem actus est.

Μιθριδάτης δὲ ὁ Πόντου βασιλεὺς, ὁ προσαγορευθεὶς Κτίστης, Ἀντίγονον τὸν μονόφθαλμον φεύγων, ἐπὶ Πόντου ἐτελεύτησε, βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. Ἀριαράθης δὲ ὁ Καππαδόκων βασιλεὺς, δύο μὲ καὶ ὀγδοήκοντα ἔζησεν ἔτη, ὡς Ἱερώνυμος ἱστορεῖ· ἐδυνήθη δὲ ἴσως καὶ πλέον ζῆσαι γενέσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς Περδίκκαν μάχῃ ζωγρηθεὶς, ἀνεσκολοπίσθη.

14. Cyrus, Persarum rex, antiquus ille, ut indicant Persarum atque Assyriorum

Κῦρος δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὁ παλαιὸς, ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων ὅροι,

59. Κατίστρεψε] Ἐτελεύτησε. *V.*

seq. *J. H. Majus.*

Ἄτταλος δὲ — Φιλάδελφος] Non confundendum hunc, quod factum a *Scaligero*, cum Philometore Attalo Eumenis filio, cujus hic Philadelphus frater fuit, ostendit *Spanhem.* Diss. 8. p. 512. *J. M. G.*

Ibid. Φιλάδελ.] Vide eundem *Spanh.* 512. *M. du S.*

66. Κτίστης] Vide *Spanh.* 479. *M. du S.*

Κτίστης] Hunc titulum egregie illustravit laudatus modo *Spanh.* diss. 9. p. 561. seq. *J. M. G.*

Ibid. Ἀντίγονον τὸν μονόφθαλμον φεύγων, ἐπὶ Πόντου ἐτελεύτησε, βιώσας] Sic distinguunt viri docti, & ad hunc distinctionis canonem formant quoque versionem, quasi Lucianus annotari vellet eum in Ponto mortuum fuisse, quod mihi ab hoc sermone alienum videtur, & distinguendum esse *φεύγων ἐπὶ Πόντου, ἐτελεύτησε βιώσας* &c. *Antigonum Coclitem fugiens in Pontum, mortuus est.* Quam fugae viam quum adnotat, tacite dat intelligendum, qua occasione regni Pontici conditor exstiterit. Et sane sic loquitur rursus auctor in *Navigio*: Προϊόντων δὲ ἤδη τὴν ἐπὶ Κερκύρᾳ ἀφ' ἑσπέρης. Et alibi plura de hac constructione dicentur, quum persuaserint sibi viri docti debere hanc poni in quarto casu, sed temere. *J. G.*

67. Φεύγων ἐπὶ Πόντου] Haec jungere & interpretari *fugiens in Pontum*, suasit *Gronov.* non satis recte, cum Graeca vix eum sensum patiantur. Nec juvat virum doctum loc. ex Nostro, ubi προϊόντων δὲ ἤδη τὴν ἐπὶ Κερκύρᾳ. Ibi enim ne verbum quidem *φεύγειν* occurrit, & reticetur ὁδὸν, & syntaxis tota alia est, & haec verborum mens: *procedamus via ad Corinthum ducente*, quo pacto bene ἐπὶ cum genit. effertur; at nostrae constructionis alia est necessitudo, ac *φεύγειν* cum ἐπὶ, quando motum ad locum involvit, post se habet accusandi casum. Sic ἐπὶ τὰς ὄρη ἀναφεύγειν in *Arr.* ἀναβάσει L. III. p. 201. & *S. Matth.* XXIV. 16. quod alias & εἰς & πρὸς τὰ ὄρη *φεύγειν* dicitur. De ipsa Mithridatis fuga videndus *Appian. Al.* l. c. p. 303. *J. H. Maj.* At possem pro *Gron.* alia adferre, ut *Thucyd.* V. c. 54. ἀπῆλθον ἐπ' οἴκου. *Domum abierunt*, & c. 55. διελύθησαν ἐπ' οἴκου, aliaque, si opus foret hic ita construere; jam nolim. *J. F. R.*

74. Ἀνεσκολοπίσθη] Creberrime hoc verbo uti Lucianum, in *Jud. Voc.* in *Tim. Contempl. Jov. Conf. Jov. Trag. Philopf.* Ac *de mort. Per.* idemque esse quod ἀνεῖρξαν, ostendit *J. H Maj.* quum *Appian.* p. 302. in eadem historia vice ejus ponat ἀνεῖρξαν, quod idem valere monstrat *Lipf.* de cruce I. 4. p. 16. 17. Conf. *Jov. Conf.* c. 16. ubi *Gesn.* id reddidit *in palum agi.* *J. F. R.*

76. Κῦρος] Obiit μάλα πρεσβύτης, dixit *Xenoph.* Cyrop. VIII. p. 233. Verum de ejus morte varia narrant scriptores. Adi *Cellar.* Hist. antiq. p. 14. *J. H. Majus.*

ὅροι, οἷς ϗ Ὀνησίκριτος ὁ τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου συγγράψας, συμφωνεῖν δοκεῖ, ἑκατοντούτης γενόμενος ἐζήτει μὲν ἕνα ἕκαστον τῶν φίλων· μαθὼν δὲ τοὺς πλείστους διεφθαρμένους ὑπὸ Καμβύσου τοῦ υἱέος, ϗ φάσκοντος Καμβύσου κτλ. πρόσταγμα τὸ ἐκείνου ταῦτα πεποιηκέναι, τὸ μὲν τι πρὸς ἠμότητα τοῦ υἱοῦ μᾶλλον θεὶς, τὸ δέ τι, ὡς [a] ὠδυνημένα αὐτὸν αἰτιασάμενος, ἀθυμήσας ἐτελεύτα τὸν βίον.

çippi, quibus etiam Oneſicritus, vitae Alexandri ſcriptor, conſentire videtur, centotum annorum cum eſſet, amicorum unumquemque requiſivit. Comperto autem, plerosque interfectos a Cambyſe filio ſuo, qui ipſius ſe imperio feciſſe diceret, contriſtatus partim, quod male audiret propter crudelitatem filii, partim, quod facinora ipſius coarguiſſet, vitam finiit.

Ἀρταξέρξης ὁ Μνήμων ὀνομασθεὶς, ἐφ' ὃν Κῦρος ὁ ἀδελφὸς ἐστρατεύσατο, βασιλεύων ἐν Πέρσαις ἐτελεύτησε νοσῶν, ἔξ ϗ ἐνενήκοντα ἀγδοήκοντα ἔτη γενόμενος· ὡς δὲ Δείνων ἱστορεῖ, τεσσάρων ϗ ἐνενήκοντα. Ἄρταξέρξης, ἕτερος Περσῶν βασιλεὺς, ὃν φησιν ὁ τῶν πατέρων τὸν ἑαυτοῦ Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς συγγραφεὺς βασιλεύειν, ἔτη τρία ϗ ἐνενήκοντα βιὺς, ὑπὸ συλῆς τοῦ ἀδελφοῦ [b] Γωσίθρου

15. Artaxerxes Memorioſi cognomine notus, contra quem Cyrus frater expeditionem moverat, regnans in Perſis, morbo finiit annos natus ſex & octoginta: ut vero Dino prodidit, quatuor & nonaginta. Artaxerxes Perſarum rex alius, quem patrum ſuorum aetate regnaſſe dicit Iſidorus Characenus hiſtoricus, tres & nonaginta annos cum vixiſſet, inſidiis fratris ſui Gosithris

a Παρωνομοῦντα] Παρανοοῦντα *Fl.* b Γωσίθρα] Γωσίθρα *J.* cum *Va.*

78. Ὅροι] Quid hoc ſit, haud facile credo adſtruent, qui hic ad *Cippos* confugiunt. Ego, ſi ſcriptura haec genuina ſit, malo *Chronologiam* intelligere, quam *Cippos*. *M. du S.*

Ὅροι] *Ant. Æmil.* in nott. Mſſ. *Ipſi cippi, qui limites deſignabant, hic intelliguntur.* Tu vero lapides aut columnas intellige, λίθους, στήλας, exponente *Jul. Polluce* III. S. 85. Nam his, aeque ut tabulis aeneis, inventa artium, resque notatu dignas inſcribebant veteres Babylonii, Aegyptii, Graeci, Romani; vid. *Holſtenium* ad Porphyr. de vit. Pythag. p. 5. ſeq. *Reineſ.* var. lect. I. 22. p. 97. *Huet.* demonſtr. Evang. prop. IV. c. 2. §. 14. *Marſh.* can. chron. ad ſecul. XV. p. 418. *Fabric.* Bibl. Gr. I. 11. p. 73. &c. *J. H. Majus.*

Ibid. Ὀνησίκριτος] Hujus hiſtoria extabat, ut vides, Luciani aetate, ex qua confirmatur Xenophontis de morte Cyri narratio a vulgari tantopere abhorrens, quae a Tomyri obtruncatum tradit. De hoc ſupra ad Συγγρ. c. 40. & infra Περ. c. 25. *M. du S.*

Ὀνησίκριτος] Philoſophus fuit ex Diog. Cynici contubernio, *Plut.* in Alex. p. 701. etiam hiſtoricus, ibid. p. 691. nec non gubernator naviculae, oſtendente *J. Gron.* ad Arr. VI. 2. p. 237. *J. H. Maj.* De Oneſicrito Aeginenſi vid. *Laërt.* 6, 75. & de hoc noſtro (niſi idem eſt) Aſtypalenſi, *Menag.* ad *Laërt.* 6, 84. Ignem ſe conjeciſſe & periiſſe docet Lucian. *Mort. Peregr.* *Benner.*

91. Δείνων] Scripſerat hic *Perſicas*; eique plurimum ſeſe de Perſicis rebus credere ait *Corn. Nepos* in Cononе. Meminerunt *Athenaeus* & *Diog. Laërt.* *Muret.* Var. Lect. XI. 14. Addit etiam his *Ciceronem* a ſe ex Mſ. codice emendatum de Divin. I. p. m. 228. A. recte, ut mihi quidem videtur. V. *Voſſ.* de Hiſt. Gr. & *Periz.* ad *Ælian.* VII. 1. *M. du S.*

94. Ἰσίδωρος ὁ Χαραξ.] Accuratiſſime de hoc agit *Dodwell.* peculiari Diſſert. inſerta T. 2. Geogr. minor. cura *Hudſoni* editorum. *J. H. Majus.*

97. Σιναρβαλλης] Quod de hoc Parthorum rege, & ſtatim de *Mnaſcire* habet Noſter, alibi vix reperias, immo vix nomina eorum deprehenduntur. Adeo verum eſt quod *Scalig.* can. Iſag. l. 3. p. 316. pronunciat, multa ex ingenio divinare *Onuſr. Panvinium* in texenda Parthor. regum ſucceſſione, quam ſatis exploratam non habemus &c. *J. H. Majus.*

Ibid. Παρθυαίων] Breviter *Suid.* Παρθυαῖος, ἀπὸ τόπου. Plenius *Steph. Byz.* Παρθυαῖοι ἔθνος πόλεως μεγάλης Σκυθικῆς, ὄνομα δὲ φυγὴν ἢ μεθοίσιαν ἐπὶ Μήδους &c. Mox ait: *Parthyaeos* a Parthis alios haud eſſe, quod uberius probat *Salmaſ.* ad Solin. p. 1196. ſaepe Παρθυαῖοι ap. *Arrian.* Exp. Al. M. p. 179. 205. 207. 208. & ſeqq. itemque p. 352. ed. *Blancard.* *J. H. Majus.*

99. Ἀπὸ Σακαυράκων] Si non poenitet conjecturarum in re obſcura, cogitemus, an non huic populo nomen fecerint forte Graeci σαραικούλων, qui *in Saracis* ſ. plauſtris *pernoctare*, & habitare adeo atque vivere, ſolent. Fuerint itaque τῶν ἀμαξοβίων cognati. Barbarum plauſtrum *Sarracum*, cujus hunc talem uſum oſtendit *Scheffer.* 8, 31. Firmat praeſertim de Alanis, quo

sithris periit. Sinarthocles Parthorum rex, annum jam agens octogesimum, ab Sacaunacis Scythis reductus, regnare coepit, regnavitque annos septem. Tigranes Armeniorum rex, quicum Lucullus bellum gessit, quinque & octoginta annos natus fuit, cum morbo decederet.

16. Hyspasines, Characis, & locorum Erythraeo mari vicinorum rex, quinto & octogesimo anno ex morbo decessit. Teraeus, tertius ab Hyspasine rex duo & nonaginta annos cum vixisset, morbo finiit. Artabazus a Teraeo septimus qui Characenum regnavit, sexto & octogesimo anno deductus a Parthis, regnum tenuit. Et Mnascires rex Parthorum sex & nonaginta annis vixit.

17. Massinissa Maurorum rex nonaginta

ἐδολοφονήθη. Σιναρθοκλῆς δὲ ὁ Παρθυαίων βασιλεὺς, ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἤδη γεγονὼς, ὑπὸ Σακαυράκων Σκυθῶν καλαχθεὶς, βασιλεύειν ἤρξατο, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά. Τιγράνης δὲ ὁ Ἀρμενίων βασιλεὺς, πρὸς ὃν [c] Λεύκυλλος ἐπολέμησε, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ἐτελεύτα νόσῳ.

[d] Ὑσπασίνης δὲ ὁ Χάρακος, καὶ τῆς κατ' Ἐρυθρὰν τόπων βασιλεὺς, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη νοσήσας ἐτελεύτησε. [e] Τήραος δὲ ὁ μετὰ Ὑσπασίνην τρίτος βασιλεύσας, δύο καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς, ἐτελεύτα νόσῳ. Ἀρτάβαζος δὲ ὁ μετὰ [f] Τήραιον ἕβδομος βασιλεύσας Χάρακος, ἐξ καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη καλαχθεὶς ὑπὸ Πάρθων ἐβασίλευσε. καὶ Μνασκίρης δὲ βασιλεὺς Παρθυαίων ἓξ καὶ ἐνενήκοντα ἔζησεν ἔτη.

Μασσινισσᾶς δὲ Μαυρουσίων βασιλεὺς, ἐπι-

c Λεύκυλλος] Λεύκολλος *Fl.* Λεύκολλος *Fr.* Nil mut. cett. d Ὑσπασίνης] Σπασίνης, & paullo post Σπασίνου rursus *P.* Recte cett. Ὑσπ—. e Τήραος] Τήρας male *Amst.* f Τήραιον] Sic *Amst. Fr. B1. P. S. H.* Τήραιον *Fl.* Τήραιον *J. Ald. V2.*

12. Καλαχθεὶς] Συνοδευθείς. *V.* Καλασκύσας. C.

quo nomine fere totam illam Scytharum barbariam comprehendit, *Ammian. Marcell.* 31, 2. p. 671. seq. *Gron.* Sed est etiam *Saraca* Sarmatiae Asiaticae civitas, ab eadem forte origine dicta, e Ptolemaeo apud *Cellarium* p. 756. *J. M. G.*

Ibid. Σακαυράκων] Rara aut nulla hujus populi Scythici alibi mentio. Sed *multitudo Scyth. populor. innumera*, ut ait *Plin.* VI. 17. Sin vero medica manu indiget locus, forsan legas Σακῶν & Ἀριάκων, vel uno nomine Χωρασμῶν. Vel, ut *Steinheil.* Σακαραύλων, de quibus *Strab.* L. XI. p. 593. *J. H. Majus.*

Ibid. Καλαχθεὶς] *Marini* vita Procli. *M. du S.*

Καλαχθεὶς] Quid sibi velit hoc verbum, in ipsius historiae obscuritate, incertum est. Videtur tamen notare *reditum ab exilio.* Notum est saepe exulare, qui propter spem imperii suspecti aut exosi sunt imperantibus. Puto igitur hunc Parthorum regem exulasse apud Scythas; ut paullo post Artabazum Characenum regulum apud Parthos; utrumque suorum hospitum opera in regnum patrium deductum. *J. M. G.*

5. Ὑσπασίνης] *Leopard.* p. 153. Σπ— legere jubet. *M. du S.*

Ὑσπασίνης] Non ausim damnare diversam Orthographian nominis Barbari. Cui ignotum, *Hispaniae, Spaniae, Espagnae* idem nomen? Quot verbis ab *Sp, Sb, Sch*, incipientibus *I* suum praeposuere Itali? Itaque servet per nos *Hyspasines* spiritum illum suum barbarum, quem Graeci primo per ὑ expressere; alii deinde omiserunt propter asperitatem, quale quiddam in *Hludovaeo, Chlodovaeo, Ludovico*, factum novimus. *J. M. G.*

Ὑσπασίνης] Sic etiam, pro vulg. Σπασίνης legendum, permultis vincit *Majus* in Dissert. saepe laudata. *Menag.* vero in Ed. *Amst.* addiderat: Χάραξ Πασίνου. Ptolemaeo Susianae oppidum ad Sinum Arabicum, inter Tigrim & Eubaeum flumina situm. Male Interpres, *Characus.* De Isidoro Characeno mox sermo erit. *J. F. R.*

6. Ἐρυθρὰν] Recte docere *Reland.* Miscel. part. I. Diss. 2. & Arabicum sinum ita nominari, & vastum id mare, quod Arabiam, Persiam, Indiam, totamque Asiam alluit. Et sinum Persicum, cui *Charax* includebatur, esse maris rubri sinum, contendit *J. H. Majus.*

10. Ἀρτάβαζος] Qui XCV. annum agens tradidit se Alexandro M. *Curt.* VI. 5. *J. H. Majus.*

15. Μασσανισσᾶς] *Valerius Maximus* ad centesimum usque deducit. V. 2. alibi tantum nonagenarii modum excessisse ait, VIII. 14. *M. du S.*

Μασσανισσᾶς] Μασσανάσσης scribitur ap. *Appian.* in Pun. saepissime, & Μασσανάσσης ap. *Suid. Plin.* inter longaevos enumerat, quia LX. annis imperio praefue-

ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. Ἀσανδρος δὲ ὁ ὑπὸ τῦ θεῦ Σεβαστῦ ἀντὶ ἐθνάρχυ, βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς Βοσπόρυ, καὶ ἔτη ὢν ἐνενήκοντα, ἱππομάχων καὶ πεζομάχων ἀδένος ἥττων ἐφάνη· ὡς δὲ ἑώρα τὸς [a] ὑπὸ τῇ μάχῃ Σκριβωνίῳ προσιθεμένυς, ἀποχόμενος σιτίων, ἐτελεύτησε, βιὺς ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα. Γόαισος δὲ, ὥς φησιν Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς, ὅτι τ ἑαυτῦ ἡλικίας [b] Ὁμανῶν τ χερσαιοφόρυ βασιλεύσας, πενταικαίδεκα καὶ ἑκατὸν γεγονὼς ἐτῶν, ἐτελεύτησε νόσῳ. Βασιλέας μὲν δὴ τοσύτυς ἱστορήκασι μακροβίυς οἱ πρὸ ἡμῶν.

Ἐπεὶ δὲ καὶ φιλόσοφοι, καὶ πάντες οἱ περὶ

annos implevit. Aſander ille, qui a Divo Auguſto pro Ethnarcha rex Boſpori renunciatus fuerat, circa annum nonageſimum nullo neque equite neque milite deterior viſus eſt. Cum vero videret ſuos cives ad Scribonii ſe partes conferre, inedia de vita exiit, quam ad tres & nonaginta annos produxerat. Goaeſus, auctore Iſidoro Characeno, ipſius aequali, Omanorum in tuſifera regione rex, quindecim ſupra centum annos cum haberet, e morbo obiit. Tot reges longaevos nobis tradiderunt, qui ante nos ſcripſere.

18. Quando vero etiam Philoſophi, & omni-

a Ὑπὸ τῇ μάχῃ] Et ſic *Fl.* b Ὁμανῶν] Ex emendat. *Kuſt.* Ὁ Μάνων Edd. priores.

fuerit. Per XC. an. mundi incolam cum Noſtro facit *Appian.* p. 107. Et *Suid.* Majorem XC. annis epit. *Liv.* L. Vid. & *Val. Max.* VIII. 13. *J. H. Majus.*

16. Ἀσανδρ] *Spanhem.* 488. *M. du S.*

17. Θεῦ Σεβαστῦ] Multa hic *Majus* de nefanda illa adulatione Auguſtos *Dei* titulo ornandi in inſcriptt. & ſermone etiam, dum viverent; ſed quae exſcribere non licet. Adde mox c. 21. *J. F. R.*

20. Ὡς δὲ ἑώρα τὸς ὑπὸ τῇ μάχῃ] An ſic legendum. ὡς δὲ ἑώρα τὸς ἑαυτῦ ὑπὸ τῳ μάχῳ Σκριβ. &c. *F. G.*

Ὡς δὲ ἑώρα τὸς ὑπὸ τῇ μάχῃ &c.] Verti debebat: *ut autem vidit eos, qui ſub ipſum pugnae tempus ad Scribonium deficiebant.* Ea hiſtoria extat ap. *Di. Caſſ.* L. 54. Scribonius qui ſe a Mithridate ortum gloriabatur, regnum Boſpori adfectavit, & ut ex hoc loco colligitur, defectione militum ad anguſtias maximas redactus Aſander rex Boſpori inedia mortem ſibi conſcivit, in cujus locum regnavit Scribonius, qui expeditionis ſuae & regni affectati Auguſtum auctorem mentiebatur. Sed paullo poſt a Boſporanis ipſis, qui dolum deprehenderant, caeſus eſt; & in ejus locum regnavit Polemo, quem Vipſanius Agrippa contra Scribonium adornaverat. *J. P. a G.*

Ibid. Τὸς ὑπὸ τῇ μάχῃ] Non puto Graece dici poſſe τὸς ὑπὸ τῇ μάχῃ *milites in procinctu ſtantes*, vel *praelium jam ingreſſos*, quod poſtulat *Palmeriana* interpretatio: neque, quod *Spanhemio* placebat, Diſſ. 8. p. 488. *rem militarem Scribonio creditam.* Neque bene junguntur iſta, *cum videret milites in praelio a ſe deficere; inedia vitam finivit.* Bene jungas, *manus ſibi intulit*, vel aliud celeris mortis genus. Auſim confirmare, neque hic de fortuna unius praelii ſermonem eſſe: neque oſtendi poſſe, qui ſic vel *aciem*, vel *rem militarem* deſcripſerit, οἱ ὑπὸ τῇ μάχῃ. Quid ſi igitur pro μάχῃ, quod profecto huc non convenit, legamus ἀρχῇ; Angebat ſenem τὸς ὑπὸ τῇ ἀρχῇ *cives ſuos*, *imperio ſuo ſubjectos*, paullatim ſe conferre ad Scribonium, ventoſum hominem, & ementitis Auguſti promiſſis homines, forte ipſam quoque conjugem Aſandri, Dynamin, ſollicitantem, quod facile colligas e *Dionis* verbis lib. 54. p. 538. B. Sic certe poſuiſſe in translatione, ſine fraude fuerit. *J. M. G.*

23. Γόαισος δὲ, ὥς φησιν Ἰσίδωρος] Iſidorus hiſtoricus, ut occupavit *Benedict.* vocatur Characenus, quia Charace oriundus fuit: ſed deinde, mea ex ſententia, ſcribendum Ὁμανῶν, ita ut *Goaeſus Omanorum*, qui regionem Thuriferam (hoc additur, ut ab aliis ejusdem nominis popalis diſtinguantur, quomodo & *Plin. Canam thuriferae regionis* dixit) inhabitans fuerit rex: totusque locus ita vertendus ſit: *Goaeſus vero, Iſidori Characeni, ut ipſe narrat, tempore Omanorum, qui regionem Thuriferam colunt, rex.* Sic ſenſus clariſſimus, qui alioqui nullus. *G. Cuper.* Obſ. L. 4. c. 18. *Almel.*

25. Ὁμανῶν] In Impreſſis ὁ Μάνων, *Kuſterus* Ὁμανῶν reponit Omanenſium, & adire jubet *Steph. Byzant.* V. Ὁμανα, quod ego ſequutus ſum. *M. du S.*

Ὁ Μάνων] An legendum Ὁμάνων plur. genitivo? *AE. M.* Idem habet *Gujet.* in notis Mſſ. *J. F. R.*

27. Βασιλέας] Atticos antiquos eos caſus nominum in ευς non contraxiſſe, nimis multis hic probat Cl. *Majus.* Adde Cl. *Graev.* ad Soloec. c. 8. ubi ἱππεῦς ſoloeciſmus pronuntiatur. *J. F. R.*

29. Πάντες οἱ περὶ π. ἔχοντες] Nimis aperte falſum, *omnes* literarum ſtudioſos longaevos fuiſſe. Suſpicor itaque legendum πάντας, quo adverbio oſtendat auctor, non philoſophos modo arctiore appellatione ita dictos, verum *omnino*; vel *in univerſum* homines literatos, ſe commemoraturum. Si tamen mutare quis quid dubitet; poteſt πάντας ſumere πάντοτε, ut πᾶσαν νόσον ſanaſſe Dominus noſter dicitur *Matthaei* IV, 23. &c. *J. M. G.*

32. Ἰσ-

omnino literarum cultores, qui curam & ipsi sui ipsorum *exquisitiorem* habent, ad longam senectutem pervenere; scribamus etiam de his quotquot in literarum monumenta relati sunt, & primos quidem Philosophos. Democritus Abderitanus, annos natus quatuor supra centum, abstinens a cibo vitam finiit. Xenophilus musicus, eminens, ut ait Aristoxenus, philosophia Pythagorae, supra quinque & centum annos Athenis vixit. Solon, & Thales, & Pittacus, qui de septem illis qui sapientes vocantur, fuere, centum quisque annos vixerunt.

19. Zeno, Stoicae philosophiae princeps, octo & nonaginta, quem ajunt, cum

παιδείαν ἔχοντες, ἐπιμέλειάν πως ἢ ἴδιοι ποιούμενοι ἑαυτῷ, εἰς μακρὸν γῆρας ἦλθον, c ἀναγράψωμεν ἢ τούτων τὰς ἱστορημένας, ἢ πρώτους γε φιλοσόφους. Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδηρίτης, ἔτη γεγονὼς τεσσάρων ἢ ἑκατόν, ἀποχόμενος τροφῆς ἐτελεύτα. Ξενόφιλος δὲ ὁ μουσικός, ὡς φησιν Ἀριστόξενος, προσχὼν τῇ Πυθαγόρου φιλοσοφίᾳ, ὑπὲρ τὰ πέντε καὶ ἑκατὸν ἔτη Ἀθήνησιν ἐβίωσε. Σόλων δὲ, ἢ Θαλῆς, ἢ Πιττακὸς, οἵ τινες τῶν κληθέντων ἑπτὰ σοφῶν ἐγένοντο, ἑκατὸν ἕκαστος ἔζησεν ἔτη.

Ζήνων δὲ ὁ τῆς Στωϊκῆς φιλοσοφίας ἀρχηγὸς, ὀκτὼ ἢ ἐνενήκοντα, ὃν φασιν εἰσερχό-

c Ἀναγράψωμεν] Ἀναγράψομεν marg. *AIW.*

32. Ἱστορημένους] Audis profitentem se dicturum de philosophis *Longaevis* ἱστορημένους, quod hic ideo de iis intelligo, qui ex historia jam noti erant, quia Demonactis, quem mirabatur Lucianus, nulla mentio, cum tamen ad centesimum ferme annum vitam produxerit. Δημων. c. 63. Immo in vivis adhuc, cum haec a Luciano scriberentur, fuisse existimo. *M. du S.*

Ἱστορημένους] Ἱστορούμε— scripsi. *Solan.* nescio num casu an de industria. *J. F. R.*

33. Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβ.] Qui omnia ridebat, quemque Noster vicissim ridet in *Vit. Auct.* c. 13. quem toties laudat *Aelian.* & V. H. IV. 20. & de an. XII. c. 16. 17. 18. 19. 20. ejus absque dubio scriptum περὶ φύσεως in animo habens. Ab Hippocrate liberatum insania, relatum in fabulas a *V. C. Heumanno*, in Act. Philos. part. IV. p. 670. *J. H. Majus.*

34. Τεσσάρων c ἑκατ.] Alia de hujus morte fama est apud *Diog. Laërt.* p. 248. B. apud quem etiam mendum esse in numeris, ubi ϱθ', pro ϱδ', legitur, monuit *Meursius*, qui observat corruptum etiam *Diodorum*, cum annos tantum XC. eidem Democrito tribuit L. XIV. Et male referri in *Chron. Alex.* ad Ol. CV. annum secundum, vid. *Lactant.* p. 298. *M. du S.*

36. Ξενόφιλος — πέντε c ἑκατὸν] Et quidem sine ullo corporis incommodo: quod solitarium esse, & id solitarium reperiri exemplum, ait *Plin.* *AE. M.*

Ξενόφιλος — πέντε c ἑκατὸν] Idem de eo tradit *Val. Max.* VIII. 14. eundemque Aristoxenum auctorem affert, de quo vide *Ciceronem* Tusc. I. 10. & in eum emend. Cl. *Bentleji*, cui illustrandae miror non esse additam scriptoris aetatem. Vixit autem circa Olymp. CXII. In Pythagoraeorum indice comparet, quem ab *Jamblicho* concinnatum habemus, & inter Cyzicenos recensetur. p. Ed. *Kust.* 218. cum alibi, No. 251. Chalcidensem dixisset. Quin ipse Pythagoras CIV. annos vixisse traditur. Vide *Phot.* Cod. CCXLIX. *M. du S.*

Ξενόφιλος] Praeter *Val. Max.* VIII. 13. Vid. *Plin.* VII. 50. & *Aelian.* de an. II. 11. p. 87. *J. H. Majus.*

Ibid. Ἀριστόξενος] Musicus & historicus, de quo, ut alios taceam, videndus est *Rittersh.* ad *Malchi* vit. Pythag. p. 5. *J. H. Majus.*

39. Σόλων] LXXX. tantum tribuunt *Diogen. Laërt.* p. 15. E. & *Suidas.* *M. du S.*

Σόλων] *Meursii* consule libellum de Solone, ubi c. 30. de longa ejus vita, cumulatis veterum testimoniis disserit. *J. H. Majus.*

Ibid. Θαλῆς] LXXVII. vel XC. tribuit *Diogenes* p. 9. E. haud plures. *M. du S.*

Θαλῆς] Conspirat cum Luciano *Syncellus* in Chronico. Verum *Apollod.* anno LXXVIII. & Soficrates nonagesimo ad plures eum abiisse volunt ap. *Laërt.* I. 38. Attigisse annum XCII. contendit *Stanl.* in Solone c. 12. *J. H. Majus.*

Ibid. Πιττακὸς] Non ultra LXXX. concedit *Suidas.* Ultra LXX. *Laërt.* I. 79. *M. du S.*

40. Κληθέντων ἑπτὰ σοφῶν] Itaque de istis sapientibus dubitasse videtur Noster. Nec paria de numero, nomine arteque illorum tradunt auctt. v. *Phil. Carol.* ad *A. Gell.* p. 27. s. *Larraeus* in hist. VII. Graec. sapientum, Gallice edita 1713. pr. part. I. *J. H. Majus.*

42. Ζήνων] Consentit *Laërt.* VII. 28. quamvis aliter Persaeum existimare indicet, quem proinde confutavit *Stanlej.* *J. H. Majus.*

43. Ὀκτὼ c ἐνενήκοντα] *Diog. Laërt.* eundem numerum agnoscit p. 171. B. Quamquam & alium auctorem adducit LXXII. tribuentem. *M. du S.*

Ibid. Εἰσερχόμενον] Aliquantulum discrepat *Diog. Laërt.* loc. cit. e schola enim prodeunti id accidisse, ait, exclamasseque ex fabula *Niobe*, ἔρχομαι τί μάτην; sed idem in Epigrammate F. eodem modo mortem ejus tradi ait, quo a Luciano hic narratur, nisi quod de concione nihil habet. *M. du S.*

60. Κυναλώπεκας] Convicium Ariſtophanicum. Intelligit Lucianus impoſtores. *T. F.*

70. Ἐν καλαῖς Πάτραισιν] Intelligit Theagenem Cynicum, quem infra (c. 36.) deſignat, ὁ γενάδας, ὁ ἐκ Πατρῶν. inde enim domo erat. *T. F.*

77. Ταῦτ' εἰπόντ῾] Hucusque anonymi continuata oratio eſt. Cetera Lucianus veluti ex ſeſe. *T. F.*

79. Κατίδοι] Ut ſupra de eodem concionem habituro dixerat ἀνιόν, c. 7. *M. du S.*

Ibid. Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ] Locus ex *Homero* ad Theagenem tranſlatus. Eſt autem primus verſus τῆ ξ῾ ῥαψῳδίας. Hujus loci venuſtas ei non apparet, qui verſum integrum non legit, propter ἀκροτελεύτιον, quod mirifice ad ridiculum facit. Sic autem ſe habet;

Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἴμπης,

id eſt, etiam ſi biberet Neſtor, eum tamen clamor non latuit. T. F.

Νέστορα] *Homer.* Il. Ξ. 1. *M du S.*

83. Οὐ γὰρ οἶδα] Miror ſane rem hujusmodi curioſitatem Luciani effugiſſe; quin potius ipſe Lucianus ſub ejus perſona latere voluiſſe cenſendus eſt. *M du S.*

86. Ἡλ. — Ὀλυμπ.] Conſulendus hic *Pauſanias* in Eliacis, ut Topographiam hujus Dramatis recte aſſequens. *M. du S.*

87. Πλεθρίῳ] *Circo.* Interp. retinendum fuit, *in Plethrio*; locus erat in Gymnaſio Eleorum. *Pauſanias.* (202. 6.) ἔστι δὲ ἐν γυμνασίῳ τὸ καλούμενον Πλέθριον. ἐνταῦθα δ' αὐτῷ συμβάλλουσιν οἱ Ἕλληνοδίκαι τοὺς, &c. T. F.

Ibid. Ταῦτα ῥᾴδιόν σοι] Leg. ταῦτα μέντοι. *T. F.*

Ταῦτα μὲν σοι] Vulgatam contra *Fabrum* multis exemplis, ubi σοι ſic abundat, defendit Cl. *Jenſ.* in Lectt. Lucian. p. 62. occaſione verborum in *Timone* T. I. c. 52. No. 53. Τοῦτι μὲ δὲν σοι. Ac vix mihi perſuadeo, vulgatiſſimum illum pleonaſmum latuiſſe *Fabrum*; ſed τοι hic elegantius ei viſum, ac melius reſpon-

ut ipſi quoque circumſpiciant locum, ubi in aëra ſe diſſolvant, iſto enim verbo combuſtionem vocant.

τῦ Πρωτέως, περισκοπεῖν ἔνθα ἑαυτὸς ἐξαερώσωσι· τῦτο γὰρ τὴν καῦσιν καλοῦσι.

31. Haec illo dicente exclamabant qui circumſtabant omnes, *Jam comburantur digni igne!* Atque hic quidem cum riſu deſcendit. *Sed non fugerunt Neſtora voces*, Theagenem puto: verum audito clamore venit ſtatim, eſcendensque clamavit, & ſexcenta mala protulit contra eum, qui deſcenderat; nec enim novi, quomodo vir ille optimus vocatus ſit. Ego vero relinquens hominem dirumpentem ſe abii viſurus athletas. Jam enim eſſe dicebantur in Plethrio judices certaminum. Haec tibi Elide.

Ταῦτ' εἰπόντος, ἀνεβόησαν οἱ περιεστῶτες ἅπαντες, Ἤδη κεκαύσωσαν, ἄξιοι τῦ πυρός. ὁ δὲ μὲ κατέβη γελῶν, Νέστορα δὲ οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ τὸν Θεαγένη· ἀλλ' ὡς ἤκουσε τῦ βοῦς, ἦκεν εὐθὺς, καὶ ἀναβὰς, ἐκεκράγει, καὶ μυρία κακὰ διεξῆει περὶ τὸν καταβεβηκότος· οὐ γὰρ οἶδα ὅστις ὁ βέλτιστος ἐκεῖνος ἐκαλεῖτο. ἐγὼ δὲ ἀφεὶς αὐτὸν διαῤῥηγνύμενον, ἀπῆειν ὀψόμενος τὸς ἄθλητάς· ἤδη γὰρ οἱ Ἑλλανοδίκαι ἐλέγοντο εἶναι ἐν τῷ πλεθρίῳ. ταῦτα μὲν [b] σοι τὰ ἐν Ἤλιδι.

32. Ipſam vero Olympiam cum veniſſemus, plenum erat poſticum templi vel acceſſantium Protea, vel propoſitum illius laudantium: adeo ut etiam ad manus multi illorum venirent, donec ipſe progreſſus innumerabili comitante multitudine Proteus, poſt praeconum agonem verba fecit de ſe,

Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ὀλυμπίαν ἀφικόμεθα, μεστὸς ἦν ὁ ὀπισθόδομος τῦ καλουμένου Πρωτέως, ἢ ἐπαινούντων τὴν προαίρεσιν αὐτῦ, ὥστε καὶ εἰς χεῖρας αὐτῷ ἦλθον οἱ πολλοὶ, ἄχρι δὴ παρελθὼν αὐτὸς ὁ Πρωτεὺς μυρίῳ τῷ πλήθει περιπεμπόμενος, κατόπιν τῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος, λόγυς τινὰς διε-

[b] Σοι] Τοι *Fab.* Nihil mut. Edd. [c] Τῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος] Sic Edd. omnes. Nec quidquam Libri variant.

ſpondere ſequentibus, in quo me non habebit adverſantem, ut primum auctoritas Codd. acceſſerit; ſed dum & vulgatum probum eſt, quod recte contenſit *Jenſius*, nihil movendum. *J. F. R.*

90. Ὀπισθόδομος] Credibile eſt fuiſſe magnum antiquod atrium, aut quid tale, Jovis templo annexum. Eodem in loco Herodotus olim ſuas recitavit hiſtorias, ut auctor eſt Lucianus alibi. (Herod. c. 1.) Ceterum ὀπισθόδομος & πρόναος opponuntur. *Diodorus* XIV. ὃ μόνον γὰρ ὁ τοῖς προναοῖς καὶ τοῖς ὀπισθοδόμοις τῶν ἱερῶν, &c. Legendus autem tibi omnino Lucianus in *Fugitivis*, (c. 7.) ubi hiſtoriam hanc ἐκκαυφοῖ. Ibi de Cynicis dicitur: καὶ βοῦς τὸν ὀπισθόδομον ἐμπλήσασιν ὑλακτοῦντες. *T. F.*

Ibid. Ὁ ὀπισθόδομος] I. e. poſterior pars templi Jovis Olympici. *F. G.*

94. Κατόπιν τῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος] Qui ſint κήρυκες & Ἑλλανοδίκαι norunt omnes praeter illum qui Luciani *Pſeudomantim* (c. 39.) convertit. Cum enim ſimpliciter interpretandum eſſet. *Ceryces & Eumolpida* (quemadmodum paſſim, praecipue autem apud *Aemil. Probum* in Alcibiade) homo meus *praecones & egregios cantores* eſſe maluit. Hoc autem loco nil nobis cum ejusmodi κυνεῖν. Non eſſe autem hunc locum de iis intelligendum qui ἐν πάλαις κηρύττυσιν, ludam, opinor, operam, ſi probem. Nec etiam de praeconibus ludorum placet accipi. Deinde quid ſit *retro praeconum certamen?* Verum quidem eſt ἀγὼν ſignificare non *certamen* tantum, ſed & *locum certaminis*, apud *Homerum*, notante *Euſtathio*: quemadmodum οἶνος vinum & locus in quo venditur. ἔλαιον oleum & locus in quo venundatur, ex *Polluce*, & χοῦς apud *Homerum* in Od. Θ. pro loco τῆς χοιτίας, ita διῦγμα duplicem ſignificationem habebat notante *Schol.* in orat. contra Polyclem; ſed quid fiet τῷ, κηρύκων? Sane locus hic a doctis examinari debuerat, quod quia nondum fecere, dicam quod mihi videtur. Legendum hic puto non κατόπιν τῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος, ſed κατόπιν τῆς Κηρυκαϊκῆς ἀγυιᾶς. Audi ipſo *Pauſaniam* in Eliacis. τῇ τοῦ δὲ, ἔνθα οἱ Ἑλλανοδίκαι διημερεύουσιν, ἐστὶν ἄγυια ἀπὸ τοῦ, τὸ μηλαξὺ αὐτῶν, ἀγυιὰ μία. ταύτην ὀνομάζυσι Κηρυκαϊκὴν οἱ Ἠλεῖοι. Nemo non videt quam recte huic Luciani loco conveniant, quae a *Pauſania* dicuntur. In hujusmodi autem locorum appellationibus, vicorum, platearum, &c. quam ſaepe peccent exſcriptores librorum, nimis multa exempla probant. Haec noſtra eſt de hoc loco ſententia, donec aliquis meliora protulerit. *T. F.*

Ibid. Κατόπιν τῦ τῶν &c.] Hunc locum ſollicitavit vir doctus, & contendit legendum eſſe κατόπιν τῆς Κυκλικῆς

διεξῆλθε σοὶ [a] αὐτῷ, τὸν βίον τε [b] ὡς ἐβίω, καὶ τοὺς κινδύνους, οὓς ἐκινδύνευσε διηγούμενος, καὶ ὅσα πράγματα φιλοσοφίας ἕνεκα ὑπέμεινε. τὰ μὲν οὖν εἰρημένα πολλὰ ἦν. ἐγὼ δὲ ὀλίγων ἤκουσα ὑπὸ πολλῆς τῶν σοφιστῶν. εἶτα φοβηθεὶς μὴ συνληφθείην ἐν τοσαύτῃ τύρβῃ, ἐπεὶ καὶ πολλοὺς τοῦτο πάσχοντας ἑώρων, ἀπῆλθον, [c] μακρὰ χαίρειν φράσας θανατιῶντι σοφιστῇ, τὸν ἐπιτάφιον ἑαυτῷ πρὸ τελευτῆς διεξιόντι.

Πλὴν [d] τότε τοσοῦτον ἐπήκουσα· ἔφη γὰρ βούλεσθαι χρυσῷ βίῳ χρυσῆν κορώνην ἐπιθεῖναι· χρῆναι γὰρ τὸν Ἡρακλείως βεβιωκότα, Ἡρακλείως ἀποθανεῖν, καὶ ἀναμιχθῆναι τῷ αἰθέρι. καὶ ὠφελῆσαι, ἔφη, βούλομαι τοὺς ἀνθρώπους, δείξας αὐτοῖς ὃν χρὴ τρόπον θανάτου καταφρονεῖν. πάντας οὖν δεῖ μοι τοὺς

quam vitam vixerit, pericula quae subierit enarrans, & quas philosophiae causſa sustinuerit molestias. Multa quidem fuere, quae dixit: ego vero, prae circumstantium multitudine, pauca audivi. Deinde ne tanta in turba eliderer metuens, quod accidere videbam pluribus, abii, longum valere jusſo affectante mortem Sophista, ipso sibi ante mortem parentante.

33. Illud tamen audivi, cum diceret, *Velle se auream vitae aureae coronidem imponere: oportere enim, qui Herculeo more vixerit, eum mori quoque more Herculeo, & remisceri aetheri. Ac prodesse*, inquit, *volo hominibus, ostendendo illis, quem ad modum mortem oporteat contemnere. Itaque Philoctetas*

a Αὐτοῦ] Αὐτοῦ Edd. b Ὡς] Ὃν Anonym. c Μακρὰ] Recepi ex *Pell.* Μακρὼν Edd. d Τότε] Τόγε emend. *Gron.* Nihil variant Edd.

κης ἀγυιᾶς. Ignoscat, si non possum accedere suae sententiae: locus enim Luciani sanus est, nec minimam recipit mendi suspicionem. Κηρύκων ἀγὼν locus erat, ubi praecones de artis excellentia & vocis contentione certabant. Testis *Diodorus* lib. 18. ubi de epistola regis Alexandri, quam miserat, ut in Olympica celebritate recitaretur, sic ait: ταύτην δὲ προσέταξεν ἐν τῇ πανηγύρει λαβὼν τῷ νικήσαντι κήρυκι ἀναγνωσθῆναι, id est, *eam autem jussit in publico coetu legi a praecone, qui victoriam obtinuisset. Julius Pollux* lib. IV. cap. 12. πρότερον δ' Ὀλυμπίασι τῶν ἐπιχωρίων κηρυττόντων, οἱ ταῖς ἱερουργίαις ὑποδηκοσοῦντο, πρῶτος τῶν ξένων ἠγωνίσατο τὰ Ὀλύμπια Ἀρχίας Ὑβλαῖος καὶ τρεῖς ἐφεξῆς Ὀλυμπιάδας ἐνίκα, καὶ Πυθοῖ δὲ ἐνίκα, καὶ εἰκών τις ἦν αὐτοῦ Πυθική. καὶ ἐπίγραμμα

Ὑβλαίου κήρυκος τόδ' Ἀρχίου Εὐκλέος υἱοῦ
Δίξαι ἄγαλμ' εὐφρων Φοῖβ' ἐπ' ἀκηδοσύνῃ
Ὃς τρὶς ἐκηρυξεν τὸν Ὀλυμπίασιν αὐτὸς ἀγῶνα
Οὐθ' ὑπὸ σαλπίγγων, ὀστ' ἀναδίγματ' ἔχων.

Id est, *Primum autem Olympia, cum soli ejus regionis praecones, qui in sacris ministrabant, admitterentur, Primus exterorum certavit Archias Hyblaus, qui tres continue Olympiadas vicit, & Delphis etiam Pythia vicit, & extat ejus quadam imago Pythica:*

Hyblaei praconis hanc Archia Eucleis filii
Accipe statuam lubens, Phoebe, ob ejus incolumitatem,
Qui ter ipse certavit praconio in agone Olympico,
Nec tubulum in ore habens nec circa collum ligacula.

Ex his patet praecones etiam de voce certasse, & inde sequitur fuisse illi certamini locum assignatum, de quo hoc loco fit mentio apud Lucianum. Videndus *Georgius Syncellus* pag. 208. post Olympiadem 88. ubi inveniuntur haec verba ex Africano: σαλπικτῶν δὲ κηρύκων ἀγὼν προστέθη ἐν Ὀλυμπίᾳ, id est, *Tubicinum & praeconum certamen aliis certaminibus additum est Olympia.* Videsis *Josephi Scaligeri* epistolam numero 448. Caeterum de interpretatione vocum ὑποσαλπίγγων & ἀναδίγματα non contendam, si quis certiora docuerit, nam ex sola nostra conjectura eas interpretatus sum sine auctoritate, nisi quod *Hesychius* habet ἀναδίγματα ἱστίας περὶ τραχήλους, quod satis firmat nostram interpretationem, scilicet collum faſciis comprimebant, ne rumperentur nimia contentione arteriae, & ut sonus vocis elatior fieret. De voce ὑποσαλπίγγων, quam ex sola conjectura interpretatus sum, expecto, qui me doceat: alibi enim non reperitur. *Hesychius* in voce Σάλπιγξ haec habet: σιγυνοσάλπιγξ αὐτὶ τοῦ κῆρυξ. Unde conjeci, praecones usos fuisse quodam tubulo argenteo vel aereo tamquam tuba, ut eorum vox major & clarior audiretur. *J. P. a G.*

Κατόπιν τῶν τῶν κηρύκων ἀγῶνος] Notavit pater quoque hic conjecturam liberam & indoctam *T. Fabri*, & ut ab ea caveretur, jussit inspici *Ciceronis* epistolam ad Luccejum. In schedis notavit videndum *Scaligerum* in Graeca *Eusebii* pag. 420. *Fabrum* priorem in Agonistico pag. 293. & 294. Et sane quomodo latuerunt illa in extremo *Demonaſte*, εἰκὼν πρὸς τοὺς παρόντας τῶν ἐναγωνίων τῶν κηρύκων τόδε, Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων ἄθλων Ταινίας, Καιρὸς δὲ καλεῖ μηκέτι μέλλειν? *J. G.*

Κατόπιν τοῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος] Ὀλυμπιόδρομον Jovis Olym-

tas mihi fieri omnes homines, aequum est. Qui ergo stupidiores erant hominum lacrimari & clamare; *Serva te Graecis!* Qui autem fortiores, ii clamarunt; *decreta perage!* a quibus non mediocriter perturbatus est senex, qui speraſſet futurum, uti omnes retinerent se, neque igni permitterent, sed invitum in vita manere cogerent. Quum ergo plane praeter opinionem illi accideret, ut decreta perficienda essent, ea res magis etiam expalleſcere illum fecit, (quamquam cadaveroso jam ante colore esset) & tremere etiam, medius fidius! Itaque orationem finiit.

ἀνθρώπους Φιλοκτήτας γενέσθαι. οἱ μὲν οὖν ἀνοητότεροι τῶν ἀνθρώπων, ἐδάκρυον, καὶ ἐβόων, Σῶζε τοῖς Ἕλλησιν· οἱ δὲ ἀνδρωδέστεροι ἐκεκράγεισαν, Τέλει τὰ δεδογμένα· ὑφ' ὧν ὁ πρεσβύτης μετρίως ἐθορυβήθη, ἐλπίζων πάντας ἕξεσθαι αὐτῶ, καὶ μὴ προήσεσθαι τῷ πυρὶ, ἀλλὰ ἄκοντα δὴ καθέξειν ἐν τῷ βίῳ. τὸ δὴ τελεῖν τὰ δεδογμένα, [e] πάνυ ἀδόκητον αὐτῷ προσπεσὸν, ὠχριᾶν [f] ἔτι μᾶλλον ἐποίησε, καίτοι ἤδη νεκρικῶς τὴν χροιὰν ἔχοντι, καὶ, νὴ Δία καὶ ὑποτρέμειν, ὥστε κατέπαυσε τὸν λόγον.

34. Ego vero quam riserim, puto, conjicis. Neque enim misericordia dignus erat homo, ita invenustus supra omnes, qui iisdem furiis aguntur, amator gloriae. Deducebatur tamen a multis, & ingurgitabat

Ἐγὼ δὲ εἰκάζεις, οἶμαι, πῶς ἐγέλων· οὐδὲ γὰρ ἐλεεῖν ἄξιον ἦν, οὕτω δυσέρωτα τῆς δόξης ἄνθρωπον ὑπὲρ ἅπαντας, ὅσοι τῇ αὐτῇ ποινῇ ἐλαύνονται. παρεπέμπετο δὲ ὅμως ὑπὸ πολλῶν, καὶ ἐνεφορεῖτο τῆς δόξης, ἀποβλέπων

e Πάνυ] Inserui ex R. Aberat ab Edd. f Ἔτι] Recepi ex RG. non habebant Edd.

Olympii fuisse auditorium, vel ex *Herodoti* Lucianei principio itemque *Fugit.* c. 7. satis apparet. Nec ergo dubium, praeconum ibi etiam certamina potuisse institui. Ἀγὼν etiam ὁ τόπος, καὶ τὸ πλῆθος τῶν θεατῶν apud antiquos Lexicographos. Porro κατόπιν tum ad locum tum ad tempus posse referri, tralaticium est. Itaque *post agonem praeconum* significat, vel, postquam certarunt praecones; vel, post s. pone eum locum, ubi certare solent. Utrum hic verius, difficile dictu est, & parum ad sententiam refert. *J.M.G.*

Ibid. Κηρύκων ἀγῶνος] Non satis firma & liquida *T. Fabri* mihi videtur emendatio, ut recepta scriptura ideo mutetur; quamvis corrupta esse possit. Integram itaque rem aliis relinquo; id tantum moniturus, in inscriptione a *Palmerio* ex *Polluce* aliata legendum videri ἀναδήμαθα, quod longe ad rem aptius quam ἀναδιάγμαθα. De certamine Praeconum vid. nostrum Δημων. c. 65. *M. du S.*

Ibid. Ἀγῶνος] Τότε τινὸς. *F.G.*

4. Μακρὰ χαίρειν] Cur hoc praeferam, vid. ad *Navig.* c. 2. *Rhet. Praec.* c. 10. *Bis Accus.* c. 21. *Gall.* c. 23. *J.F.R.*

7. Πλὴν τότε τοσοῦτον ἐπήκουσα] *Tunc magnum hoc audivi.* Interpol. quod ridiculum ἐς τὸ ἄκρον. Neque enim hoc loco τοσοῦτο *magnum hoc* significat, & qui ita existimant, næ illi haud dum etiam multa Græce legerunt. Quid cum Græci dicunt, τοσαῦτα εἶπον ἐπαύσαμην, &c, καὶ ταῦτα εἶπας ἐπίσχες, & τοσαῦτα ὁ Κόμμοδος εἶπον εἰς τὴν αὔλην ἐπανῆλθεν, & *Joseph.* in 11. ἀρχαιολογ. Ὑ τοσούτου διηγόμεθα, &c. sub finem cap. 111. quomodo verteres? Videlis, hæc una vocula sensum pervertit. Nimirum non animadverterat Interpolator τοσοῦτο nil esse aliud in hujusmodi loquendi generibus, quam τοῦτο. Cujus rei pudet citare testes; tamen si vacat, adi *Suidam* & *Stephanum.* Interpretem corrupit Interpolator. *T.F.*

Πλὴν τότε τοσοῦτον ἐπήκουσα] Plane non necessaria temporis illa definitio, & opinor scripsit πλὴν τόγε τοσοῦτον. Sic alibi. *J.G.*

8. Χρυσῷ β.ῷ] Ita *Pindarus* χρυσοῦς ἵππους vocavit eximios. ita Catullus *aureolos pedes* puellæ, & alia ὅσια κόμης. Sed non modo χρυσοῦς pro pulchro, verum & ἀργυροῦς. Ita plerumque exponit Interpres *Homeri*, quem ineruditum vulgus *Didymum* vocat. *T.F.*

10. Ἀναμιχθῆναι τῷ παιδὶ] Quod supra dixerat ἐξαιρεθῆναι. *T.F.*

19. Προήσεσθαι τῷ πυρὶ] *Nec eum in ignem mitterent.* Interpolat. falso. Non metuebat Peregrinus ne in ignem ab astantibus mitteretur, (nil quidquam tale in toto libello) sed non arbitrabatur permissuros unquam, ut se se in ignem sponte & ultro conjiceret; qui sensus longe alius est. Interpretem sequi noluit corrector. *T.F.*

21. Διεδογμάτισε, ἀδόκητον] Restitue ut in MS. R. διεδογμάτισε, πάνυ ἀδόκητον αὐτῷ, &c. *T.F.*

22. Ὠχριᾶν μᾶλλον] Rectius & elegantius in Cod. MS. Bibl. Reg. ὠχριᾶν ἔτι μᾶλλον ἐποίησε. *T.F.*

28. Τῇ αὐτῇ ποινῇ ἐλαύνονται] *Hac pœna exagitantur.* Interp. Sed vertendum fuit, *hac Furia exagitantur*; Ποινὴ enim hoc loco Furia est; res notior quam ut probari debeat. Inde supra dixit Lucianus (c. 30.) δίκης ἐριννύς. *T.F.*

πων ἐς τὸ πλῆθος τῶν θαυμαζόντων, οὐκ εἰδὼς ὁ ἄθλιος ὅτι καὶ τοῖς ὀπίσω τὸν σταυρὸν ἀπαγομένοις, ἢ ὑπὸ τοῦ δημίου ἐχομένοις, πολλῷ πλείους ἕπονται.

Καὶ δὴ τὰ μὲν Ὀλύμπια τέλος εἶχε, κάλλιστα Ὀλυμπίων γενόμενα, ὧν ἐγὼ εἶδον, τετράκις ἤδη ὁρῶν. ἐγὼ δὲ, ὅ γε ἦν εὐπορῆσαι ὀχήματος ἅμα πολλῶν ἐξιόντων, ἄκων ὑπελιπόμην. ὁ δὲ ἀεὶ ἀναβαλλόμενος, νύκτα τὸ τελευταῖον προειρήκει ὀπτεύσειν τὸν καυσιν· καί με τῶν ἑταίρων τινὸς παραλαβόντος περὶ μέσας νύκτας, ἐξαναστὰς, ἀπῆειν εὐθὺ τοῦ Ἁρπίννης, ἔνθα ἦν ἡ πυρά. στάδιοι πάντες οὗτοι εἴκοσιν ἀπὸ τοῦ Ὀλυμπίας κατὰ τὸν ἱππόδρομον ἀπιόντων πρὸς ἕω· καὶ ἐπεὶ τάχιστα ἀφικόμεθα, καὶ λαμβάνομεν πυρὰν νενησμένην ἐν βάθει, ὅσον ἐς ὀργυιὰν τὸ βάθος. δᾷδες ἦσαν τὰ πολλὰ, καὶ παρεβέβυστο τὰ φρυγάνων, ὡς ἀναφθείη τάχιστα.

Καὶ ἐπειδὴ ἡ σελήνη ἀνέτειλεν (ἔδει γὰρ κἀκείνην θεάσασθαι τὸ κάλλιστον τοῦτο ἔρ-

se gloria, dum ad multitudinem eorum, qui se admirarentur, respiceret, ignarus miser, etiam hos, qui ad crucem ducuntur, aut trahuntur a carnifice, multo plures sequi.

35. Interim Olympia finem habuere, pulcherrima, quae ego vidi Olympiorum, qui quater jam viderim. Ego vero, neque enim vehiculi copia erat multis simul discedentibus, invitus ibi relictus sum. At iste subinde differens, tandem praedicit noctem, qua spectaculum sui cremandi editurus esset. Ac me cum sodalium aliquis adsumsisset, surgens circa mediam noctem recta Harpinam petii, ubi rogus erat. Stadia haec sunt viginti Olympia juxta Hippodromum orientem versus euntibus. Cum primum eo venissemus, rogum deprehendimus in fossa ad passus unius profunditatem structum. Faces multae aderant & sarmenta ubique interposita ignem celerrime uti conciperet.

36. Exoriente luna, oportebat enim hanc quoque videre pulcherrimum facinus, proce-

37. Τετράκις] Olympias, qua se Peregrinus vivum cremavit, incidit in annum aerae Christianae CLXV. Vid. *Euseb.* Chron. cum *Scaligeri* notis. Quartam eandem viderat Lucianus. si continuas spectasse ponas, in Graeciam appulerit, post annum Chr. CL. si quando vero peregre fuisse cum celebraretur, quod vero propius abest, malis; paucis ante CL^{um} annis in Graeciam primum venerit. Juniorem autem, necdum clarum, venisse constat ex Δις. c. 27. Ex quibus omnibus anno circiter CXX. natum colligo; Rhetoricae CLX. valedixisse; hunc denique librum ante quinquagesimum aetatis annum scripsisse. *M. du S.*

40. Νύκτα — προειρήκει] *Noctu praemonuit.* Interpolator. male. νύκτα enim hoc loco non est pro νυκτὸς, seu νύκτωρ, sed προειρήκει νύκτα dixit Lucianus, quemadmodum *Juvenalis*, de Statio, opinor, *promisitque diem.* Apud *Ciceronem* est, & apud *Varronem* & *Livium*, *prodixit* seu *praedixit diem.* Interpres proxime ad verum, *noctem ei rei destinavit.* *T. F.*

43. Ἁρπίνης] Quid sit Harpina seu Harpinna, docebit *Pausanias* in Eliacis. *T. F.*

Ibid. Τῆς Ἁρπίνης] *Pausaniae* locus est Eliac. 2. p. 200, 28. *Ilecbel.* Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο Ἁρπινάτης καλούμενον ποτα μὸς καὶ οὗτος πολὺ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ πόλεως Ἁρπίννης ἄλλα τε ἐρείτια, καὶ μάλιστα οἱ βωμοί. Οἰκίσαι τε Οἰνόμαον τὴν πόλιν καὶ θῦσθαι τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς μητρὸς λέγουσιν Ἁρπίννης. Eadem *Stephanus*, qui v. Ὀλυμπία eandem urbem facit Pisam, Arpinam, Olympiam. Nempe in eadem proxima vicinia fuere, ut tamen distincta & Pisae & Arpinae rudera possent illa adhuc aetate ostendi. Fluctuant libri inter Ἁρπίνα & Ἀρπίννα. Etiam *Straboni* esse restituendam pro Ἔπιτα, videre *Casaubonus*, & *Berkelius* ad *Steph.* *J. M. G.*

48. Ἐς ὀργυιὰν τὸ βάθος] Βάθος de altitudine, s. dimensione a solo ad auras adsurgente, (ut *Obsop.* convertit) aeque dici ac de profunditate, nihil quidem est novi; sic βάθος ἀέρος, de summo coelo, quique ibi opponitur tartaro, *Eurip.* Med. vs. 1197. Sed unius orgyae altitudo non est tanta, ut alta inde praedicetur pyra; nec repetitio illa ἐν βάθει, τὸ βάθος valde adridet. Interim βάθος de latitudine, s. densitate hic accipi potest, ut βαθὺ λήϊον *Homer.* Il. B. 147. atque alibi passim, de segete densa, & βαθεῖαι ὕλαι. Il. E. 555. Et *Aelian.* V. H. XIII. 1. Χόρτοι ἐν θάμνοις βαθεῖαι, *gramina ac frutices profundae* convertit in *Diod. Sic. Rhodom.* L. 2. c. 49. satis ad verbum, cum *densae* potuisset; licet & *Virgil. nemus profundum* eodem significatu dixerit, ut notavi in *Ambiguis.* Sic de densitate phalangis, sive latitudine, *Arrian.* Exp. Al. I. p. 7. ac *Thucyd.* frequenter. *J. F. R.*

Ibid. Δᾷδες ἦσαν τὰ πολλὰ] Interpres sic vertit, longe certe ab auctoris mente, qui pyrae formam & materiam describit. Putavit interpres δᾷς non aliud significare quam *fax.* Sed est arboris species, quae Lati-

cedit iſte quotidiano more indutus, & cum illo Cynicorum principes, praeſertim generoſus ille Patrenſis, facem geſtans, non malus ſecundarum partium certator. Facem geſtabat vero etiam Proteus. Accedentes autem alter ab altera parte ignem incenderunt maximum, quippe a facibus ac ſarmentis. Iſte vero, & jam mihi diligenter attende, depoſita pera, pallio, & Herculea illa clava, adſtabat in linteo plane ſordido. Tum tus petiit, quod in ignem injiceret, datumque ab aliquo, injecit, dixitque converſus ad meridiem (nam hoc quoque ad tragoedium pertinet, meridies) *Materni paternique Daemones, volentes propitii me recipite!* Haec ubi dixiſſet, in ignem inſiliit. Verum non videbatur, circumfuſus a multa, quae ſurgebat, flamma.

37. Iterum video te ridentem, pulcher Cronie, fabulae converſionem. Equidem maternos daemonas invocantem non valde,

γον) προείσιν ἐκεῖνος ἐσκευασμένος ἐς τὸν αἰεὶ τρόπον, καὶ ξὺν αὐτῷ τὰ τέλη τῶν κυνῶν. καὶ μάλιστα ὁ γενάδας ὁ ἐκ Πατρῶν, δᾷδα ἔχων, καὶ Φαῦλος δευτεραγωνιστής. ἐδᾳδοφόρει δὲ καὶ ὁ Πρωτεύς· καὶ προσελθόντες, ἄλλος ἀλλαχόθεν ἀνῆψαν τὸ πῦρ μέγιστον, ἅτε ἀπὸ δᾳδῶν, καὶ φρυγάνων· ὁ δὲ, καί μοι πάνυ ἤδη προσέχε τὸν νοῦν, ἀποθέμενος τὴν πήραν, καὶ τὸ τριβώνιον, καὶ τὸ Ἡρακλεῖον ἐκεῖνο ῥόπαλον, ἔστη ἐν ὀθόνῃ ῥυπώσῃ ἀκριβῶς. εἶτα ἤτει λιβανωτὸν ὡς ἐπιβάλοι ὅπῃ τὸ πῦρ· καὶ ἀναδόντος τινὸς, ἐπέβαλέ τε, καὶ εἶπεν, ἐς τὴν μεσημβρίαν ἀποβλέπων (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο πρὸς τὴν τραγῳδίαν ἦν ἡ μεσημβρία) Δαίμονες μητρῷοι καὶ πατρῷοι δέξασθέ με εὐμενεῖς. ταῦτα εἰπὼν, ἐπήδησεν εἰς τὸ πῦρ, καὶ μὴν ἐωράτο γε, ἀλλὰ [a] περιεχέετο ὑπὸ τοῦ φλογὸς, πολλῆς ἁρμιᾶς.

Αὖθις ὁρῶ γελῶντά σε, ὦ καλὲ Κρόνιε, τὴν καταστροφὴν τοῦ δράματος. ἐγὼ δὲ τοὺς μητρῴους μὲν δαίμονας ἐπιβοώμενον, μὰ τὸν Δί',

a Περιεχέετο] Sic omnes praeter *S.* & *A.* quae περιεχέθη.

55. Ὁ ἐκ Πατρῶν δᾷδα ἔχων] Τὸν Θεαγένην λέγει. ἐκ Πατρῶν δὲ τὴν Πελοποννήσου. *V.*

tinis *tada* dicitur, de qua *Plinius* paſſim, & ideo vertendum erat, *e tada ut plurimum conſtabat.* *J.P.a G.*

Δᾷδις ἦσαν τὰ πολλὰ] An δᾷδες ἐστάσιν πολλαί; ſic certe mallem: nam etſi vulgatum probe Graecum, minus tamen huc conveniens videtur, prae altero illo. *J.F.R.*

51. Ἡ σελήνη ἀνέτ.] Media de nocte profectum audiſti: Lunam nunc demum ortam legis: extremus hic celebritatis dies; ergo aut poſt XI^um^ lunaris menſis diem coeptae erant Olympiae; aut ultra dies quinque ei ſolennitati concedas neceſſe eſt: quorum neutrum a viris doctis facile impetrabis, quos Cl. *Potterus* ſequutus eſt. *M. du S.*

55. Ὁ ἐκ Πατρῶν] *Ille Patranus.* Interp. *Stephanus*, ſeu Hermolaus ἐν τοῖς ἰδιωτικοῖς agnoſcit Πατρεύς, at Πατρανὸς non agnoſcit. Itaque dicendum fuerat *Patrenſis*, ut uſurpavit *Cicero*. Ceterum locus hic de Theagene eſt intelligendus. *T.F.*

62. Ῥόπαλον] Alibi docet quanti poſtea vaenierit Ἀπατ. c. 14. quem locum, ſi non memineris, omnino adi. *M. du S.*

Ibid. Ἔστη ἐν ὀθόνῃ] Pontius in paſſione Cypriani. *M.V. La Croze.*

67. Ἡ μεσημβρία] Verſus meridiem nempe Zodiacus, ſolis & Planetarum via, templum peculiare deorum. Item meridie quieſcunt daemones, facile, ſi turbentur irritandi. Vid. *Theocr.* Idyll. 1, 15. & illa μεσαμβρινὰ ἀσυχία apud *Callim.* in Lau. Pall. 72. Huc forte pertinet τὸ μεσημβρινὸν δαιμόνιον, quod dederunt οἱ ὁ, ψ. 91, 6. *J.M.G.*

Ibid. Δαίμονες μητρῷοι & πατρῷοι] Deme Tragicam magnificentiam, & erunt, quos invocat, Daemones, ipſi Manes animae felices majorum. *Hierocles* ad A.C. 3. p. 38. *Needh.* Τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς ἀληθείᾳ καὶ ἀρετῇ κοσμηθείσας Δαίμονας καλεῖ, ὡς θεοὺς μὲν ἐπιστήμονας κ.τ.λ. Sed ipſum hoc indicant, quae ſtatim ſequuntur. *J.M.G.*

68. Δίξασθέ μου] Sic apud *Sophoclem* Oreſtes in Electra p. 66. ἀλλ' ὦ πατρῷα γῆ θεοὶ τ' ἐγχώριοι
Δίξασθέ μ' εὐτυχοῦντα ταῖς δὲ ταῖς ὁδοῖς
Σύ τ' ὦ πατρῷον δῶμα. *M. du S.*

70. Περιεχέθη] Περιεχέθη a περιέχομαι, ut ἐχίβλω ab ἴχομαι ſine litera ſerpentina in medio, utitatius quam ἰχνεύω, quod tamen quum ab χνέω poſſit eſſe formatum, expungere non ſuſtinui, contra Edd. optimas. *J.F.R.*

Δί', ὡς σφόδρα ἠτιώμην. ὅτε δὲ ἀ τοὺς πατρῴους ἐπεκαλέσατο, ἀναμνησθεὶς τ' αὖ τοῦ [a] Φθόνου εἰρημένων, οὐδὲ κατέχειν ἠδυνάμην τ' γέλωτα. οἱ Κυνικοὶ δὲ περιστάντες τ' πυρὰν, οὐκ ἐδάκρυον μὲν, σιωπῇ δὲ ἐνεδείκνυντο λύπην τινὰ, εἰς τὸ πῦρ ὁρῶντες, ἄχρι δὴ ἀποπνιγεὶς ἐπ' αὐτοῖς, Ἀπίωμεν, φημὶ, ὦ μάταιοι. ὡ γὰρ ἡδὺ τὸ θέαμα φιλημόνου γέροντα ὁρᾶν, κνίσης ἀναπιμπλαμένης πονηρᾶς. ἢ περιμένετε ἕως ἂν γραφεύς τις ἐπελθὼν, ἀπεικάσῃ ὑμᾶς, οἵους τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἑταίρους τῷ Σωκράτει περιγράφουσιν; ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἠγανάκτουν, καὶ ἐλοιδοροῦντό μοι, ἔνιοι δὲ καὶ ἐπὶ τὰς βακτηρίας [b] ἦξαν. εἶτα ἐπειδὴ ἠπείλησα ξυναρπάσας τινὰς ἐμβαλεῖν εἰς τὸ πῦρ, ὡς ἂν ἐποίουν τῷ διδασκάλῳ, ἐπαύσαντο, καὶ εἰρήνην ἦγον.

Ἐγὼ δὲ ἐπανιὼν, ποικίλως, ἑταῖρε, πρὸς ἐμαυτὸν ἐνενόουν τὸ φιλόδοξον οἷόν τί

ita me Jupiter, reprehendi: sed cum paternos etiam advocaret, recordatus eorum, quae de caede *illius* dicta sunt, neque risum tenere tum poteram. Cynici autem rogum circumstantes non illi quidem flebant, sed silentio ignem adspicientes moestitiam quandam prae se ferebant: donec ego, quem ea res pene enecaret, *Abeamus*, dicerem, *vani homines! Neque enim jucundum spectaculum, senem assari videre, & malo nidore cpleri. An expectatis dum pictor aliquis superveniens depingat vos, uti sodales in carcere appingunt Socrati?* Illi ergo indignari & male mihi dicere, quidam vero ruere etiam ad baculos. Deinde cum interminatus essem, me quosdam illorum correptos in ignem esse detrusurum, magistrum uti sequerentur, quietem pacemque egere.

38. In reditu autem, varie mecum, mi sodalis, cogitabam de cupiditate gloriae, vim

a Φθόνου] Φόνου legendum fortassis, bene marg. *A1W.* b Ἦξαν] Quod *Faber* voluit, in *J.* est; excepto puncto subscripto. Cett. ἦξαν.

81. Ἀποπνιγεὶς ἐπ' αὐτοῖς] *Odore malo affectus.* Interp. sed nil tale. Ubi enim, quaeso, odor ille malus in ἀποπνίγεσθ? Quid autem? αὐτοῖς ad quid refertur nisi ad Cynicos περιστάντας τὴν πυρὰν, ut a Luciano describuntur? Sed ignoravit interpres quid sit ἀποπνίγεσθ ἐπ' ἀνθρώπῳ aut quid tale, praesertim vero apud Atticos, quos hic noster studiosissime imitatur. Exempla sunt passim apud *Aristophanem*, & *Demosthenem*, &, (quis Interp. indiligentiam non miretur?) apud ipsummet Lucianum in dialogis ἑταιρικοῖς. Est autem ἀποπνίγομαι ἐπὶ τούτῳ πράγματι quod Latini dicunt, *Ea res me urit, me enecat*, Terent. *Vro hominem.* Horat. *Vror seu tibi candidos*, &c. *Aristophanes* κάομαι. Sed in re ita perspicua sit φειδὼ τ' παραδειγμάτων ἀφ' τὸ πλῆθος. *T.F.*

Ἀποπνιγεὶς ἐπ' αὐτοῖς] Quae de vi verbi ἀποπνίγεσθ hic *Faber* disputat, dubitatione carent: & tamen malim hic dixisse Lucianum caussam aliquam Physicam sui discessus. Ridere se horum hominum stultitiam profitetur; vix ergo est, ut eodem spiritu dicat, se ab illis s. propter illos ἀποπνιγῆναι, prae indignitate pene suffocatum. Itaque opto in aliquo libro bono inveniri ὑπ' αὐχμοῦς vel ὑπ' ἀτμοῦς, ut dicat, cum molestus sibi esset suffocans ille vapor vel fumus, discessionem se parasse. Interpretationem dedi, quae utrique sensui sic satis convenire videtur: nam *ea res* potest esse affectata *illa* Cynicorum tristitia, potest esse fumus & nidor ustulati Protei. *J.M.G.*

Ἀποπνιγεὶς] Sic distinguendum. ἀποπνιγεὶς, ἐπ' αὐτοῖς ἀτίωμεν φ. ω. μ. i. e. *post haec, his peractis. F.G.* Non inepta videtur *Gujeti* distinctio, eamque amplecterer, donec melius quid suppeditent libri. Ἀποπνιγεὶς autem sine effectu recte intelligitur, *pro paene suffocatus sum*, ut in fab. *Æsop.* 41. μύρμηξ ὑπὸ τοῦ ῥεύματος ἀπεπνίγετο, mox addito ἐσώθη. Sic *moriens* pro morti proximo, qui tamen sanatur. *Phalar.* Epist. 21. ὅτι ἐθανατούμην μοι — ἔσωσεν. Iterum Ep. 52. Ὅτι πρότερον τρὶς ὑμᾶς ἀποθνήσκοντας ἐν στενοχωρίᾳ σέσωκα. *Cic.* 2. de Divin. c. 66. *quum — telo venenato ictus esset, eoque vulnere MORERETUR*; eumdem tamen sanatum esse eodem capite narrat. Plura dedi in libro *de Ambig.* Tit. *FACIO.* Addo *Diod. Sic.* IV. c. 63. p. 307. m. ubi μετέπεισεν ait de Theseo aliter suadere conanti, at sine successu. *J.F.R.*

88. Ἐπὶ τὰς βακτηρίας ἦξαν] *Ad fustes venerunt.* Interpol. istud verbum non ita vertendum fuit, quia aliter scribendum, scilicet ἦξαν *irruerunt, involarunt*, &c. Estque Attica syncope ab αἴσσω, ut apud *Aristophanem* linguae Atticae canonem legitur, *in* Πλούτῳ

Ἐξηξάτην ἓν δύο δράκοντ' ἐκ τοῦ νεὼ,
Exiluerunt e templo dracones duo.

ita alibi *Aristophanes*, & ei synchronos *Euripides*. atque

vim illius perpendens, ut ſolam hanc cupiditatem effugere nequeant illi etiam, qui alioquin admiratione videantur digniſſimi, nedum ut ille vir, qui etiam alias furioſe dementerque, & ut igne dignus eſſet, vixiſſet.

39. Tum incidi in multos ad ſpectaculum abeuntes ipſos quoque, qui putarent nempe ſe vivum adhuc deprehenſuros. Nimirum illud quoque pridie ejus diei divulgatum fuerat, illum ita ut exorientem ſolem ſalutaret, quod ſcilicet Brachmanas facere dictitant, rogum conſcenſcurum eſſe. Multos igitur illorum averti, cum jam perfectum eſſe opus, dicerem, quibus quidem non id ipſum curae eſſet, etiam locum inſpicere, & aliquid de igni reliquum ſecum auferre. Hic ſane, mi ſodalis, ſexcenta negotia habui, dum omnibus enarro interrogantibus, & accurate ſingula exquirentibus. Si quem igitur viderem politum doctrina hominem, nuda illi acta, velut tibi

95 ὅστιν ἀναλογιζόμην, ὡς μόνῳ ἔτι ὁ ἔρως ἄφυκτο, καὶ τοῖς πάνυ θαυμαστοῖς εἶναι δοκοῦσιν, οὐχ ὅπως ἐκείνῳ τἀνδρὶ, καὶ τἄλλα ἐμπλήκτως, καὶ ἀπονενοημένως βεβιωκότι, καὶ οὐκ ἀναξίως τοῦ πυρός.

1 Εἶτα ἐντυγχάνουσι πολλοῖς ἀπιοῦσιν, ὡς θεασομένοις καὶ αὐτοί. ᾤοντο γὰρ ἔτι καλαλήψεσθαι ζῶντα αὐτόν. καὶ γὰρ καὶ τόδε τῇ προτεραίᾳ διεδέδοτο, ὡς πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον 5 ἀσπασάμενος (ὥσπερ ἀμέλει καὶ τοὺς Βραχμᾶνας φασὶ ποιεῖν) [c] ἐπιβήσεσθαι τοῦ πυρᾶς. ἀπέτρεφον δ' ἔγωγε τοὺς πολλοὺς αὐτῶν, λέγων ἤδη τελελέσθαι τὸ ἔργον, οἷς μὴ καὶ τοῦτ' αὐτὸ προεσπούδαστον ἦν, καὶ αὐτὸν ἰδεῖν 10 τὸν τόπον, καί τι λείψανον καλαλαμβάνειν τοῦ πυρός. ἔνθα δὴ, ὦ ἑταῖρε, μυρία πράγματα εἶχον, ἅπασι διηγούμενος καὶ ἀνακρίνουσι, καὶ ἀκριβῶς ἐκπυνθανομένοις. εἰ μὲν ἦν ἴδοιμι τίνα χαρίεντα, φιλὰ ἂν, ὥσπερ σοὶ,

c Ἐπιβήσεσθαι] Ἐπιβήσεται *Pell.* non male.

que ita legiſſe interpretem, fidem fecerit ejus verſio, ſic enim habet, *A nonnullis quoque eorum ad fuſtes concurſum eſt.* Vides lector, quantum Interpolatori debeat Interpres. Quid ſi libellum aliquem absque ullo duce interpretandum ſuſcepiſſet? *T.F.*

Ἐπὶ τὰς βακτηρίας ἦξαν] Sic edidi ex *F.* & *Fabr.* Nam eſt ab ἀΐσσω. Conf. ſupra *Bis Accuſ.* c. 6. ἐπὶ τὴν πῆραν ἀΐξαντες. nam etſi vulgatum ἦξαν, quod verterant, *ad fuſtes concurſum eſt*, omnino defendi poteſt, & *venire ad manus*, *tela*, Latinis ac Graecis uſitatum fateor: tamen quia aoriſt. ἦξα ab ἥκω mihi quoque ſuſpectus, eo magis alterum adripui: ἧκον & praeterit. ἧκα frequentiſſimo quidem in uſu, at ἦξα nondum notavi. Taceo quod majorem impetum atque iracundiam ſignificet ἀΐσσω, quam ἥκω, adeoque hic aptius. Eandem ob cauſſam Cl. *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. III. c. 42. f. Ἐπὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς ἦξαν recte praetulit ex Mſ. cum alii quoque ἦξαν ab ἥκω haberent. Confer infra *Fugit.* c. 6. ſupra *Demon.* c. 4. pr. ἀνίπποις γε ποσὶ πρὸς ταῦτα ἥξειν, ubi certe ἥξειν locum vix haberet. Sed punctum ſubſcript. & illic operae male omiſere, quod in talibus addendo lectionem emendare, non meretur nomen mutationis; adeoque nihil criminabuntur vulgatae patroni. *J.F.R.*

89. Ἦξα] *T. Fabri* emendationem lubens amplector, mendoſe in *Amſt.* Ed. impreſſam; cum enim in omnibus ſuis Luciani impreſſis ἦξαν inveniret, ἦξαν reſtituit ab ἀΐσσω; quod in *F.* Ed. niſi me oculi fallunt, etiam extat. Vid. apud noſtrum ipſum Δικ. c. 6. ἐπὶ τὴν πῆραν ἀΐξαντες. & Νεκρ. c. 3. quin Δραπ. 6. Ita etiam in *V2.* legitur; ubi vide notam noſtram. *M.du S.*

4. Πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ἀσπασάμενον] Legendum eſt voce unica προσανίσχοντα, id enim poſtulat τὸ ἀσπάζεσθαι. προσανίσχω & προσανίσχω, *orior.* Prius illud apud *Suidam*, qui προσανίσχοντι, vertit per ἐξίσχοντι, qui locus a Porto male intellectus eſt. Vertendum enim fuerat προσανίσχοντι *id eſt orienti*, ut ἐξισχ ὦ φίλ' ἥλιε. Apud eundem *Suidam* linea ſequenti lego unica voce προσανίσχοντα ἥλιον, ἀνατέλλοντα. Quem locum eſſe Luciani puto, hunc ipſum, inquam, qui nunc nobis in manibus eſt. *T.F.*

Πρὸς ἀνίσχοντα] Jubebat *Solan.* conferre *Menip.* c. 7. ubi quidem lego, — ἔνθεν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον βῆσιν τινὰ μακρὰν ἐπιλέγων, videoque Edd. nonnullas προσανατέλλοντα conjungere; ſed male profecto. Utrum vero hic προσανίσχοντα cum *Fabro* connectendum ſit, dubito. Non ſaltem illico id facio; etſi phraſis hic paullo alia, & ἀσπάσασθαι πρὸς ἥλιον ſine ſubjecto quod quis adorat, ſalutatve, inſolentior videtur; tamen προσανίσχων aeque hic incommodum videtur ac προσανατέλλων, dum ratio duplicis compoſitionis nulla adparet; alioqui id admitterem, ubi auctoritas accederet; quia ἀσπάζεσθαι πρός τινα minus Graecum videtur, quam verbum compoſitum, cujus exempla non habeo; ſed analoga προσαναπίπτω & ſimilia obvia. *J.F.R.*

14. Χαρίεντα] *Grasum.* Interp. Satis prodit neſcire ſe quid ſit χαρίεις. Eſt enim praeter ſignificationes vulga-

σοὶ, τὰ πραχθέντα διηγούμην. πρὸς δὲ τοὺς βλάκας, καὶ πρὸς τὴν ἀκρόασιν κεχηνότας, ἐτραγῴδουν τί παρ' ἐμαυτῷ, ὡς ἐπειδὴ ἀνήφθη ἡ πυρὰ, ἐνέβαλε δὲ Φέρων ἑαυτὸν ὁ Πρωτεὺς, σεισμῷ πρότερον μεγάλῳ γενομένῳ, σὺν μυκηθμῷ τῆς γῆς, γὺψ ἀναπτάμενος ἐκ μέσης τῆς φλογὸς, οἴχοιτο εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀνθρωπίνῃ μεγάλῃ τῇ φωνῇ λέγων, Ἔλιπον γᾶν, βαίνω δ' ἐς Ὄλυμπον. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἐτεθήπεσαν, καὶ προσεκύνουν, ὑποφρίττοντες, καὶ ἀνέκρινόν με λέγοντες πότερον πρὸς ἕω, ἢ πρὸς δυσμὰς ἐνεχθείη ὁ γύψ; ἐγὼ δὲ τὸ ἐπελθὸν ἀπεκρινάμην αὐτοῖς.

modo, enarrabam. Apud ſtipites vero, & inhiantes narrationi, tragicae quiddam gravitatis de meo adjiciebam, ut hoc, Cum accenſus eſſet rogus, & jam injeciſſet ſe Proteus, motu telluris magno cum mugitu ante facto, evolantem media de flamma vulturem, caelum verſus abiiſſe, humana magna voce clamantem; *Reliqui terram, abeo in Olympum!* Hi ergo obſtupeſcentes cum horrore quodam adorare, & ex me quaerere, *Utrum verſus orientem an ad occidentem volaſſet vultur?* quibus ego, quidquid in buccam veniret, reſpondi.

Ἀπελθὼν δὲ εἰς τὴν πανήγυριν, ἐπέστην τινὶ πολιῷ ἀνδρὶ, καὶ, νὴ τὸν Δί', ἀξιοπίστῳ τὸ πρόσωπον ὅτι τῷ πώγωνι, καὶ τῇ λοι-

40. Tum in concionem delatus adſtiti cano cuidam viro, & fide digno, medius fidius, ſi vultum ſpectares cum barba & gra-

gares *doctus, peritus, eruditus.* Id fuſe oſtendit *Caſaubonus* in commentariis ad Athenaeum, *doctis, Jupiter, & laboriosis.* Sed ne ἀσύμβολον abeam, addam loca aliquot. Lucianus in libello cui titulus eſt, πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, ita ſcribit (c. 16.) πάλιν ἄλλα μετριώτερός γε ὁ ἰδιώτης ἔτ' ἦν, αὐτὸς μὲ αὐτὰ δὴ ἀκούσας οἷός τ' ἦν, ἄλλῳ δὲ τινι χαρίσεται ἐν δυσχερείᾳ ἱστορίαν φιλαχθήσασαν πεποιηκώς. Vide τὸ χαρίσεται & τὸ ἰδιώτης inter ſe opponi. Sed is locus Luciani peſſime converſus eſt. Apud *Plutarchum* cum Periander quidam, medicinae arte clarus, laudaretur, verum mala poëmata ſcriberet, ei Archidamus, τί δή ποτε, inquit, ὦ Περίανδρε, ἀντὶ χαρίεντος ἰατροῦ κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι προῄρησαι; Ubi iterum videre eſt, κακὸν ποιητὴν opponi χαρίεντι ἰατρῷ. Hunc locum male intellexit *Raphaël Regius.* T. F.

Χαρίεντα] Conf. ſupra. *Jov. Trag.* c. 48. & *Quom. Hiſt.* c. 16. quaeque utroque loco notata. Adde hic, non ſemper tamen viros *literatos* inteligendos; ſed generaliter omnes *honeſtiores* & *gratioſos*, quo ſenſu ap. *Dion. Sic.* frequens, ut L. XI. c. 86. f. χαριζόμενος τοῖς πολίταις, atque alibi non ſemel. J. F. R.

Ibid. Φίλα ἂν ὦσιν σοὶ τὰ πραχθέντα διηγούμην] *Eorum quae geſta erant vel tenuiſſima, quemadmodum tibi exponebam.* Interpolator. Ubi, quis riſum vel indignationem teneat? Hiſce ne licere hominibus bonos ſcriptores attingere? & quae optime ab interprete erant converſa, depravare? Sic enim plane & diſerte interpres. *Illi rem omnem nude & ſimpliciter, ut acta erat, quemadmodum tibi, commemorabam.* T. F.

16. Βλάκας] Hos Dial. *Alex.* & *Pſeudom.* vocabat ταύχεις. J. B.

20. Γὺψ ἀναπτάμενος] Non opus eſt, ut cum Lemonio proleg. ad Var. Sac. fol. 11. ſuſpicemur, rideri hic Chriſtianorum, de columba e Polycarpi rogo evolante, fabellam; aut in totum adeo Polycarpum eadem opera perſtringi, qui ignis ſupplicium appetierit. Satis, quod vel ex hoc libello appareat, audaciter & petulanter inſultat Chriſtianis: nec cauſſa, cur nomini parceret a ſe contemtiſſimo. Quid erat porro vulgatius, quam aquilam emitti in conſecratione Romana? Vultur *canis* inſtar inter aves, ut inter homines *Cynici.* Facile ergo haec in mentem venire ſcurrae noſtro poterant. Et quid ſi fabella ipſa Chriſtiana eſt recentior? ſ. gratis conficta, ſ. ex corruptione actorum martyrii orta, quae ipſe emendare conatur Lemonius? J. M. G.

23. Ἔλιπον γᾶν] Ex tragicorum aliquo. Sed cur opus fuit dicere γᾶν potius quam γῆν? Facit ea res πρὸς τὸ σεμνὸν, novaeque apotheoſi magis convenit. Somnium, inquies. At audi *Euſtathium* ad Iliad. Quo loco ait Athenienſes praetuliſſe τὸ, ὦ Δάματερ Doricum τῷ, ὦ Δήμητερ, quod commune erat & Atticum etiam. Locum ipſum praeſtat apponere. Ἀθηναῖοι δὲ προετίμησαν τὸ, ὦ Δήμητερ, κοινοῦ ὄντος καὶ Ἀττικοῦ, τὸ, ὦ Δάματερ, Δωρικὸν, ὅτε τι θαυμαστικῶς λέγουσι, μαρτυροῦσι δὲ αὐτοῖς σεμνὰ τῇ φωνῇ τὸ Ἄλφα. Poſſem addere *Hermogenis* locum lib. 1. περὶ ἰδεῶν, cap. VI. ubi agit περὶ τοῦ σεμνότητος; ſed non vacat tranſcribere. T. F.

36. Ἐπταφώνῳ Στοᾷ] *Pauſanias* in Eliacis auctor eſt, dictam quoque fuiſſe ποικίλην, (cave cum Attica eandem eſſe putes) & a nonnullis Ἠχοῦς Στοὰν appellatam. Rationem addit; βουσὶ δὲ ἀνδρὶ, ἱστᾶσιν ὑπὸ τὴν ἠχοῦς ἡ φωνὴ ἐπὶ τάδε καὶ ἐπὶ πλέον ἔτι δονεῖσθαι. p. 170. Editionis Sylburgianae. T. F.

Ibid. Κοτίνῳ] Videlicet corona Olympiaca. T. F.

39. Ὃν ἐγὼ μικρὸν ὕμπροσθεν ἀφῆκα πτῆσαι] *Quem ego paulo ante volare omiſi.* Interpol. quo quid poteſt eſſe deterius? Luciani facetiſſimum dictum aperiam. Di-

gravitate reliqua ; cum & reliqua narraret de Proteo , & ut vidiſſet ipſum paullo ante , poſt combuſtionem , in veſte candida , & modo inambulantem laetum atque hilarem in ſeptem vocum porticu reliquiſſet , coronatum olea. Deinde poſt omnia etiam vulturem illum adjecit , juratus , ipſum ſe vidiſſe de rogo evolantem , quem ego paullo ante dimiſeram , ut ridiculos faceret amentes homines & moribus ſtupidos.

41. Caeterum cogita , quae in illo poſtea futura eſſe credibile ſit : quas non apes in illo loco conventuras ? quas non congregaturas ſe cicadas ? quas non cornices involaturas , ut in ſepulcrum Heſiodi : & id genus alia ? Statuas quidem cum apud ipſos

πῇ σεμνότητι , τάτε ἄλλα διηγεμένῳ περὶ τῦ Πρωτέως , καὶ ὡς μὴ τὸ καυθῆναι , θεάσαιτο αὐτὸν ἐν λευκῇ ἐσθῆτι μικρὸν ἔμπροσθεν , καὶ νῦν ἀπολίποι περιπατῦντα φιλόσοφον ἐν τῇ ἑπταφώνῳ στοᾷ , κοτίνῳ τε ἐστεμμένον· εἶτ' ὄμνυσι πᾶσι προσέθηκε τὰ γύπα , διομνύμενος ἢ μὴν αὐτὸς ἑωρακέναι ἀναπτάμενον ἐκ τῦ πυρᾶς. ὃν ἐγὼ μικρὸν ἔμπροσθεν ἀφῆκα πέτεσθαι , [a] καταγελῶν τὰ τῶν ἀνοήτων καὶ βλακικῶν τὸ τρόπον.

Ἐννόει τὸ λοιπὸν οἷα εἰκὸς ἐπ' αὐτῷ γενήσεσθαι , ποίας μὲν μελίττας ὀπιζήσεσθαι ὅπι τὸν τόπον , τίνας δὲ τέττιγας ἐκ ἐπαγαγέσθαι , τίνας δὲ κορώνας ἐκ ὀπτήσεσθαι , καθάπερ ὅπι τὸν Ἡσιόδυ τάφον· καὶ τὰ τοιαῦτα ; εἰκόνας μὲν γὰρ δή τε Ἠλείων

[a] Καταγελῶν τὰ] Καλαγελῶντα male Edd. priores.

Dixerat ſupra χαριέσατος ſcriptor , ſe , dum Peregrini mortem fatuis quibusdam & κιχηρόσιν ἀνθρωπαρίοις narrat , paucula quaedam ἐπιτραγῳδῆσαι : inter cetera autem evolaſſe vulturem e rogo , &c. Quae res cito in plures ſparſa eſt , ut eſt *humanum genus avidum auricularum* , ait *Lucretius*. Itaque adeo hic ſenex , credulus & religioſe mendax , vidiſſe ſe dicit vulturem illum ; & tamen , ait Lucianus , memor eris , optime Croni , me auctorem fuiſſe illius fabellae , neque τῷ ὄντι quidquam tale factum fuiſſe ; nam , neſciens ne ſis , vulturem ego illum ἀφῆκα πίτιας , illum e ſinu emiſeram , id eſt , mendaciolum illud deridendis iſtis fungis aſperſeram , &c. Interpres corruptus ab Interpolatore ſcripſerat : *Quem ego paulo ante volantem dimiſeram.* T.F.

40. Καταγελῶντα τὰ] Lego καταγελῶν τὰ , alioqui ἀλλ' χήματος dictus fuerit vultur καταγελᾶν τὰ ἀνοήτων. T.F.

Καλαγελῶντα] Καλαγελῶν. F.G.

Καταγελῶν τὰ] Καταγελῶν neceſſario cum *Fab.* legendum duxi ; ſed ne periret ſyllaba (riſum teneatis amici) καταγελῶν τὰ meliore jure mihi conjicere licere , dein cogitabam ; quumque conjecturam meam a *Fl.* adjuvari deinde cognoſcerem , quae καταγελῶν τα diſpeſcuit , etſi accentu in τὰ omiſſo , (quod ſeqq. Edd. occaſionem praebuit ea connectendi) nil dubitavi ſic edere. Nam licet non abſurdum ſit καταγελῶντα ad vulturem referre , qui fin. c. 39. etiam humana voce loquens inducitur , id tamen non amplius hic agitur ; ſed manifeſtum eſt , riſum eſſe hominis. Non videtur intellexiſſe *Solan.* qui adjecerat Flor. lect. malam eſſe , & *Fabro* ſemel obſequutus forſan obnubilata mente invenire non potuit , qui τὰ τῶν τρόπου cohaererent. Sed non opus iſta connectere , quum τὰ τῶν ἀνοήτων ſcil. ἀνθρώπων πράγματα , καὶ βλακικῶν (κατὰ) τὸν τρόπον , optime procedant. J.F.R.

45. Τίνας δὲ κορώνας ἐκ] *Æ. Menagius* in animad. verſionibus ad *Diogen. Laërtium* (p. 148.) multis ſcriptorum teſtimoniis confirmat legendum eſſe τίνας χελιδόνας , quae veriſſima & maxime congruens lectio eſt. *Alm.* Nihil mutandum eſſe , monet *Kuhnius* ad *Pauſan.* p. 787. quem vide. M. du S.

Τίνας δὲ κορώνας] Si *Menagius* ad *Laërt.* 6, 78. ex libro , quod non indicat tamen , protulit χελιδόνας , audiendus forte fuerit. Caeterum non dicit , quis praeterea hirundines ad ſepulcrum Heſiodi congregarit : ac videtur totum hoc ἅπαξ λεγόμενον. Itaque temerarium fuerit mutare aliquid , idque tanto magis , cum κορώνη , Apollinea avis , Prophetam proinde decens , longaevitatis porro & famae loquacis ſymbolum eſſe poſſit. Quid ſi etiam luſit hic Lucianus , & rapaces volucres voluit Cynici ſepulcro addere ? quid ſi ad νυκτοφύλακα retulit ? noctuis certe noctem turbantibus & terrentibus , infeſtae cornices. Quidquid ejus ſit ; nihil profecto nos cogit , ut dicamus , Heſiodi ſepulcro certum genus avium ab Luciano hic adſignatum. Hoc tantum cogitur ex illius verbis , ſimilem olim de Heſiodi tumulo fabellam percrebuiſſe : quod genus avium eum celebraverit , neſcio an alias , hic certe non refertur. J.M.G.

46. Τὸν Ἡσιόδυ τάφον] De loco vide *Thucyd.* III. 96. Vid. *Men.* ad *Diog. Laërt.* p. 148. F. qui pro κορώνας , χελιδόνας reponit. M. du S.

47. Εἰκόνας] Luciani conjecturam eventus comprobavit. Athenagoram audi , p. 72. D. E. τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἔτι ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καὶ ὁ τάφος ἦν εἰκών. Deinde parentatum ei docet hoc titulo , ἐπηκόῳ Θεῷ p. 73. Τὸ δὲ Πάριον Ἀλεξάνδρῳ ἐν Πρωτέως (Τρῳάς) Νεμεσίτης εἰκόνας

Ἠλείων αὐτῷ, καὶ τε τ̃ ἄλλων Ἑλλήνων, οἷς ᾗ ἐπεσταλκέναι [a] ἔλεγον. αὐτίκα μάλα οἶδα πολλὰς ἀναστησομένας. Φασὶ δὲ πάσαις σχεδὸν ταῖς ἐνδόξοις πόλεσιν ὑπὸ τοῦτο πολὰς ἀφεπέμψαι αὐτὸν, ἀφορμὰς τινὰς, ᾗ παραινέσεις, ᾗ νόμους. καί τινας ὑπὸ [b] τούτῳ πρεσβευτὰς τ̃ ἑταίρων ἐχειροτόνησε, νεκραγγέλους ᾗ νεκροδρόμους προσαγορεύσας.

Τοῦτο τέλος τοῦ καλοδαίμονος Πρωτέως ἐγένετο ἀνδρὸς, ὡς βραχεῖ λόγῳ περιλαβεῖν, πρὸς ἀλήθειαν μὲν οὐδεπώποτε ἀποβλέψαντος, ὑπὸ δόξῃ δὲ, ᾗ [c] τῷ παντὶ τ̃ πολλῶν ἐπαίνων, ἅπαντα εἰπόντος ἀεὶ, ᾗ πράξαντος, ὡς ᾗ εἰς πῦρ [d] ἁλέσθαι, ὅτε μηδ' ἀπολαύειν τ̃ ἐπαίνων ἔμελλεν, ἀναίσθητος αὐτῷ γενόμενος.

Ἓν ἔτι σοι προσδιηγήσομαι, ὡς ἔχῃς ὑπὲρ πολὺ γελᾶν. ἐκεῖνα μὲν οἶδα πάλαι οἶδα εὐθὺς ἀκούσας μου, ὅτε [e] ἦκον ἀπὸ Συρίας διηγουμένου, ὡς ἀπὸ Ἠλείων αὐτῷ, καὶ τε τ̃ ἄλλων Ἑλλήνων, οἷς ᾗ ἐπεσταλκέναι ἔλεγον. αὐτίκα μάλα οἶδα πολλὰς ἀναστησομένας. Φασὶ δὲ πάσαις σχεδὸν ταῖς ἐνδόξοις πόλεσιν ὑπὸ τοῦτο πολὰς ἀφεπέμψαι αὐτὸν, ἀφορμὰς τινὰς, ᾗ παραινέσεις, ᾗ νόμους. καί τινας ὑπὸ τούτῳ πρεσβευτὰς τ̃ ἑταίρων ἐχειροτόνησε, νεκραγγέλους ᾗ νεκροδρόμους προσαγορεύσας.

Elienſes, tum apud Graecos reliquos, quibus etiam ſcripſiſſe dicebant, ſtatim multas ſtaturas ei novi. Ajunt vero, nobilibus oppidis fere omnibus miſſas ab eo epiſtolas in praeceptionibus, & adhortationibus, atque legibus. Etiam ſodalium nonnullos ejus rei cauſſa legatos conſtituerat, quos mortis nuncios & inferorum curſores appellabat.

Τοῦτο τέλος τοῦ καλοδαίμονος Πρωτέως ἐγένετο ἀνδρὸς, ὡς βραχεῖ λόγῳ περιλαβεῖν, πρὸς ἀλήθειαν μὲν οὐδεπώποτε ἀποβλέψαντος, ὑπὸ δόξῃ δὲ, ᾗ τῷ παντὶ τ̃ πολλῶν ἐπαίνων, ἅπαντα εἰπόντος ἀεὶ, ᾗ πράξαντος, ὡς ᾗ εἰς πῦρ ἁλέσθαι, ὅτε μηδ' ἀπολαύειν τ̃ ἐπαίνων ἔμελλεν, ἀναίσθητος αὐτῷ γενόμενος.

42. Hic finis fuit infelicis Protei, viri, qui, ut brevi ſermone complectar, ad verum quidem reſpexerat nunquam, gloriae autem & laudis popularis cauſſa dixerat ſemper feceratque omnia, adeo ut in ignem etiam inſiliret, cum neque frui jam poſſet laudibus, quippe quarum ſenſus pervenire ad ipſum non poſſet.

Ἓν ἔτι σοι προσδιηγήσομαι, ὡς ἔχῃς ὑπὲρ πολὺ γελᾶν. ἐκεῖνα μὲν οἶδα πάλαι οἶδα εὐθὺς ἀκούσας μου, ὅτε ἦκον ἀπὸ Συρίας διηγουμένου, ὡς ἀπὸ

43. Deſinam, cum unum adhuc tibi narravero, ut ridere poſſis amplius. Illa enim olim noſti, quae ſtatim ex me, cum e Syria venirem, audieris, ut e Troade cum ipſo

a Ἔλεγον] Ἔλεγεν Edd. priores. b Τούτῳ] Recepi ex Mſ. RG. Τούτων Edd. c Τῷ] Sic *Pell.* recte. Τὸ Edd. peſſime. d Ἁλέσθαι] Sic Edd. omn. e Ἦκον] Secutus ſum ſcripturam *S.* Ἦκων cett. male.

57. Τοῦ καλοδαίμονος Πρωτέως ἐγένετο] Πρωτεὺς μὲν τάχα ϵ συγγνώσεσθε, * εἰ ϵ ψυχρὰ τῇ συγγνώμῃ, ὅτου τ̃ βίου ἀπολιπὼν σὺ δὲ τίς τῷ τρόπῳ † ἀγάσεται, λόγου μὲν ἐμποριεσόμενος, ‡ ὅτου προχείρως ἐκγεγονότα, § τοῖς ὕβλοις δὲ ᾗ μωρολογίαις τοῦτον ἐσπαδηκότα; *V.*

* Εἰ καὶ ψυχρὰ τῇ συγγνώμῃ] Quid hoc ſit ignoro. *M. du S.*
† Ἀγάσεται] Ἀγάσηται Edita. Mutavit *M. du S.*
‡ Οὕτω] Sic dedit Idem; nam ὅτου Edita prave. Recepi ὅτου, quia ſic eſſe in C. notat *Solanus.* *J. F. R.*
§ Τοῖς] Τινὶ, V.

νας ἴσχεις, ὃς ἀνὴρ τ̃ καθ' ἡμᾶς. An & alibi habuerit, incertum. *M. du S.*

Εἰσίνας μὲν] Recte conjecit Lucianus. *Athenagoras* Legat. p. 107. *Dechair.* Ἀνδρίας τοῦ Πρωτέως, τοῦτον δὲ οἶδ' ἀγνοεῖτε alloquitur M. Philoſophum, ejusque L. Verum fratrem) ῥίψαντα ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ περὶ τὴν Ὀλυμπιάδα, ᾗ αὐτὸς λίγυ) χρηματίζειν. *J. M. G.*

49. Οἷς ϵ ἐπεσταλκέναι] Hoc ad *S. Ignatii* imitationem factum putat *Pearſonus* Vindic. Ignat. P. I. c. 2. p. 261. Ed. *Cler.* Temporis certe illius morem fuiſſe, cyclicas quaſi epiſtolas dimittere, ſatis conſtat. Huc etiam referendi, quos appellaſſe ait Lucianus Protea ſuum νεκραγγέλους ϵ νεκροδρόμους, quos cum διοδρόμοις illis Ignatianis recte vir ſummus comparabat. Exſtat erudita commentatio *Erdm. Rud. Fiſcheri* edita Coburgi 1718. de διοδρόμοις veteris eccleſiae legatis, ubi nec hujus loci mentio omittitur, p. 119. *J. M. G.*

Ibid. Ἔλεγον] In Impreſſis omnibus ἔλεγεν. Sed quis? lege ἔλεγον, ut referatur ad ſequentia. *M. du S.*

52. Διαθήκας τινὰς] *Teſtamenta.* Interp. ἀφορμὰς ᾗ παραινέσεις, verte, *praecepta & admonitiones.* Alludit ad Pythagoraeos, a quibus ſua praecepta ita vocitabantur. At fortaſſe, dixerit quispiam, alluſerit ad καινὴν διαθήκην Chriſtianorum Lucianus, ut eſt ſemper deriſor. Et ſi id concederem, non tamen inde ſequeretur, vocem hanc verti per *teſtamentum* debere. Nam ᾗ καινὴ διαθήκη ſignificat novum fœdus, quemadmodum ᾗ παλαιὰ διαθήκη vetus fœdus. Quis enim ibi mortuus eſt, cujus ea lex dici queat teſtamentum? *T. F.*

53. Καί τινας ἐπὶ τούτων προσῆλθεν] Legendum eſt ἐπὶ τούτοις: finem enim & προαίρεσιν deſignat iſtuc ἐπί. Cum haec ad oram libelli adſcripſiſſem, animadverti in Cod. Reg. legi ἐπὶ τούτῳ. Cujus lectionis ſenten-

tia

ipso navigaverim, & cum reliquum hominis in illa navigatione luxum, tum formosum illum adolescentulum, quem ad caninam illam vitam traduxerat, ut haberet nimirum ipse quoque aliquem Alcibiadem, & ut perturbatus fuerit, noctu, medio in Aegeo, descendente turbine & fluctum excitante maximum, ploraveritque cum mulierculis vir admirabilis, & qui superior mortis metu esse videretur.

44. Verum paullo ante mortem, novem circiter diebus ante, cum plus quam oportebat, puto, ingurgitasset, & vomuit noctu, & febri correptus est satis vehementi. Haec vero Alexander mihi medicus narravit, qui vocatus erat, ut illum inviseret. Ajebat ergo se inveniisse hominem humi se volutantem, impatientemque aestus, & amatoriis velut blanditiis petentem frigidam: se autem non dedisse: verum illud dixisse, *Si omnino morte opus haberet, ipsam sponte jam venire ad januam, itaque bene facere, si*

Τροφάδος συμπλεύσαιμι αὐτῷ, ἢ τλῶ τε ἄλλην τ' ἐν τῷ πλῷ τρυφὴν, ἢ τὸ μειράκιον τὸ ὡραῖον, ὃ ἔπεισε κυνίζειν, ὡς ἔχοι ἢ αὐτός τινα Ἀλκιβιάδην· ἢ ὡς ἐπιταραχθείη μὲν ὁ νυκτὸς, ἐν μέσῳ τῷ Αἰγαίῳ γνόφῳ καλαβάντος, ἢ κῦμα πάμμεγεθες ἐγείραντος, ἐκώκυε μὲν τ' γυναικῶν ὁ θαυμαστὸς, ἢ θανάτου κρείττων εἶναι δοκῶν.

Ἀλλὰ μικρὸν πρὸ τ τελευτῆς, πρὸ ἐννέα ἀκεδόν πως ἡμερῶν, πλεῖον, οἶμαι, τοῦ ἱκανοῦ ἐμφαγὼν, ἤμεσέ τε ὁ νυκτὸς, καὶ ἐάλω πυρετῷ μάλα σφοδρῷ. ταῦτα δέ μοι Ἀλέξανδρος ὁ ἰατρὸς διηγήσατο, μελαχληθεὶς ὡς ἐπισκοπήσειεν αὐτόν· ἔφη δὲ καλαλαβεῖν αὐτὸν χαμαὶ κυλιόμενον, ἢ τ' φλογμὸν ὑ φέρουσα, καὶ ψυχρὸν αἰτοῦντα πάνυ ἐρωτικῶς, ἑαυτὸν δὲ μὴ δοῦναι. καίτοι εἰπεῖν ἔφη, πρὸς αὐτὸν, ὡς εἰ πάντως θανάτου δέοιτο, ἥκειν αὐτὸν ἐπὶ τὰς θύρας αὐτόματον. ὥστε καλῶς ἔχει· ἔπειτα, μηδὲν

tia eadem plane est. T. F.

54. Τούτῳ] Sic Mſ. R. & G. In Impressis omnibus τούτων. M. du S.

68. Ἦκεν] Si de reditu Peregrini ex Aegypto intelligas, incidet necessario in primum Luciani in Graeciam adventum; cum XV. aut XX. fere intercesserint anni. De voce ἦκεν monendus es, nostram esse J. Edit. emendationem; in reliquis enim libris est ἥκων. M. du S.

72. Τοὺς Ἀλκιβιάδου] Amores & παιδικὰ Socratis, ut vulgus scriptorum existimat; sed quam ab hac foeditate remotus fuerit Socrates, omnium, quotquot unquam fuere, hominum optimus & sanctissimus, satis superque ostendunt divina illa *Xenophontis* ὑπομνημονευμάτα; tum praeterea ipsius vita nuper a viro doctissimo, & linguae Graecae peritissimo *D. Carpentario* conscripta. Hoc itaque ausim asserere;

Si quis morte obita sensus tellure sub ima est,
Socratici gaudent Manes, & grandior Umbra
Ambulat Elysium, tanti scriptoris honore.

T. F.

74. Γνόφῳ καλαβάντος & κῦμα πάμμεγεθες ἐγείραντος] *Caligine oborta & fluctum ingentem excitante.* Interpol. pessime. γνόφος enim hoc loco *turbo* est. Idque satis ostendit nomen appositum καταβάς. Deinde, qui quaeso fieri possit, ut *caligo attollat mare*, quod diceret Lucianus, καὶ κῦμα πάμμεγεθες ἐγειραντος? Rem vero terribilem, Caliginem noctu fuisse. Videlicet sunt haec aegri somnia. Intelligit enim Lucianus turbinem illum qui vulgo dicitur ἐκνεφίας, de quo *Apulejus*, in libello de Mundo, & alii. *Eustathius* enim vocem hanc (γνόφος) deducit a νέφος. Plerisque omnibus dici videtur δνόφος quasi παρὰ τὸ δοκεῖν τὰ νέφη. Quae tu passim reperies: neque juvat transcribere. T. F.

76. Θανάτου κρείττων] *Morte potior.* Interp. Quid sit ἀνὴρ θανάτου κρείττων, omnes, opinor, norunt; quid sit *Vir morte potior*, non item. Vertendum itaque fuerat, *Vir morte superior, quem mortis metus non deprimit, non frangit*, ut e contra ἀνὴρ θανάτου ἥττων is est, qui mortis pavore debilitatur, prosternitur & plane abjicitur. T. F.

Θανάτου κρείττων] *Fortior, robustior* ipsa morte, s. *victor mortis*, vel qui eam contemnit. Ita χρημάτων κρείττων habuimus supra T. I. *de Merced. Cond.* §. 19. f. θυμοῦ κρείττων, *Hermot.* c. 12. f. Et φόβου κρείττων, ibid. c. 76. &c. J. F. R.

84. Ψυχρὸν] Subaudi ὕδωρ, ut πικρὸν, pro πικρὸν ὕδωρ. ἐλλείψει *Etymol.* in πικρὸν. a πικρὸν est Nigrè Graecorhomaicum. F. G.

Ibid. Καὶ ψυχρὸν αἰτοῦντα] Supple ὕδωρ: ellipsi. Ut πικρὸν, pro πικρὸν ὕδωρ. Vide Etymologicum Magnum in πικρόν. A πικρὸν, est Graecorhomaicum νηρό. AE. M.

85. Καίτοι] Forsan καί γε. M. du S.

δὲν τῆ πυρὸς δεόμενον· τόνδ' αὖ Φάναι· Ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἔνδοξον ὁ τρόπον γένοιτ' ἂν, πᾶσι κοινὸς ὤν.

Ταῦτα μὲν ὁ Ἀλέξανδρος. ἐγὼ δὲ οὐδ' αὐτὸς πρὸ πολλῶν ἡμερῶν εἶδον [a] αὐτὸν ἐγκεχρισμένον, ὡς ἀποδακρύσειε τῷ δριμεῖ Φαρμάκῳ. ὁρᾶς; ὁ πάνυ τὰς ἀμβλυωπῶντας ὁ Αἰακὸς ὠφελεῖ; ὅμοιον ὡς εἴ τις ὀπὶ σταυρὸν ἀναβήσεσθαι μέλλων, [b] τὸ ἐν τῷ δακτύλῳ πρόσπταισμα θεραπεύοι. τί σοι δοκεῖ ὁ Δημόκριτος, εἰ ταῦτα εἶδε; κατ' ἀξίαν γελάσαι ἂν ὀπὶ τῷ ἀνδρί. χρῆτοι πόθεν εἶχεν ἐκεῖνος τοσοῦτον γέλωτα; σύ δ' ἦν, ὦ Φιλότης, γέλα καὶ αὐτὸς, καὶ μάλιστα ὁπόταν τῶν ἄλλων ἀκούσῃς θαυμαζόντων αὐτόν.

illam sequeretur, nec ignem expeteret. Istum contra dixisse: *At non aeque glorioſum futurum mortis genus, quod omnibus commune esset.*

45. Haec Alexander. Ego vero, & ipse non multis ante mortem diebus inunctum vidi, ut lacrimis motis oculos purgaret acerbo medicamento. Vides? Non sane recipit, qui hebetes oculos habent, Aeacus. Simile hoc est, ut si quis in crucem mox agendus digiti offensionem curet. Quid tibi videtur *facturus fuisse*, si vidisset ista, Democritus? Risisset ne, prout dignum est, virum? Quamquam unde tantum illi risus suppetiisset? Tu ergo, amice, ride ipse quoque, & maxime cum alios admirari sistum audieris!

FU-

a Αὐτὸν] Αὐτὸν αὐτὸν P. male. b Τὸ ἐν τῷ] Τοῦ ἐν τῷ male F.

92. Ἐγὼ δὲ οὐδ' αὐτὸς πρὸ πολ. ἡμ.] Ordo: Ἐγὼ αὐτὸς οὐδὲ πρὸ πολλῶν ἡμερῶν. Sed forte sic legendum: Ἐγὼ δ' αὐτὸς, οὐδὲ πρὸ π. ἡ. &c. F.G.

Ἐγὼ δὲ οὐδ' αὐτὸς πρὸ πολλῶν ἡμερῶν εἶδον] Quae versio haec est, quam nobis offert *Benedictus* & sequitur *Faber*? *caterum ego neque ipse ante pauces dies vidi.* Ergo aut nunquam vidit, aut ante valde multos dies vidit. Quod quid est? aut quomodo ad Graeca? multo melius & rectius Opsopoeus *caterum ego quoque illum non ita multos ante dies conspexi.* F.G.

Ἐγὼ δὲ οὐδ' αὐτὸς &c.] Emendationem *Gujeti* non rejicerem, si auctoritas accederet; nam quamquam exempla haud pauca constructionis immutatae vidimus, ut *de Calumn.* c. 19. ἐπιδὰν ἐντὸς ἅπαξ τειχῶν γένωνται. Item *Philopſ.* c. 22. *Parasit.* c. 16. & 2. *Bis Accuſ.* c. 34. *Rhet. Praec.* c. 18. *de Imag.* c. 11. Sic tamen pro lubitu transponere negandi particulam, periculosum est; verum & infra *Tragopod.* vs. 313. Οὐκ ἐρίσας ἐχάρη Φοίβῳ Σάτυρος Μαρσύας. Et *Homer.* Il. B. 150. Τοῖς οὐκ ἰρχομένοις ὁ γέρων ἐκέλευε' ὀτρύνειν, ubi οὐκ ad ἐκέλευε pertinet, non ad ἰρχομένοις, & Scholiast. atque *Eustath.* amphibolian pronuntiant. *Clarkius* vertens, *quibus non, ad bellum proficiscentibus, senex interpretatus est somnia*, sive, *Quibus nequidquam, cum ad bellum proficiscerentur, interpretatus est somnia.* Eoque minus, cum & in *Dial. Meretr.* XII. p. huj. Ed. 314. ὁ sic transponitur, quando ait: οὐχ ἑώρων τὸ ἄθλιον ἐν. ubi οὐχ omnino pertinet ad ἦν, nam non negat se vidisse, sensisse, sed non unum fuisse adfirmat. Propter talia jam nihil mutarem. Conf. & infra *Sat.* c. 8. pr. J.F.R.

98. Τῷ δακτύλῳ] Τῷ ποδός. F.G.

99. Τί σοι δοκεῖ ὁ Δημόκριτος] Hujus loci venustatem corrupit Interpolator. *Quid tibi*, inquit, *videtur facturus fuisse Democritus, si hac vidisset? merito virum irrisisset.* Interpres autem, antequam interpolatus fuisset, quanto melius? *Quid tibi*, inquit, *facturus fuisse videtur Democritus, si horum spectator contigisset? numquid pro dignitate virum derisisset?* Sensus est. Cum tanta in Peregrino gloriae sitis fuerit, censen' tu, Croni, satis unquam & κατ' ἀξίαν δεξάμενος τῶν ἀνθρωπίσκων derisurum fuisse Democritum? Dii boni! unde illi tantus risus suppetere potuisset? Haud dubie prius ei fuisset emoriendum, quam hominem pro virtutibus, ut diceret *Terentius*, exagitare potuisset. T.F.

2. Πόθεν εἶχεν ἐκεῖνος τοσοῦτον γέλωτα] Quod de risu Democriti dixit Lucianus, idem de lacrymis Heracliti scripserat *Juvenalis*;

Mirandum est unde ille oculis suffecerit humor.

T.F.

ΑΓΑ-

FUGITIVI.

APOLLO, JUPITER, PHILOSOPHIA, HERCULES, MERCURIUS, VIRI, DOMINUS, ORPHEUS, FUGITIVUS, HOSPES.

APOL.

VErane narrant ista, Pater, fuisse, qui in ignem se conjiceret in celebritate Olympiorum, jam senem hominem, nec ignavum ad talia portentorum artificem? Luna enim nobis narravit, quae ardentem se vidisse diceret. JUP. Vera omnino sunt, Apollo, quae utinam facta nunquam essent! APOL. Adeone bonus erat senex, atque indignus, qui igni periret? JUP. Etiam illud forte *ita sè habuerit!* At ego multam me tum perferre injucunditatem memini a malo illo nidore, qualem sursum ferri naturale est ab assatis corporibus humanis. Nisi enim in Arabiam statim, ut habebam, abiissem, perieram, bene noris, a fumo teterrimo. Et tamen in tanta suaveolentia, & copia aromatum, in ture adeo

ΔΡΑΠΕΤΑΙ.

ΑΠΟΛΛΩΝ, ΖΕΥΣ, ΦΙΛΟΣΟΦΙΑ, ΗΡΑΚΛΗΣ, ΕΡΜΗΣ, ΑΝΔΡΕΣ, ΔΕΣΠΟΤΗΣ, ΟΡΦΕΥΣ, ΔΡΑΠΕΤΗΣ, ΚΑΙ ΥΠΟΔΙΚΟΣ.

ΑΠΟΛ.

1 Ἀληθῆ ταῦτά, φασι, πάτερ, ὡς ἐμβάλοι τίς αὐτὸν φέρων εἰς τὸ πῦρ, κατέναγλι Ὀλυμπίων, ἤδη πρεσβύτης ἄνθρωπος, οὐκ ἀγεννὴς θαυμαλοποιὸς τὰ τοιαῦτα; ἡ Σελήνη γὰρ ἡμῖν διηγεῖτο αὐτὴ ἑωρακέναι χαμόμενον λέγουσα. ΖΕΥΣ. Καὶ πάνυ ἀληθῆ, ὦ Ἄπολλον, ὡς μήποτε γενέσθαι ὤφελεν. ΑΠΟΛ. Οὕτω χρηστὸς ὁ γέρων ἦν, καὶ ἀνάξιος ἐν πυρὶ ἀπολωλέναι; ΖΕΥΣ. Καὶ τοῦτο μὲν ἴσως· ἀλλ' ἐγὼ πολλὴν μὲν τὴν ἀηδίαν μέμνημαι ἀναχόμενος τότε ἀπὸ κνίσης πονηρᾶς, οἵαν εἰκὸς [a] ἀποφέρεσθαι [b] ὀπτωμένων ἀνθρωπίνων σωμάτων. εἰ γοῦν μὴ εἰς τὴν Ἀραβίαν ὡς εἶχον εὐθὺς ἀπιὼν ᾠχόμην, ἀπολώλειν ἄν, εὖ ἴσθι, ἀτοπίᾳ τῇ καπνῷ· καίτοι ὅμως ἐν τοσαύτῃ εὐωδίᾳ, καὶ ἀφθονίᾳ τῶν ἀρωμάτων, καὶ ἐν λιβανωτῷ πολλῷ, μόλις αἱ ῥῖνες ὀπτ-

a Ἀποφερ.] Ἀναφερ. malit *Gesn.* b Ὀπτωμένων] Sic *V2.* & *Jensius.* Ὀπτομένων vulgo male.

5. Ἡ Σελήνη] Bene Apollo inducitur non vidisse spectaculum hoc, quia Sol est Apollo: & hoc circiter noctem mediam [ἡ σελήνη γὰρ ἡμῖν] Nam in praecedenti sermone est, (c. 36.) καὶ ἐπειδὴ ἡ σελήνη ἀνέτειλεν. ἤδει γὰρ κἀκεῖνο θεώμενος. *G.*

ΔΡΑΠΕΤΑΙ] Dixi antea hunc Dialogum non esse Luciani. *J.B.*

ΔΡΑΠ.] Non videtur esse Luciani. *Th.M.*

ΔΡΑΠΕΤΑΙ] *Lucianeum non videtur.* Nihil est in hoc Dialogo Luciano indignum; sive stylum sive rem ipsam spectes. Quare miror, cur *Bourdelotius* & *Marcilius* dubitent eum esse Luciani. *L.K.*

ΑΠΟΛΛΩΝ] Personarum colloquentium nomina Graeca addidi ex *B1.* quae Ἀπόλλων, Ζηνὸς &c. Latina adscivi ex *P.* Inscriptio enim illarum tam Graeca quam Latina aberat ab cett. etsi in medio Dial. inserta personarum dimidiata nomina. *J.F.R.*

13. Ὀπτωμένων ἀνθρωπίνων σωμάτων] Corrige ὀπτομένων. est enim ab ὀπτάω ἄσω. Recte id observatum in *Epist. Saturnalib.* c. 23. καὶ τὸ ἔλαφον, καὶ τὰ δελφάκια μιᾶξυ ὀπτομένων, &c. In *Necyomant.* T. I. c. 14. οἰμωγὴ τῶν ἐπὶ τῷ πυρὶ ὀπτομένων. *J.J.*

Ὀπτωμένων] Sic recte scribitur in sola *V2.* ut *Mss.* c. 14. Ἰσ. B. c. 29. Κρον. N°. 23. & 35. In reliquis enim prave est ὀπτομένων. *M. du S.*

ἐπιλαθέσθαι μοι καὶ ἀπομαθεῖν ἤθελον τὴν κηλῖδα ἐκείνην τῆς ὀσμῆς, ἀλλὰ καὶ νῦν ὀλίγου δέω καυτιᾶν, ὑπομνησθεὶς αὐτῆς.

multo, vix mihi obliviſci nares ac dediſcere voluerunt illam odoris labem. Sed nunc etiam parum abeſt quin nauſeem ad illius memoriam.

ΑΠΟΛ. Τί δὲ βουλόμενος, ὦ Ζεῦ, τοιαῦτα εἴργασται ἑαυτόν; ἢ τί τὸ ἀγαθὸν, ἀπανθρακωθῆναι [a] ἐμπεσὼν εἰς τὴν πυράν; ΖΕΥΣ. Τοῦτο μὲν οὐκ ἂν, ὦ παῖ, φθάνοις καὶ Ἐμπεδοκλεῖ πρὸ αὐτοῦ ἐγκαλῶν, ὃς ἐς τοὺς κρατῆρας [b] ἥλατο καὶ αὐτὸς ἐν Σικελίᾳ. ΑΠΟΛ. Μελαγχολίαν τινὰ δεινὴν λέγεις. αὐτὰρ ὅτου γε τίνα ποτὲ ἄρα τὴν αἰτίαν ἔσχε τῆς ὁρμῆς; ΖΕΥΣ. Αὐτοῦ σοι λόγον ἐρῶ, ὃν ἔλεξε πρὸς τὴν πανήγυριν, ἀπολογούμενος πρὸς αὐτοὺς ὑπὲρ τῆς τελευτῆς. ἔφη γάρ, εἴγε μέμνημαι.

2. APOL. Quid vero voluit, Jupiter, quod haec in ſe deſignavit? aut quid boni in eo ineſt, ſi quis in rogum deſiliens mutetur in carbones? JUP. Hac in re evitare non potes, quin ante ipſum Empedocli crimen intentes, qui in crateras ipſe quoque in Sicilia deſiliit. APOL. Terribilem mihi melancholiam narras. Verum hic quam tandem illius cupiditatis cauſſam habuit? JUP. Ipſius tibi orationem referam, quam in conventu habuit, cum cauſſam apud illos mortis ſuae diceret. Dixit enim ſi bene memini . . .

Ἀλλὰ τίς αὕτη σπουδῇ προσειοῦσα τεταραγμένη καὶ δακρύουσα, πάνυ [c] ἀδικουμένῃ ἐοικυῖα; μᾶλλον δὲ Φιλοσοφία ἐστὶ, καὶ τὸ νομά γε τὸμὸν ἐπιβοᾶται κεκλαυσμένα. Τί ὦ θύγατερ δακρύεις; ἢ τί ἀπολιποῦσα τὸν βίον ἐλήλυθας; ἆρα μὴ οἱ ἰδιῶται αὖθις ἐπιβεβουλεύκασί σοι ὡς τὸ πρόσθεν, ὅτε τὸν Σωκράτη ἀπέκτειναν ὑπὸ Ἀνύτου καταγορηθέντα, εἶτα φεύγεις διὰ τοῦτο αὐτούς;

3. Sed quaenam iſta contente ad nos accedens perturbata & lacrimans, injuriam magnam paſſae ſimilis? Quin Philoſophia eſt, & nomen meum miſerabili voce inclamat. Quid, mea filia, ploras? aut quid relicto ſaeculo huc veniſti? Numquid denuo contra te machinati aliquid ſunt imperiti, ut olim cum accuſatum ab Anyto Socratem interfecere? tum tu propterea illos fu-

a Ἐμπεσὼν] Sic Edd. omnes. Ἐμπεσόντα *Graev.* b Ἥλατο] Adſpirate *P. S. Amſt.* ἅλατο ſpir. leni *J. Fl. B. H. Fr.* c Ἀδικουμένῃ] Sic bene *Fl. P.* aliaeque Ἀδικουμένη ſine puncto male *J. V2.*

19. Τὴν κηλῖδα] *Foeditatem.* F.G.
Ibid. Κηλῖδα] Quis ante aut poſt hunc *odoris* ſibi *maculam* finxit? *M. du S.*
23. Ἢ τί τὸ ἀγαθὸν] Scribendum vel puer videat, etſi Mſ. ſileret, ἢ τί τὸ ἀγαθὸν ἀπανθρακωθῆναι ἐμπεσόντα εἰς τὴν πυράν; *Quid prodeſt in pyram inſilientem conflagrare?* In vulgatis eſt contra τῶν γραμματικῶν canones ἐμπεσὼν. *J. G. G.*
24. Ἐμπεσὼν] An ἐμπεσόντ' εἰς, &c. F.G.
Ἐμπεσὼν] Ἐμπεσόντα legendum vel puerum videre ait Cl. *Graev.* Fateor ad Grammaticam uſitatius ita dici, ut ſupra, *Jov. Conf.* c. 7. f. ἃ δὴ ἐπιχρῆσαι αὐτοῖς τὸ ἀθανάτους εἶναι. *Gall.* c. 26. ἐμοὶ — ἀμύξαι ἐπιτηδέοντα. Ibid. c. 4. ἠσθημένοι φεύγοντα. *Rhet. Praec.* c. 1. ὡς ἄμαχον εἶναι ſcil. σε. Et *Evang. D. Marc.* IX. 47. δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. *Herodian.* L. 2. c. 8. f. (Νίγρος) ἐμέλει — δίον ἐκφοιτῆσαι τὴν ταχίστην, καὶ φθάσαι οἰκειοσάμβροτον αὐτά. Verum & ſimilia vulgatae alibi occurrunt, ut non velim quidquam immutare. Nemo quidem dubitat, quin infinitiv. cum nominandi caſu in alia conſtructione ſit uſitatiſſimus, idque Grammatici ſatis tradidere, & exemplorum occurrunt myriades; ſed nominativo perſonae praemiſſo, vel intellecto, tantum locum habere alterum illum nominativum, volunt. At in quibusd. modo nominativo, modo accuſat. utitur Noſter, ut, μόνῳ τῷ δεσπότῃ ἐᾶναι δικεῖν, in *Bis Accuſ.* c. 2. f. Contra vero, δικεῖ σοι εἶναι πολυπραγμοσύνη. In *Paraſit.* c. 5. Nominativo *Polyb.* (notante Cl. *Jenſio* in marg. Lect. Lucian.) p. 655. Ed. *Amſt.* ἐπισφαλὲς εἶχον, διὰ τὸ γυμνοὶ κινδυνεύειν. Et ſic p. 1434. nec non p. 963. ἑτοίμους εἶχον πρὸς τὸ μὴ τοῖς ἐχθροῖς ὑποχείριοι γενηθῆναι. At in his *Polybii*, nominat. perſonae praecedit, ad quem etiam referri dicetur aliquo modo nominativus ſequens. Vitioſum autem eſſe vulgatum Ἀλλὰ κακοῦργοί τινες φῆς εἶναι, — καὶ μυοκτόνοι, docuit Cl. *Jenſ.* in *Prometh.* T. I. c. 16. pr. (qui multa de infinitivi ſtructura, in Lect. Lucian. p. 72. — 83.) adſentiente Cl. *Hemſterhuſio*, nec tamen omnia, ob nimiam copiam, inſerente, & fruſtra improbante Cl.

fugis? PHIL. Nihil tale, Pater. Sed illi quidem, vulgus promiscuum, laudarunt & in honore me cum veneratione atque admiratione habuerunt, ac tantum non adorarunt, etsi non valde, quae dicerem, intelligerent. Verum isti, quomodo illos vocem? qui se familiares meos & amicos esse ajunt, & nominis mei larvam induunt, illi ergo pessime me tractarunt.

4. JUP. Philosophi igitur contra te aliquid machinati sunt? PHIL. Non, Pater. Hi enim & ipsi injuria mecum affecti sunt. JUP. A quibus ergo injuriam accepisti, si neque indoctos accusas, neque philosophos? PHIL. Sunt quidam, Jupiter, interjecti, velut inter utramque aciem, inter vulgus & philosophos, habitu, oculorum conjectu, incessu, nobis similes, & eadem ratione compositi. Postulant enim meis in castris militare, & nostrum sibi nomen inscribunt, discipulos se, & familiares, & sodales nostros dicunt: at vita illorum impurissima, inscitia, audacia, libidine, plena: quae non parva est in nos contumelia. Ab hisce, Pater, laesa profugi.

ΦΙΑ. Οὐδὲν τοιοῦτον, ὦ πάτερ, ἀλλ' ἐκεῖνοι μέ, ὁ πολὺς λεὼς, ἐπῄνεσαν, καὶ μετὰ τιμῆς ἦγον αἰδούμενοι, καὶ θαυμάζοντές με, καὶ μονονουχὶ προσκυνοῦντες, εἰ καὶ μὴ σφόδρα ξυνίεσαν ὧν λέγοιμι. οἱ δὲ, πῶς ἂν εἴποιμι; οἱ ξυνήθεις καὶ φίλοι φάσκοντες εἶναι, καὶ τύπωμα τοὐμὸν ἐμφορούμενοι, ἐκεῖνοί με τὰ δεινότατα εἰργάσαντο.

ΖΕΥΣ. Οἱ φιλόσοφοι ἐπιβουλήν τινα ἐπιβεβουλεύκασί σοι; ΦΙΛ. Οὐδαμῶς, ὦ πάτερ, οἵγε ξυνηδίκηνταί μοι καὶ αὐτοί. ΖΕΥΣ. Πρὸς τίνων οὖν ἠδίκησαι, εἰ μήτε τοὺς ἰδιώτας, μήτε τοὺς φιλοσόφους αἰτιᾷ; ΦΙΛ. Εἰσί τινες, ὦ Ζεῦ, ἐν μεταιχμίῳ τοῦ τε πολλῶν, καὶ τῶν φιλοσοφούντων, τὸ μὲν σχῆμα, καὶ βλέμμα, καὶ βάδισμα, ἡμῖν ὁμοιοι, καὶ κατὰ ταὐτὰ ἐσταλμένοι· ἀξιοῦσι δὲ γεγραφῆσθαι ὑπ' ἐμοὶ τάττεσθαι, καὶ τύπωμα τὸ ἡμέτερον ἐπιγράφονται, μαθηταί, καὶ ὁμιληταί, καὶ θιασῶται ἡμῶν εἶναι λέγοντες· ὁ βίος δὲ αὐτῶν πανμίαρος, ἀμαθίας, καὶ θράσους, καὶ ἀσελγείας ἀνάπλεως, ὕβρις δὲ μικρὰ καθ' ἡμῶν ἐστὶ τούτων, ὦ πάτερ, ἠδικημένη πέφευγα.

ΖΕΥΣ.

Cl. *Gesnero* ad *Philopatr.* nam non modo κακοῦργοί τινες improbarat *Jensius*, per se; sed εἶσι pro εἶναι requiri, bene monuerat, propter illico adjunctum καὶ μοιχεύσει, καὶ πολεμοῦσι, &c. Sed *Homeri* locus Il. B. 350. quem *Gesn.* adfert, ubi φημὶ κλαίειν σε — Κρονίωνα Ἀγρέσταν &c. huic nostro *Fugitivor.* probando convenit, aeque ac infra *Philopatr.* c. 4. ἀλλ' ὑποδιορυγμένῳ καθεδεῖται. At quod *Gesn.* etiam adfert ex *Dial. Marin.* IX. σῶσαι δίκαι χαριεστέρῳ, id jam nihil probat; nam χαριεστέρως ex Codd. ibi restituit *Hemsterhusius.* Verum addi posset *Dion. Halic.* VII. p. 473. 10. quem jam adduxi ad *Rhet. Praec.* c. 24 δ' αἰσχύνης λαβεῖν, ἅτε αὐτουργὸς ἐκ γένους — ὀνείρατα ἐκφέρειν. Et *Xenoph.* p. 458. οἴονται δεῖν φρόνιμοι ἐκ μέτριοι φαίνεσθαι, aliaque quae adferuntur a Cl. *Maittaire* de Dial. p. 82. quae cum *Polybianis* modo adductis pro vulgata facere nonnullis videbuntur; sed quia & in iis ad nominativum personae respicitur, illa huc detorquere nolim; magis enim huc facit, quod nominativum & accusat. simul infinito adjunctum alibi jam dedimus, ex Ep. ad *Ephes.* IV. 1. & 2. ubi Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς — ἀξίως — ἀνεχόμενοι ἀλλήλων, ubi & *Elsner.* duo alia addidit. Notumque vel ex Grammaticis vulgaribus, illud *Xenophontis*, πρὸς τὸ ἀγαθοὶ φαίνεσθαι; & ex eodem, Ὁ δὲ Ἀσσύριος — ἐγὼ μὲν οἶμαι ἱππίας μὲν ἄξειν, pro τὸν δὲ Ἀσσύριον. Addo rursus *Arat. Capp.* vers. fin. L. I. p. m. 92. καὶ τόδε μάντις προεγκρίνησας — πρίασθαι, pro προεγκρινησαίμεθα δεῖ πρίασθαι. quum tamen ἀποχάσκειν — ἀφικνεῖσθαι ibid. paullo ante dixerit. Iterum L. 2. c. 4. p. 104. οὐκ γὰρ ἀκὼν — ἂν ῥᾳδίως χυθεὶς ἐρρῶσθαι, pro χυθέντα; in quo posteriore exemplo tamen ad nominat. praemiss. potest esse relatio, aeque ac in hoc *Herodiani* I. 10. 8. φάθη δεῖν μάγα τι δράσας καλορθῶσαι. Sed Luciani vulgatae propius accedit hoc *Diod. Sic.* XII. c. 25. f. ἦσαν δὲ οἱ δημαρχοι μὴ συμφωνοῦσι πρὸς ἀλλήλους κύριοι εἶναι τὰ ἀναμίσου καίρμεν; ubi κύριοι pro κυρίως. Sed *Gronovii* in *Polyb.* exempla ad L. V. p. notar. 430. paullo aliam habent rationem, pertinentque ad nominativum illum unitatissimum, de quo prius diximus. Sed satis est ostendisse, vulgatum Luciani non temere movendum, etsi nec dissimulandum, saepe a scribis peccatum esse in pervertendis verborum modis, ut vid. in *Dial. Meret.* XII. p. hujus Tom. 313. N°. 76. Plura ad *Fugit.* c. 2. *J. F. R.*

27. Ἥλατο] Adspirate ἅλατο in fab. *Æsop.* CXV. & *Homer. Batrach.* 248. Cumque ἅλλομαι certe adspiretur, ut patet ex compositis ἐφάλλομαι, καθάλλομαι, adspirationem contra Edd. vett. adsumsi. *J. F. R.*

ΖΕΥΣ. Δεινὰ ταῦτα, ὦ θύγατερ, ἀλλὰ τί μάλιστα ἠδικήκασί σε; ΦΙΛ. Σκόπει, ὦ πάτερ, εἰ μικρά. σὺ γὰρ καθεδὼν τὸν βίον ἀδικίας καὶ ἀνομίας μεστὸν, ἅτε ἀμαθίᾳ καὶ ὕβρει ξυνόντα, καὶ ταραττόμενον ὑπ' αὐτῶν, καλέσας τὸ ἀνθρώπινον γένος τῇ ἀγνοίᾳ ἑλαυνόμενον, ἐμὲ κατέπεμψας, ἐντειλάμενος ἐπιμεληθῆναι, ὡς παύσαιμι μὲν ἀδικοῦντας ἀλλήλους, καὶ βιαζόμενοι, καὶ ὅμοια τοῖς θηρίοις βιοῦντες· ἀναβλέψαντες δὲ πρὸς τὴν ἀλήθειαν, εἰρηνικώτερον ξυμπολιτεύοιντο. ἔφης γοῦν πρός με καταπέμπων, ἃ μὲν πράττουσιν ἄνθρωποι, καὶ ὡς διάκεινται ὑπὸ τῆς ἀμαθίας, ὦ θύγατερ, καὶ αὐτὴ ὁρᾷς· ἐγὼ δὲ, ἐλεῶ γοῦν αὐτοὺς, σὲ, ἣν μόνην ἰάσασθαι ἂν τὰ γιγνόμενα οἶμαι, προκρίνας ἐξ ἁπάντων ἡμῶν, πέμπω ἀσομένην.

5. JUP. Dura haec sane, Filia. Sed quâ in re maxime te laeserunt? PHIL. Vide, Pater, parvane sint? Tu enim cum videres saeculum injustitia & iniquitate plenum, quod cum inscitia & contumelia versaretur, & ab iis perturbaretur; miseratus humanum genus, ab ignorantia agitatum, me demisisti, cui praeceperas uti curam agerem, quo desinerent mutuis se injuriis afficere, & vim facere, & similem feris bestiis vitam agere; sed oculis ad verum conversis, magis pacatam inter se civitâtem haberent. Dicebas enim, me cum demitteres, *Quae agant homines, & quomodo ab inscitia affecti sint, ipsa vides, mea filia! Ego autem, qui illorum misericordia tangar, te, quam solam mederi posse his, quae fiunt, arbitrer, ex omni nostro numero delectam demitto ut sanes.*

ΖΕΥΣ. Οἶδα πολλὰ καὶ τοιαῦτα εἰπὼν τότε· σὺ δὲ τὰ μὲν ταῦτα ἤδη λέγε, ὅπως μὲν ὑπεδέξαντό σε καταπταμένην τὸ πρῶτον, ἅ τινα δὲ νῦν ὑπ' αὐτῶν πάσχεις. ΦΙΛ. [a] Ἠῖξα μὲν, ὦ πάτερ, οὐκ εὐθὺς τοὺς Ἕλληνας, ἀλλ' ὅπερ ἐδόκει μοι χαλεπώτερον τοῦ ἔργου εἶναι, τὸ βαρβάρους παιδεύειν, καὶ διδάσκειν, τοῦτο πρῶτον ἠξίουν [b] ἐργάσασθαι· τὸ Ἑλληνικὸν δὲ

6. JUP. Scio multa me & talia tum dixisse. Tu jam dic, quomodo te receperint primum advolantem, & quae nunc ab illis patiaris. PHIL. Properabam, Pater, non statim ad Graecos; sed, quae videbatur mihi difficilior operis *pars* esse, instituere ac docere barbaros, illam primum volebam perficere. Omissis *ergo interim* Grae-

a Ἠῖξα] Ἤξα *V2.* ἦξα cett. b Ἐργάσασθαι] Ex emendatione *Jensii.* Εἰργάσασθαι Edd. male.

94. Ἐντειλάμενος ἐπιμεληθῆναι] Verto *dato negotio, ut eos curarem* vel *sanarem.* Verbum enim ἐπιμελεῖσθαι, κατ' ἐξοχὴν de Medicis usurpatur, qui saucios curant & sanant. Auctor mox pro eo bis utitur verbo ἰάσασθαι. Sic etiam in *Symposio* cap. 47. Διόπερ ἐπιμελεῖτο. de quo paulo ante dixerat, ἀκεσαμένῳ τὸ τραῦμα. Hinc ἐπιμέλεια & ἴασις ut synonymae ponuntur *Proverb.* III. 8. Τότε ἴασις ἔσται τῷ σώματί σου, καὶ ἐπιμέλεια τοῖς ὀστέοις σου. & vers. 22. ἔσται δὲ ἴασις τῇ σαρκί σου, καὶ ἐπιμέλεια τοῖς σοῖς ὀστέοις. *L. Bos.*

82. Ἰάσασθαι] Vid. supra dicta ad *Gall.* c. 28. N°. 10. *J. F. R.*

89. Ἠξα] Sic *V2.* nisi quod jota non erat subscriptum. Recte; non ut in reliquis, ἦξα. Confer Δημ. c. 4. *M. du S.*

Ἠξα] Conf. paullo supra *Mort. Peregr.* c. 37. f. Nec dubitabis & ita hic scribendum. Quum de volante sit sermo; sic & mox ὁρμήσασα utitur. *J. F. R.*

93. Ἐργάσασθαι] Ἐργάσασθαι hic legendum, non, ut Edd. εἰργάσασθαι, alia occasione monet Cl. *Jens.* scilicet ad *Hermot.* c. 71. pr. ubi e contrario vulgatum ἐργάσω in εἰργάσω recte mutat, & Codd. addicebant. Sed eorum fidem hic exspectasse nihil etiam opus; adeo res est manifesta; neque enim significatio τοῦ ἐργω prohibeo, hic locum habet, neque si haberet, εἰργάσασθαι, sed εἰρξασθαι in aoristo dicendum foret. *J. F. R.*

96. Τῷ ζυγῷ] Αἴρειν ζυγὸν pro doctrina mandatisque observandis poni tradit Rev. *J. Elsner.* in *Evang. Matth.* XI. 29. ubi & haec Luciani eodem modo exponit. *J. F. R.*

Ibid. Ὁρμήσασα εἰς Ἰνδούς] Erudita & verissima haec Philosophiae historia est. *M. du S.*

97. Ἐν τῷ βίῳ] I. e. *in mundo.* *F. G.*

Ἐν

Graecis; quos faciles ad subigendum putabam, & celerrime recepturos frena, & jugo submittendos: ad Indos primum excurri, maximam orbis gentem, nec difficulter iis persuasi, ut descendentes suis ab elephantis mecum versarentur: adeo ut beata illa gens Brachmanes, qui in Nechraeorum & Oxydracarum confiniis colunt, omnes jam mihi militent, & meis ex praeceptis vivant, qua de caussa magno in honore sunt apud omnes vicinos. Hi miro quodam mortis genere moriuntur.

7. JUP. Gymnosophistas dicis. Audio enim & reliqua de illis, & hoc quoque, maximo illos rogo conscenso, urendos se praebere, neque quidquam de habitu aut posito *membrorum* mutare. Sed nihil hoc magnum: nuper enim Olympiae simile quid fieri ego vidi: credibile autem te quoque adfuisse tum, cum senex arderet. PHIL. Neque accessi, pater, Olympiam, metu sacerrimorum hominum, quos dixi, quod multos illorum viderem eo ire, uti maledicerent ibi congregatis, clamosoque suo latratu posticum templi implerent: igitur neque vidi illum, quomodo sit mortuus.

8. Post Brachmanes ergo statim in Aeεἴων ὡς ῥᾷστον ἱππεύσαντας, καὶ τάχιστα, ὡς γε ὤμην, ἐνδεξόμενον τὸ χαλινὸν οἷόν τε, καὶ ὑπαχθησόμενον τῷ ζυγῷ, ὁρμήσασα εἰς Ἰνδοὺς τοὺς πρώτους, ἔθνος μέγιστον τῶν ἐν τῷ βίῳ, καὶ χαλεπῶς ἔπεισα καταβάντας ἀπὸ τῶν ἐλεφάντων ἐμοὶ συνεῖναι· ὥστε καὶ γένος ὅλβιον οἱ Βραχμᾶνες τοῖς Νεχραίοις καὶ Ὀξυδράκαις ὅμοροι, ἅπαντες ὑπ' ἐμοὶ τάττονται, καὶ βιῶσί γε κατὰ τὰ ἡμῖν δοκοῦντα, τιμώμενοι πρὸς τῶν πλησίον ἁπάντων, καὶ ἀποθνήσκουσι πολυδόξου τινὰ τοῦ θανάτου τρόπου.

ΖΕΥΣ. Τοὺς γυμνοσοφιστὰς λέγεις. ἀκούω γοῦν τάτε ἄλλα περὶ αὐτῶν, καὶ ὅτι ἐπὶ πυρὰν μεγίστην ἀναβάντες, ἀνέχονται καιόμενοι, οὐδὲν τοῦ σχήματος ἢ τῶν καθεδρῶν ἐκτρέποντες. ἀλλ' οὐ μέγα τοῦτο· ἐναγχος γοῦν καὶ Ὀλυμπιάσι τὸ ὅμοιον ἐγὼ εἶδον γενόμενον, εἰκὸς δὲ καὶ σὲ παρεῖναι, χαμαιρούσης τότε τοῦ γέροντος. ΦΙΛ. Οὐδὲ ἀπῆλθον, ὦ πάτερ, εἰς Ὀλυμπίαν, δέει τῶν καλαράτων ἐκείνων, οὓς ἔφην, ὅτι πολλοὺς αὐτῶν ἑώρων ἀπιόντας, ὡς λοιδορήσαιντο τοῖς ξυνελευθόσι, καὶ βοῆς τὸ ὀπισθόδομον ἐμπλήσωσιν ὑλακτοῦντες, ὥστε οὐδὲ εἶδον ἐκεῖνον ὅπως ἀπέθανε.

Μετὰ γοῦν τοὺς Βραχμᾶνας, εἰς Αἰθιοπίαν

18. Τὸν ὀπισθόδομον] Ὀπισθόδομος * μέρος τῆς ἀκροπόλεως τῶν Ἀθηναίων, ἔνθα ἦν τὸ ταμεῖον ὄπισθεν τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ναοῦ, ἐν ᾧ ἀπετίθεντο τὰ χρήματα. V.

* Μέρος τῆς ἀκροπ.] Non vidit Scholiastes de Opisthodomo Olympico hic agi. Quam supine! M. du S.

Ἐν τῷ βίῳ] Conf. supra *Tim.* §. 25. *Amor.* c. 20. pr. & c. 33. *Gall.* c. 5. Et *Gesn.* ad *Icarom.* f. *Bergleriumque* ad *Alciphr.* I. p. 120. J. F. R.

1. Οἱ Βραχμᾶνες] *Steph.* περὶ πόλεων. F. G.

Ibid. Βραχμᾶνες — πυρὰν μεγίστην ἀναβάντες] Confer supra notata ad *Mort. Peregr.* c. 25. J. F. R.

Ibid. Νεχραίοις] Quaenam ista gens? Quid si Arachosios reponas? M. du S.

10. Ἡ τῶν καθεδρῶν] Καθέδρα hic ipse sedentis habitus atque situs, ut κατάκλισις supra *de morte Peregr.* c. 25. f. οὐδ' ὅσον ὀλίγον ἐτρέψαντες τῆς καλοκἀγαθίας. Etiam alias καθέδρα non ipsam sedem s. id, in quo sedetur, notat, sed sessionem, moram desidendi &c. V. G. *Thucyd.* II, 18. ἐν τοιαύτῃ ὀργῇ ὁ στρατὸς τοῦ Ἀρχιδάμου ἐν τῇ καθέδρᾳ εἶχεν, *propter moram.* Ostendit ibi *Wassius* synonymon esse καθέδραν ἐπιμονῆς, ἐπισχέσεως, ἕδρας, διατριβῆς, ἀναβολῆς, μονῆς κ. τ. λ. Neque oblivisci tur loci *Plutarchi*, Camillo p. 260. *H. Steph.* ἅτε πρὸς τῇ Καπιτωλίῳ καθέδρᾳ ἐσομένην χρονιοῦσαν. J. M. G.

18. Τὸν ὀπισθόδομον] Ne cui forte Scholiastae auctoritas imponat, non est hic sermo de illo Palladis in arce Athenarum opisthodomo, sed de postico templi Jovis Olympii, quod auditorium fuisse praeconibus, philosophis, & qui agere cum multitudine vellent, ad superiorem *de morte Peregrini* libellum satis ostensum est. Vid. ad c. 32. J. M. G.

21. Αἰθιοπίαν] Quinam ibi Philosophi memorantur? M. du S.

πίαν εὐθὺς, εἶτα εἰς Αἴγυπτον κατέβην, καὶ ξυγγενομένη τοῖς ἱερεῦσι, καὶ προφήταις αὐτῶν, καὶ τὰ θεῖα παιδεύσασα, ἐς Βαβυλῶνα ἀπῆρα, Χαλδαίους καὶ μάγους μυήσουσα, εἶτα ἐς Σκυθίαν ἐκεῖθεν, εἶτα ἐς Θρᾴκην, ἔνθα μοι Εὔμολπός τε καὶ Ὀρφεὺς συνεγενέσθην, οὓς καὶ προαποστείλασα ἐς τὴν Ἑλλάδα, τὸν μὲν, ὡς τελέσειεν αὐτὸς, τὸν Εὔμολπον (ἐμεμαθήκει γὰρ τὰ θεῖα παρ' ἐμοῦ ἅπαντα) τὸν δὲ, ὡς ἐπᾴδων προσιάζοι τῇ μουσικῇ, καὶ ᾠδὰς εὐθὺς εἰπόμην.

Καὶ τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἐλθοῦσαν, οὔτε πάνυ ἠσπάσαντο οἱ Ἕλληνες, οὔτε ὅλως ἀπέκλεισαν· κατ' ὀλίγον δὲ προσομιλοῦσα, ἑπτὰ ἐκ τῶν ἁπάντων ἑταίρους καὶ μαθητὰς προσηγαγόμην, καὶ ἄλλον ἐκ Σάμου, καὶ ἄλλον ἐξ Ἐφέσου, καὶ Ἀβδηρίτην ἄλλον, ὀλίγους πάντάπασι.

Μεθ' οὓς τὸ σοφιστῶν φῦλον οὐκ οἶδ' ὅπως μοι παρενεφύετο, οὔτε ζηλοῦν τἀμὰ ἐς βάθος, οὔτε κωμῳδῆ ἀπᾴδον, ἀλλ' οἷον τὰ Ἱπποκενταύρων γένος, σύνθετόν τι καὶ μικτὸν ἐν μέσῳ ἀλαζονείας καὶ φιλοσοφίας πλαζόμενον, οὔτε τῇ ἀγνοίᾳ τέλεον προσεχόμενον, οὔτε ἡμᾶς ἀτενέσι τοῖς ὀφθαλμοῖς καθορᾶν δυνάμενον, ἀλλ' οἷον λημῶντες ὑπὸ τῆς ἀμβλυώπιεν ἀσαφές τι, καὶ ἀμυδρὸν ἡμῶν εἴδωλον, ἢ σκιὰν ἐνίοτε ἰδόντες ἄν. οἱ δὲ ᾤοντο ἀκριβῶς πάντα καλανενοηκέναι. ὅθεν πᾶς αὐτοῖς ἡ ἀχρεῖος ἐκείνη,

thiopiam, ac deinde in Aegyptum descendi, & versata ibi cum sacerdotibus illorum ac Prophetis, cum divina eos docuissem, Babylonem perrexi, ut Chaldaeos & Magos initiarem: tum inde in Scythiam; deinde in Thracen, ubi Eumolpus & Orpheus mecum fuere. Quos etiam praemissos in Graeciam, alterum ut illos initiaret, Eumolpum, didicerat enim a me divina omnia; alterum ut canendo musices ope vim adferret *animis*, e vestigio statim consecuta sum.

9. Ac primum quidem advenientem neque vehementer amplexi sunt Graeci, neque plane excluserunt. Paullatim vero alloquio meo septem ex omnibus sodales ac discipulos mihi conciliavi, & ex Samo alium, & alium Epheso, & Abdera alium, paucos omnino.

10. Post quos Sophistarum mihi populus nescio quomodo adhaesit, neque aemulatus profunde mea placita, neque omnino ab iis abhorrens; sed, velut Hippocentaurorum genus, compositum quiddam & mistum, inter impostiuram & philosophiam medium oberrans, neque ignorantiae plane adhaerens, neque in nos defigere intentos oculos ausum; sed velut lippientes, prae hebetudine visus obscurum quoddam & evanidum nostri simulacrum aut umbram forte nonnunquam videntes. *At isti accurate* omnia se nosse arbitrabantur. Unde apud illos inutilis illa ac superflua sapientia, &

36. Ἑπτὰ ἐκ τ ἁπάντων] Τοὺς ἑπτὰ λεγομένους σοφούς, Πιτθακὸν, Βίαντα, Θάλητα, Περίανδρον, Κλεόβουλον, Χίλωνα, Σόλωνα. *V.* In altero *Vossiano* majore idem Scholion sic: Οἱ ἑπτὰ οὗτοι, Πιτθακὸς, Βίας, Θαλῆς, Περίανδρος, Κλεόβουλος, Χίλων, Σόλων.

37. Καὶ ἄλλον ἐκ Σάμου] Ἐκ Σάμου, Πυθαγόραν ἢ Μητρόδωρον. ἐξ Ἐφέσου Ἡράκλειτον. ἐξ Ἀβδήρων Δημόκριτον. ἄμφω δὲ φυσικὼ φιλοσόφω ἄκρω. *V.* In *Voss.* altero sic: Ἐκ Σάμου Πυθαγόραν. ἐξ Ἐφέσου Ἡράκλειτον. ἐξ Ἀβδήρων. [καὶ ἄλλον] Δημόκριτον.

Ibid. Ἐκ Σάμου] Πυθαγόραν. *V.* alter.

38. Ἀβδηρίτην] Ἐξ Ἀβδήρων. *G.*

48. Ἀμυδρὸν] Ἀφανὲς, σκοτεινόν. *F.*

* Ἐξ Ἀβδήρων] Hic omissum Δημόκριτον. *J. Cler.* quod in C. reperitur. Sed non vidit Editor deesse hic Ἀβδηρίτην, cujus Scholium est ἐξ Ἀβδήρων. *M. de B.*

36. Ἑταίρους & μαθ.] Honestiores discipulos ἑταίρους vocari, vid. ap. Rev. *J. Elsn.* ad *Evang. Matth.* XXVI. 50. ubi & Judae ait Servator; ἑταῖρε ἐφ' ᾧ πάρει; sed hoc in vulgus notum. *J. F. R.*

37. Καὶ ἄλλον] Ephesius ille Heraclitus est, Abderitanus Democritus, quem & Milesium quidam tradidere. V. *Diog. Laërt.* In Scholiis impressis perturbatissima haec antea erant omnia. *M. de S.*

50. Ἀν-

& ut ipsi putabant, invicta, accendebatur; comtulae illae, & dubitabiles, & inexpectatae responsiones, & exitum non habentes labyrinthisque similes responsiones.

11. Deinde prohibiri ac reprehensi a meis sodalibus, indigne ferre & adversus illos coire, ac tandem in jus cogere, & eo dare, ubi cicutam biberent. Oportebat forte tum statim fugere, nec amplius illorum ferre consuetudinem. Jam vero Antisthenes & Diogenes, & paullo post Crates, & Menippus, hi, inquam, mihi persuasere ut paullum adhuc morae quasi corollarium adjicerem: quod utinam non feciſſem! Neque enim tot deinde mala subiissem.

12. JUP. Nondum mihi dicis, Philosophia, quam injuriam passa sis, sed indignaris tantum. PHIL. Quin tu audi, Jupiter, quid sit. Impurum enim quoddam genus hominum, & plerumque servile atque mercenarium, non otiose nobiscum a pueritia inde versatum: servitutem enim serviit, aut mercede opus fecit, aut artes alias, quales cadunt in tales, didicit, cerdoniam, fabrilem, fulloniam, quae in lanis carpendis versatur, ut facilius deinde eae tractentur a feminis, sintque ad nendum & deducendum commodiores, quoties vel tramam illae torquere, vel nere licium volunt. Haec ergo isti puerili aetate meditati, neque nomen nostrum noverant. Cum vero ad virilem aetatem perveniſſent, animadversa, quae meis sodalibus a multitudine ha-

καὶ ἄπειρος σοφία, ᾗ, ὡς αὐτοὶ ἔφοντο, ἀπρόσμαχος ἀνεφλέγετο, αἱ κομψαὶ, ᾗ ἄπορα, ᾗ ἄτοπα ἀποκρίσεις, καὶ δυσέξοδοι, ᾗ λαβυρινθώδεις ἐρωτήσεις.

Εἶτα κωλυόμενοι, καὶ ἐλεγχόμενοι πρὸς τῶν ἑταίρων τῶν ἐμῶν, ἠγανάκτουν, καὶ συνίσταντο ἐπ' αὐτοὺς, καὶ τέλος, δικαστηρίοις ὑπῆγον, ᾗ παρεδίδοσαν στομύσιν τῇ κωνείῳ. ἐχρῆν μὲν ἴσως τότε φυγεῖν εὐθὺς, ᾗ μηκέτι ἀνέχεσθαι τὴν συνουσίαν αὐτῶν. νῦν δὲ Ἀντισθένης με, ᾗ Διογένης, ᾗ μικρὸν Κράτης, ᾗ Μένιππος, οὗτοι ἔπεισαν ὀλίγον ὑπομεῖναι τὸ μοῖρα· ὡς μὴ πολὺ [a] ὄφελον· ᾗ γὰρ ἂν τοσαῦτα ἐπεπόνθειν ὕστερον.

ΖΕΥΣ. Οὐδέπω μοι λέγεις, ὦ Φιλοσοφία, τίνα ἠδίκησαι, ἀλλὰ ἀγαναχτεῖς μόνον. ΦΙΛ. Καὶ μὴν ἄκουε, ὦ Ζεῦ, ἡλίκα ἐστί· μιαρόν γέ τι φῦλον ἀνθρώπων, ᾗ ὡς τὸ πολὺ δουλικὸν, ᾗ θητικὸν, ᾗ ξυγγενόμενον ἡμῖν ἐκ παίδων ὑπ' ἀσχολίας· ἐδούλευε γὰρ, ἢ ἐθήτευεν, ἢ ἄλλας τέχνας, οἵας εἰκὸς τοὺς τοιούτους, ἐμάνθανε, σκυτεύειν, ἢ τεκταίνειν, ἢ ναυτιᾶς ἔχειν, ἢ ἔρια ξαίνειν, ὡς εὐεργὰ εἴη ταῖς γυναιξὶ, ᾗ εὐμήρυλα, ᾗ καλαγάγοιλο εὐμαρῶς, ὁπότε ἢ κρόκην ἐκεῖναι τρέφοιεν, ἢ μίτον κλώθοιεν. τοιαῦτα τοίνυν ἐν παισὶ μελετῶντες, οὐδὲ ὄνομα τὸ ἡμέτερον ἤδεσαν. ἐπεὶ δὲ εἰς ἄνδρας τελεῖν ἤρξαντο, ᾗ κατεῖδον τὴν αἰδῶ, ὅση παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐστι τοῖς ἑταίροις τοῖς ἐμοῖς,

[a] Ὄφελον] Sic esse in omnib. Edd. addit Solan.

53. Ἀπρόσμαχος] Ἀκαταγώνιστος. V.

50. Ἀν. οἱ δὲ] Sic forte legendum: ὃ σκιὸν ἰδίοτι ἰδιῶται, ἔστ' ἂν ἀκριβῶς. &c. vid. Codd. vett. F.G.

Ἀν. οἱ δὲ] Nihil varietatis in vett. libris invenio, nec desidero. οἱ δὲ enim non semel sic πλειονάζει vel ἐπανόδῳ inservit. Vid. T. 2. Asin. c. 30. sub init. ὁ δὲ ἰδὼν κατῆλθεν. Et Hermot. c. 28. vs. 72. ὃς δέον — καλαπεξῶσαι, ὁ δὲ τὴν μάρυλον ἔτριβε. Herodian. 2. c. 8. f. (Νίγερ) ἠμέλει· τοῖς τε Ἰλλυριοῖς στρατεύμασι δέον ἐπιφοιτῆσαι — ὁ δὲ ἰδὼν τῶν περιοίκων τι ἀφεστὸς ἐδίδυ. J.F.R.

64. Ὄφελον] Ὄφελον Th. Mag. Nosterque ὡς ὄφελον Amor. c. 41. Et alii ubivis, item Homer. frequentissime, prima correpta, sive potestate interjectionis, sive augmento verbi ὀφείλω abjecto dicas, perinde erit; sed quia re vera est aor. 2. verbi ὀφείλω, nihil prohibet ἄφελον etiam scribere, & ita Stephan. T. 2. p. 1560. ex Demosth. παθόντων, ἃ μὴ ποτ' ἄφελον, aliaque ita scripta exhibet. Quare in vulgato Luciani nihil mutassim. J.F.R.

77. Ἐκεῖναι τρέφοιεν] Filer de la trame au rouet. F.G.

ἐμοῖς, καὶ ὡς ἀνέχονται οἱ ἄνθρωποι τὴν παρρησίαν τὴν αὐτῶν, καὶ χαίρουσι θεραπευόμενοι, καὶ συμβουλεύουσι πειθονται, καὶ ὑποτιμώντων ὑποπτήσσουσι, ταῦτα πάντα τυραννίδα καὶ μικρὰν ἡγοῦντο εἶναι.

Τὸ μὲν δὴ μανθάνειν ὅσα τῇ τοιαύτῃ προαιρέσει πρόσφορα, μακρὸν ἦν· μᾶλλον δὲ κομιδῇ ἀδύνατον. αἱ τέχναι δὲ γλίχραι, καὶ σὺν πόνῳ, καὶ μόγις ἱκανὰ παρέχειν ἐδύναντο. ἐνίοις δὲ καὶ ἡ δουλεία βαρὺ, καὶ ὥσπερ ἔστιν, ἀφόρητον ἐφαίνετο. ἐδόξεν οὖν σκοπουμένοις, τὴν ὑστάτην ἀγκύραν, ἣν ἱερὰν οἱ ναυτιλλόμενοι φασὶ, καθιέναι· καὶ ὅπου τὴν βελτίστην ἀπόνοιαν [a] ὁρμίσαντες, ἔτι τε καὶ τόλμαν, καὶ ἀμαθίαν, καὶ ἀναισχυντίαν προσκαλέσαντες, αἵπερ αὐτοῖς μάλιστα συναγωνίζονται, καὶ λοιδορίας καινὰς ἐκμελετήσαντες, ὡς πρόχειροι εἶεν, καὶ ἀνὰ στόμα ταύτας μόνας ξυμβολὰς ἔχοντες. ὁρᾷς ὁποῖα πρὸς φιλοσοφίαν ἐφόδια; σχηματίζουσι, καὶ μελαχοσμοῦσιν [b] αὐτὸς εὖ μάλα εἰκότως, καὶ πρὸς ἐμὲ οἷόν τι ἀμέλει ὁ Αἴσωπός φησι ποιῆσαι τὸν ἐν τῇ Κύμῃ ὄνον, ὃς λεοντῇ περιβαλλόμενος, καὶ τραχὺ ὀγκώμενος, ἠξίου λέων καὶ αὐτὸς εἶναι, καί που τινὲς οἱ ἦσαν ἴσως οἱ πιστεύοντες αὐτῷ.

Τὰ δ' ἡμέτερα πάνυ ῥᾷστα, ὡς οἶδα, καὶ εἰς μίμησιν πρόχειρα (τὰ προφανῆ λέγω) καὶ ὃ πολλῆς τῆς πραγματείας δεῖ τριβώνιον περιβαλέσθαι, καὶ πήραν ἐξαρτήσασθαι, καὶ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχειν, καὶ βοᾶν, μᾶλλον δὲ ὀγκᾶσθαι, ἢ ὑλακτεῖν, καὶ λοιδορεῖσθαι ἅπασι. τὴν ἀσφάλειαν γὰρ αὐτοῖς τοῦ μηδὲν ὑπὸ τούτῳ παθεῖν, ἡ πρὸς τὸ σχῆμα αἰδὼς

betur, reverentia, & ut sustinent homines illorum in dicendo fiduciam, & curari se gaudent, & consulentibus obsequuntur, & reprehendentibus timide concedunt, regnum non parvum arbitrabantur esse haec omnia.

13. Ac discere quaecumque huic instituto vitae conveniunt, longum fuerit, aut potius plane illis negatum est. Artes parcae, & cum labore, & vix tamen vel sic praestare quod satis esset, poterant. Quibusdam etiam grave servitutis onus, &, ut est, intolerabile visum. Considerantibus ergo placuit ultimam ancoram, quam sacram appellant nautae, demittere: firmantesque *navim* in praeclara illa amentia; advocatis insuper audacia, insciti, atque impudentia, quae maxime hoc illis certamen adjuvant; novisque excogitatis conviciis, ut praesto statim & in ore sint: has ergo symbolas solas cum habeant, (viden' qualia ad philosophiam viatica?) figuram sumunt ornatumque decentem, mihique quam simillimum: nimirum quale quid fecisse ait Aesopus illum Cumis asinum, qui leonina circumposita asperum rudens, leo & ipse esse postulabat. Ac forte erant alicubi, qui fidem illi haberent.

14. Nostra vero facilia omnino, ut nosti, & ad imitandum expedita; de manifestis illis dico: nec multum negotii *est palliolo* amiciri, & peram gestare suspensam, & clavam in manu habere, & clamare, vel rudere potius aut latrare, & maledicere omnibus. Quippe securitatem illis nihil ob eam rem patiendi ipsa habitus praestitura vi-

a Ὁρμίσαντες] Ex emendatione *Gesneri*. Ὁρμήσαντες vulgo. b Αὐτοὺς] Αὐτοὺς Edd. priores.

88. Πρόσφορα] Πρόσφορα, χρήσιμα, οἰκεῖα, ἁρμόδια, ἐπιτήδεια. V.

Πρόσχορα] Πρέφορα bis Edita, emendavit *Solan* non addens anne idem error in V.

89. Γλίχραι] Ταπειναί. V.

89. Τέχναι δὲ γλίχραι] l. c. *tenues, jejunae, egenae.* F.G.

93. Ἀγκύραν ἱερὰν] Proverb. de quo in *Jove Tragoedo.* J.B.

96. Ἀμα-

videbatur reverentia : porro in promtu eſt invito etiam domino libertas, qui ſi aſſerere audeat, fuſti percutiatur. Cibus autem non jam tenuis, neque ut ante nuda puls; opſonium non ſalſamentum aut thymus; ſed carnes omnis generis, & vinum quodque ſuaviſſimum; & aurum a quocumque voluerint. Nempe tributum quoddam crebro acceſſu ſuo colligunt; vel, ut ipſi loquuntur, tondent oviculas, daturosque ſperant plures, vel habitus pudore, vel metu ne male audiant.

παρέξειν ἔμελλεν. ἡ ἐλευθερία δὲ πρόχειρος, ᶜ ἄκοντος τοῦ δεσπότου, κἂν εἰ βέλοιτο ἀπάγειν, παλαχθησομένῳ τῷ ξύλῳ. καὶ τὰ ἄλφιτα οὐκ ἔτ' ὀλίγα, οὐδὲ ὡς πρὸ τοῦ μάζα ψιλή. τὸ δὲ ὀψώνιον, οὐ τάριχος, ἢ σῦμον, ἀλλὰ κρέα παντοδαπά, καὶ οἶνος, οἷος ἥδιστος, καὶ χρυσίον παρ' ὅτου ἂν ἐθέλωσι· δασμολογοῦσι γὰρ ὀλίγοι τινὲς, ἢ, ὡς αὐτοί φασιν, ἀποκείρουσι τὰ πρόβατα, δώσειν τε πολλοὺς οἴονται, ἢ αἰδοῖ τοῦ σχήματος, ἢ δέει τοῦ μὴ ἀκοῦσαι κακῶς.

15. Nam illud quoque obſervarunt, opinor, ſe aequo faſtigio ſtaturos cum his, qui recte philoſophantur. Neque enim quisquam erit, qui judicet iſta vel diſcernat, modo externa ſint ſimilia. Neque enim omnino illud probationis genus admittunt, ſi quis illos ſic placide & ſenſim interroget: ſed clamant ſtatim, & ad arcem ſuam, convicia, confugiunt, & expediunt fuſtem: ac, ſi opera illorum requiras, multa *in ore eſt* doctrina; ſin ex doctrina illos judicare velis, vitam te conſiderare poſtulant.

Καὶ γὰρ αὖ κἀκεῖνο ἑώρων, οἶμαι, ὡς ἐξίσου καλαστήσονται τοῖς ὀρθῶς φιλοσοφοῦσιν. οὐδέ τις ὁ δικάσων, ἢ διακρινῶν τὰ τοιαῦτα, ἔσται, ἢν μόνον τὰ ἔξω ᾖ ὅμοια. οὐ γὰρ οὐδὲ τὸ ἔλεγχον δέχονται, ἢν ἔρηταί τις αὐτοὺς κοσμίως, καὶ χαμαί, ἀλλ' εὐθὺς βοῶσι, καὶ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν τὸ ἑαυτῶν ἀναφεύγουσι τὴν λοιδορίαν, καὶ πρόχειρον τὸ ξύλον. καὶ ἢν μὲν τὰ ἔργα ζητῇς, οἱ λόγοι πολλοί· ἢν δὲ ἀπὸ τῶν λόγων κρίνειν ἐθέλοις, τὸν βίον ἀξιοῦσι σκοπεῖν.

16. Itaque plena fraudibus iſtis civitas, illorum praeſertim, qui Diogeni ſe & Antiſtheni, & Crateti adſcriptos, ſub Canis illius ſignis militare ajunt: qui quod utile ineſt in natura canum, ut cautionem illam, illam domus cuſtodiam, dominorum illum amorem, memoriam, nullo modo imitantur; latratum vero, & ligurritionem, & rapacitatem, & Venerem crebram, & adu-

Τοιγαροῦν ἐμπέπλησται πᾶσα ἡ πόλις τοιαύτης ῥαδιουργίας, καὶ μάλιστα τῶν Διογένη, καὶ Ἀντισθένη, καὶ Κράτητα ὑπογραφομένων, καὶ ἀπὸ τοῦ κυνὸς ταττομένων, ᵈ οἱ τὸ μὲν χρήσιμον ὁπόσον ἔνεστι τῇ φύσει τῶν κυνῶν, ᵉ οἷον τὸ φυλακτικὸν, ἢ τὸ οἰκουρικὸν, ἢ τὸ φιλοδέσποτον, ἢ μνημονικὸν, οὐδαμῶς ἐζηλώκασιν· ὑλακὴν δὲ καὶ ᶠ λιχνείαν, καὶ ἁρπαγὴν, καὶ Ἀφροδίσια συχνὰ, καὶ

ᵉ Ἄκοντος] Et ſic *Fl.* cum cett. ᵈ Οἱ] Recte L. *S. Amſt.* Ceterae ἢ male. ᵉ Οἷον] Recepi ex *Fl. S.* & *Amſt.* pro οὗ quod in *P. H. Ald.* &c. erat. In L. ἤ. ᶠ Λιχνείαν] Ita dedit *Solan.* Λιχνίαν Edd. hac priores.

96. Ἀμαθίαν] Vid. ſupra Πρτ. c. 15. *L. K.*

3. Αὐτοὺς οὖ ωάλαι] Lege αὐτούς. *F. G.*

4. Καὶ πρὸς ἐμὲ] Intellige ποιοῦσι. *F. G.*

5. Τὸν — τὸ Κύμη ὄνον] Vid. ſupra Ἀναβ. c. 32. ubi eandem fabulam tangit, uti & Ἀποφρ. c. 3. *M. du S.*

40. Ἐμπεπλησται — ῥαδιυργ.] *Th. Ma.* v. Ῥαδιυργὸς haec adferens, πᾶσα omittit, (ſaltem in Ed. *Blankardi*) qui hinc emendandus, ſi quid opus. *J. F. R.*

44. Οἱ — οἷον] L. οἱ illud habet, quod recte a *S.* erat pro vulgato ἢ reſtitutum. Οἷον quod ſequitur, ex *Fl.* eſt, quod etiam recte habet *S* cum ante eam editionem omnes, excepta *Fl.* οὗ haberent. *M. du S.*

47. Λιχνίαν] Sic ſcribi ſatius eſt, quam in omnibus impreſſis antea erat, λιχνίαν. *M. du S.*

καὶ κολακείαν, καὶ τὸ σαίνειν τ' ἀδόντα, καὶ περὶ τραπέζας ἔχειν, ταῦτα ἀκριβῶς ἐκπεπονήκασιν.

lationem, & illa verſus dantem blandimenta, & menſarum affectationem, haec omnia ad unguem exprimere laborant.

Ὄψει τοίνυν μικρὸν οἷα ἔσται. οἱ γὰρ ἐκ τ' ἐργαστηρίων ἅπαντες ἀναπηδήσαντες, ἐρήμους τὰς τέχνας ἐάσουσιν, ὅταν ὁρῶσιν σφᾶς μὲν πονοῦντας, καὶ κάμνοντας, ἑωθεν εἰς ἑσπέραν ὑπεκυφότας τοῖς ἔργοις, καὶ μόγις ἀποζῶντας ἐκ τ' τοιαύτης μισθαρνίας· ἄρχοντας δὲ καὶ γόητας ἀνθρώπους, ἐν ἅπασιν ἀφθόνοις βιοῦντας, αἰτοῦντας μὲν τυραννικῶς, λαμβάνοντας δὲ προχείρως, ἀγανακτοῦντας δὲ, εἰ μὴ λάβοιεν, οὐκ ἐπαινοῦντας δὲ, εὖ' εἰ λάβοιεν. ταῦτα ὁ δὴ Κρόνου βίος δοκεῖ αὐτοῖς, καὶ ἀτεχνῶς τὸ μέλι αὐτὸ ἐς τὰ στόμαλα ἐρεῖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

17. Videbis ergo paullo poſt quid futurum ſit. Exſilientes enim de officinis univerſi deſertas relinquent artes, ubi videbunt, ſe quidem, opus cum faciant & laborent a mane inde ad veſperam, operibus intenti ſuis, vix tamen ſibi victum ex illa mercenaria ratione parare: otioſos autem homines atque impoſtores in omnium rerum affluentia vivere, cum petant quaſi tyranni eſſent, promte accipiant, ſi nihil ferant, indignentur, non laudent, etiamſi acceperint. Haec vita, qualis ſub Saturno fuit, illis videtur, & caelitus in ora mel influere.

Καὶ ἦν ἂν δεινὸν τὸ πρᾶγμα ἦν, εἰ τοιοῦτοι ὄντες, μηδὲν ἐς ἡμᾶς ἄλλο ἐξύβριζον. οἱ δὲ μάλα σεμνοὶ καὶ [b] σκυθρωποὶ τὰ ἔξω, καὶ τὰ δημόσια φαινόμενοι, ἢν παιδὸς ὡραίου ἢ γυναικὸς λάβωσι καλῆς, ἢ ἐλπίσωσι σιωπᾶν ἄξιον, οἷα ποιοῦσιν. ἔνιοι δὲ καὶ ξένων τ' σφετέρων γυναῖκας ἀπάγουσι μοιχεύσοντες, καὶ τ' Ἰλιέα ἐκεῖνον νεανίσκον, ὡς φιλοσοφοῖεν δὴ καὶ αὐταί. εἶτα κοινὰς ταύτας ἅπασι τοῖς ξυνοῦσι προθέμενοι, Πλάτωνός τι δόγμα οἷον ποιεῖν, οὐκ εἰδότες ὅπως ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος ἠξίου κοινὰς ἡγεῖσθαι τὰς γυναῖκας.

18. Ac minus in ea re mali eſſet, ſi tales cum ſint, nulla nos alia contumelia afficerent. At iſti, vehementer graves & triſtes quantum ad externa & publica qui videantur, ſi puerum formoſum, aut mulierem pulchram vel nanciſcantur, vel ſperent, quid faciant, ſilere melius eſt. Quidam etiam ſuorum hoſpitum mulieres abducunt corrumpendas adulterio, ut Trojanus ille juvenis, nimirum ut ipſae etiam philoſophentur: tum communes illas omnibus ſuis familiaribus proſtituunt, Platonis quoddam ſe placitum perficere rati, ignari quo ſenſu divinus ille communes eſſe mulieres voluerit.

Ἃ μὲν γὰρ ἐν τοῖς συμποσίοις δρῶσι, καὶ ἃ μεθύσκον, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν. καὶ ταῦτα ποιοῦσι, πῶς οἴει καλῆγορεῖντες αὐτοὶ

19. Quae quidem faciant in conviviis, & quomodo per ebrietatem ſe gerant, commemorare longum fuerit. Et haec faciunt, quid putas? accuſantes ipſi ebrietatem, & adul-

a Ἀφθόνοις] Ex emend. *Fab.* & *Solan.* Ἀφθόνως Edd. b Σκυθρωποὶ] Σκυθρωποὶ *F.* male.

72. Ἐκεῖνον νεανίσκον] Τὸν Πάριδα. *G.*

59. Ἀφθόνοις] Sic jam emendare juſſerat ad Περ. c. 16. *T. Faber* quod in omnibus hic reperitur ἀφθόνως. *M. du S.*

Ἀφθόνοις] Peregr. c. 16. οὐ ἅπασιν ἀφθόνοις ἦν. *F. F. R.*

63. Τὸ μέλι αὐτὸ ἐς τὰ στόμαλα ἐρεῖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ] A Chriſtiano Judaeove ſcriptum dicas, qui de Manna cogitaverit. *Mellis* quidem *rivos fontesve* apud hunc (ut Κρον. N°. 7.) & alios legimus; ſed hiſce ſimilia nullibi. *M. du S.*

75. Πλάτωνός τι δόγμα] *Plat.* Πολ. V. p. 459. E. *M. du S.*

85. Γναθωνίδου — Στρυθίας] Inſignium aſſentatorum nomina. *F. G.*

1. Χρυσίον μὲ &c.] Μίμησις. *F. G.*

5. Οὐκ

adulterium, & lasciviam, & avaritiam. Nihil enim ita adversum alteri alterum invenies, ut sunt sermones illorum & facta. Verbi gratia adulationi se inimicos ajunt, cum adulationis caussa Gnathonidem, aut Struthiam superare possint: veracitatem commendantes aliis, nec movere linguam queant ipsi sine mendacio. Voluptas inimica omnibus in sermone, hostis Epicurus: re vera autem faciunt propter illam omnia. Acuta bilis, querelae de rebus minutis, proclivitas ad irascendum, supra parvulos infantes. Quare risum praebent non mediocrem spectantibus, cum a quacumque caussa exarsit illis bilis, luridus pallor apparet in facie, cum totum quiddam & furiosum vident, & spuma, vel veneno potius plenum os habent.

20. Nolis tu ibi esse, cum impurum illud coenum effunditur! *Aurum*, inquiunt, *aut argentum, Mebercules, nec possidere digner; obulus mihi sufficit, unde lupinos emam; potum enim fons praebebit aut fluvius.* Paullo post non obulos petunt, aut drachmas paucas, sed totas divitias. Quis ergo mercator tantum e navium commeatu affluat divitiis, quantum hisce ad quaestum Philosophia confert? Deinde ubi quantum satis est collegerint, & viaticum sibi paraverint, abjecto illo infelici palliolo, agros interdum & vestimenta mollia emunt, & pueros comatos, & totos vicos, longum

μέθης, ἢ μοιχείας, ἢ λαγνείας, ἢ φιλαργυρίας; οὐδὲν γὰρ ἔστιν εὕροις ἄλλο ἄλλῳ ἐναντίον, ὡς τοὺς λόγους αὐτῶν ἢ τὰ ἔργα· εἴον, χολαικείαν μισεῖν φασι, χολαικείας ἕνεκα τὸν Γναθωνίδην ἢ τὸν Στρουθίαν ὑπερβαλέσθαι δυνάμενοι. ἀληθεύειν τοὺς ἄλλους προτρέπουσιν· οὐκ ἂν οὐδὲ κινῆσαι τὴν γλῶτταν μὴ μὴ ἐν τῷ ψεύσασθαι δύναιντο. πάντα ἐχθρὸν τῷ λόγῳ, ἢ ὁ Ἐπίκουρος πολέμιος, ἔργῳ δὲ διὰ ταύτην ἅπαντα πράττουσι. τὸ δ' ὀξύχολον, καὶ μικραίτιον, καὶ πρὸς ὀργὴν ῥᾴδιον, ὑπὲρ τὰ βρεφύλλια τὰ νεογνά. γέλωτα γὰρ οὐ μικρὸν παρέχουσι τοῖς θεωμένοις, ὁπόταν ὑπό τινος τυχὸν αἰτίας ὀπίζωσι μὲν αὐτοῖς ἡ χολή, πελιδνοὶ δὲ τὴν χροιὰν βλέπωσι, ἰταμόν τι καὶ ἀφόρητον δεδορκότες, καὶ ἀφρῷ, μᾶλλον δὲ ἰῷ μεμιαμμένον αὐτοῖς ἢ τὸ στόμα.

Μὴ σύ γε ἐκεῖθι τύχοις, ὅτε ὁ μιαρὸς ἐκεῖνος ἐκχεῖται βόρβορος. χρυσίον μέν, ἢ ἀργύριον, Ἡράκλεις, οὐδὲ κεκτῆσθαι ἄξιόν, ὀβολὸς ἱκανός, ὃς θέρμης πριάμενος. ποτὸν γάρ, ἢ κρήνη ἢ πόλαμὸς παρέξει. καὶ μετ' ὀλίγων αὐτῶν οὐκ ὀβολούς, οὐδὲ δραχμὰς ὀλίγας, ἀλλὰ πλούτους ὅλους. ὥστε τις ἔμπορος τοσοῦτον ἀπὸ τοῦ φόρτου πλῆσαι ἂν, ὅσον τούτοις φιλοσοφία εἰς χρηματισμὸν συντελεῖ; εἶτ' ἐπειδὰν ἱκανῶς συλλέξωσι, καὶ θησαυρίσωσι, ἀποῤῥίψαντες ἐκεῖνο τὸ δύστηνον τριβώνιον, ἀγροὺς ἐνίοτε καὶ οἰκήτας καὶ μαλακὰ ἐπιβάλλα, καὶ παῖδας κομήτας, καὶ συνοικίας ὅλας, μακρὰ χαί-

gow

a Καὶ] Omissum in *Ald. Y. H. Fr. B1. S.* Adest in *Fl. P.* d Πλήσειεν] Πλουτίσειεν *Pell.*

85. Τὸν Γναθωνίδην] Καλέσαντ οἱ ἀξιοχρεῖς ἄλλοι ἔτοι. *V.*
96. Ἰταμὸν] Ἀναίσχυντον. *V.*

8. Εἰς χρηματισμὸν] Εἰς τὸν τῶ χρημάτων συλλογὴν. χρηματίζεσθαι, χρήματα συλλέγειν. *V.*

5. Οὐκ ὀβολοὺς — ἀλλὰ πλούτους] Sic apud *Hesiod. lib.* 2. ἢ ἴμοι ὀνείδεα τοῖσιδ' ἔπειτ' οὐκ ἀπάλυξις, ἀλλ' ἄρα τί σ' ἔβλαπτεν αἰτήσας. *J. B.*
6. Ἀλλὰ πλούτους] Plurale πλοῦτοι frequentius occurrit, quam initio putaram ad *Hermot. c.* 9. Sed conf. ad *Icarom. c.* 4. ubi plura dedi. Adde *Diod. Sic. V. c.* 20. πλούτους μεγάλους ἥρωσιν. *J. F. R.*
7. Πλήσειεν] Corrupta vox, pro qua forte reponendum πλουτῆσαι, vel pro τοσοῦτον, legendum τὸν ναῦν. *M. du S.*
Πλήσειεν ἄν] Πλουτίσειεν legend. videtur. *F. G.* Parum abest quia sic edam. Sed quia & Scholiast. vulgatam habet, & aliquis inest sensus, contextum immutare non sustinui. *J. F. R.*
13. Συνοικίας] *Vicos.* *F. G.*

20. Πολ-

ρειν Φράσαντες τῇ πήρᾳ τῇ Κράτητος, καὶ τῷ τρίβωνι τοῦ Ἀντισθένους, καὶ τῷ πίθῳ τοῦ Διογένους.

valere jussa Cratetis pera, & Antisthenis pallio, dolioque Diogenis.

Οἱ ἰδιῶται δὲ ταῦτα ὁρῶντες, καταπτύουσιν ἤδη Φιλοσοφίας, καὶ ἅπαντας εἶναι τοιούτους οἴονται, καμὲ τῆς διδασκαλίας αἰτιῶνται. ὥστε πολλοῦ ἤδη τοῦ χρόνου, ἀδύνατόν μοι γεγένηται καὶν ἕνα τινὰ προσαγαγέσθαι αὐτῇ. ἀλλὰ τὸ τῆς Πηνελόπης ἐκεῖνο πάσχω. ὁπόσον γοῦν δὴ ἐγὼ ἐξυφαίνω, [a] τοῦτο ἐν ἀκαρεῖ αὖθις ἀναλύεται. ἡ Ἀμαθία δὲ, καὶ ἡ Ἀδικία, ἐπιγελῶσιν, ὁρῶσαι ἀνεξέργαστον ἡμῖν τὸ ἔργον, καὶ ἀνήνυτον πόνον.

21. Vulgus vero ista cum videt, despuunt jam Philosophiam, & omnes ex eo genere esse arbitrantur, & me disciplinae istius nomine accusant. Igitur diu jam est, cum ne unum quidem istorum potui allicere, sed illud mihi Penelopes *consilium* usu venit. Quantumcumque ego texo, illud momento temporis rursum resolvitur, ridentibus Inscitia atque Iniquitate, cum videant, opus nostrum non procedere, nihil proficere laborem.

ΖΕΥΣ. Οἷα, ὦ θεοί, πέπονθεν ἡμῖν ἡ Φιλοσοφία πρὸς τῶν καλαράτων ἐκείνων; ὥστε ὥρα σκοπεῖν ὅ, τι καὶ πρακτέον, ἢ ὅπως αὐτοὺς [b] μεταδοτέον. ὁ μὲν γοῦν κεραυνὸς ἀπάγει μιᾷ πληγῇ, καὶ ὁ θάνατος ταχύς. ΑΠΟΛ. Ἐγώ τοι, ὦ πάτερ, ἐπιθήσομαι, μισῶ γοῦν κἀγὼ αὐτοὺς ἤδη τοὺς ἀλαζόνας, ἀμύστους ὄντας, ὑπὲρ τῶν Μουσῶν ἀγανακτῶ. κεραυνῷ μὲν γοῦν, ἢ τῇ σῇ δεξιᾷ, εὐδαμῶς ἐκεῖνοι ἄξιοι· τὸν Ἑρμῆν δὲ, εἰ δοκεῖ, αὐτοκράτορα τῆς κολάσεως καταπέμψωμεν ἐπ' αὐτούς. ὃς ἅτε δὴ περὶ λόγους ἔχων καὶ αὐτὸς, τάχιστα εἴσεται τούς τε ὀρθῶς φιλοσοφοῦντας, καὶ τοὺς μή. εἶτα τοὺς μὲν ἐπαινέσεται, ὡς τὸ εἰκός· οἱ δὲ κολασθήσονται, ὅπως ἂν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ δοκεῖ.

22. JUP. Quantum, o Dii, malorum perpessa nobis est a sacerrimis illis mortalibus Philosophia! Itaque videndum, quid facto sit opus, aut quomodo isti tractandi sint. Fulmen enim uno ictu educit *e vita*, mors ista celeris. APOL. Ego tibi, Pater, subjiciam. Odi enim & ipse jam istos impostores, Musarum vicem indignatus, a quibus aversi sunt. Fulmine aut tua dextra minime digni sunt. Sed Mercurium, si placet, arbitrum poenae in illos demittamus, qui ut in doctrinae studiis ipse quoque versatus, celerrime tum recte philosophantes agnoscet, tum minus: deinde illos quidem prout merentur, laudabit; hi vero, ut pro temporis ratione illi videbitur, punientur.

ΖΕΥΣ. Εὖ λέγεις, ὦ Ἄπολλον, ἀλλὰ καὶ σὺ, ὦ Ἡράκλεις, ἅμα καὶ τὴν Φιλοσοφίαν αὐτῷ ἔχοντες, ἄπιτε ὡς τάχιστα εἰς τὸν βίον. τρισκαιδέκατον γὰρ ἆθλον οἴεσθε

23. JUP. Bene mones, Apollo. Sed tu quoque, Hercules, assumta ipsa Philosophia, quam celerrime ad homines abite: tertium enim decimum te puta hunc laborem

[a] Τοῦτο] Et sic esse in *Fl.* adlevit *Solan.* [b] Μεταδοτέον] Et hoc ita *Fl. Fr.* &c.

30. [*] Μετελευσέον] *G.* Κολασέον. Τιμωρητέον. *V.*

37. Αὐτοκράτορα] Βασιλέα. *V.*

[*] Μετελευσέον] Ita ex *G.* restituit *Solano* cum in *V.* esset Κολασέον] quasi sic foret in Luciano.

20. Πολλοῦ] Subaudi χρόνου. *F. G.*

22. Τὸν τῆς Πηνελ.] *Homer.* Od. B. 94. *M. du S.*

23. Ὁπόσον γοῦν δὴ ἐγὼ ἐξυφαίνω· τοῦτο ἐν ἀκαρεῖ αὖθις ἀναλύεται] Opinor Lucianum scripsisse τοσοῦτο. ratio clara est. *J. J.*

42. Παρὰ — δοκεῖ] Displicet utrumque; nam &

rem perfecturum, exſtirpandis impuris adeo atque impudentibus beſtiis. HERC. Sane malim ego, Pater, Augiae fimum expurgare denuo, quam hiſce implicari. Abeamus tamen. PHIL. Invita equidem *eo*: ſequendum tamen, prout Parenti noſtro viſum eſt.

24. MERC. Deſcendamus, ut paucos certe obteramus hodie. Quo vero eundum eſt, Philoſophia? Tu enim, ubi ſint, noſti. Aut potius, in Graecia illos eſſe, manifeſtum eſt. PHIL. Nequaquam: aut oppido paucos, qui recte philoſophantur, Mercuri. Iſti vero, *quos quaerimus*, nihil Attica paupertate opus habent, ſed ubi auri multum & argenti effoditur, ibi nobis quaerendi ſunt. MERC. Recta igitur pergendum in Thraciam. HERC. Bene mones, & viae ego dux vobis ero. Novi enim Thracum omnia, qui ſaepe *eam regionem* obierim: & hac jam ingrediamur. MERC. Qua dicis?

25. HERC. Videtis, Hercules & Philoſophia, duos montes maximos omnium montium & pulcherrimos? (Haemus eſt major, alter ex adverſo eſt Rhodope) camposque infra patentes fertiliſſimos, a radicibus utrinque incipientes: & colles aliquot, tres quidem pulcherrimos, aſſurgentes, non deformes aſperitate, tanquam plures ſubjectae urbis arces. Et jam ipſa urbs apparet. MERC. Maxima per Jovem, mi Hercules, & pulcherrima omnium. E longinquo igitur jam pulchritudo illius exſplendeſcit. Et fluvius aliquis praeterfluit maximus, plane moenibus illius alludens. (Gr. *in cute eam tangens.*) HERC. Hebrus hic eſt:

83. Ἰσοδαιτοι καθεζῶτες] Syntaxis quartum caſum poſtulat. Rectius itaque Mſ. ἰσοδαίτῳ καθεζῶτες, ὡς ἂν μηδὲ τ συνδιαιτητὴν αὐτὸν αἰτιάσασθαί τι. *eodem cibo illum excipientes, ut convictor nihil poſſit accuſare. J. G. G.*

Ἰσοδιαιτητὰς — συνδιαιτητὴν] In impreſſis omnibus legebatur ἰσοδαιτοι. Mſ. *Graevii* ἰσοδαίτῳ quod ad veram ſcripturam manu ducit, quam nos in textum recepimus. Munus Saturnaliorum proprium fuiſſe exiſtimo. Vide nos ad ultima verba N°. 32. Monendus autem Lector hic eſt, me, dum novum videor ſenſum voci συνδιαιτητὴς affingere, verum tantum antiquumque ei aſſerere. Ubi enim usquam oſtendas Δφιστητὴν de alio dictum quam de *Arbitro*? Quod miror fugiſſe hactenus & Lexicographos & virum ſummum *Graevium*, qui hic cum vulgo erravit. Ultima vox in G. *S.* & *A.* exſtat; in reliquis συνδαίτῳ prave legitur. *M. du S.*

94. Ὡς ἐνοῦν θάτερον, ἢ μὴ διδόντα ἐχθρὸν εἶναι πάντως ἔδει, ἢ πάντα προϊεμένους, αὐτίκα μάλα πένεσθαι, καὶ τ αἰτούντων ἑ αὐτὸν εἶναι] Vitioſiſſima oratio. Emenda ocyus προϊέμενον, quod fere ne indicio quidem, nedum probatione apud intelligentes indiget. Queruntur divites de pauperum inſolentia, & animo nullis, quan-

satis esset bibissent, vel formosi pueri, dum poculum praebet, manum stringebant, vel pellicem aut conjugem adeo tentare audebant. Deinde ubi vomitu opplevere triclinium, postridie maledictis nos perstringunt; quam sitierint, quam famis convictores fuerint, enarrant. Et si haec mentiri contra eos videamur, vestri illius parasiti recordare, Ixionis, qui communi dignatus mensa, dignationem aequalem vobis habens, ebrius cum esset, Junonis pudorem tentavit vir fortis.

39. Haec sunt & talia, quibus inducti decrevimus in posterum nostrae securitatis caussa, non amplius accessum illis in nostras domus praebere. Si vero te arbitro ac vindice spondeant, moderata se, uti nunc ajunt, petituros, neque contumelioſum quidquam admissuros in conviviis, in communionem veniunto, quod bene vertat, nobiscum epulantor. Etiam de vestibus, ut imperas, mittemus, ac de auro etiam, quantum aequum fuerit, insuper impendemus. Atque in universum nulla in parte deficiemus. Verum ipsi quoque ex arte nobiscum agere desinunto, pro adulatoribus & parasitis amici sunto. Nos quidem, si & isti facere officium voluerint, nulla in re accusabis.

πλείω τῆ ἱκανῆ πίωσιν, ἢ παιδὸς ὡραίης, μείζω ἀναδύντω τὸ ἔκπωμα, ἔνυξαν ἢ χεῖρα, ἢ παλλακὴν, ἢ γαμετὴν γυναικὶ ἐπεχείρησαν· εἶτα καλεμέσαντες τῆ συμποσίη, ἐς ὑστεραίαν λοιδορῆν ἡμῖν κατελθόντες, ὡς ἐδίψησαν, καὶ ὡς λιμῷ συνῆσαν διηγέμφμοι. καὶ εἴ σοι ταῦτα καταψευδεῖς αὐτῶν δοκεῦμεν, τὰ ὑμέτερον παράσιτον ἀναμνήσθητι, τὸν Ἰξίονα· ὃς ἀξιωθεὶς κοινῆς τραπέζης, ἀξίωμα ἴσον ἔχων ὑμῖν, τῆ Ἥρα μεθυσθεὶς ἐπεχείρει ὁ γενναῖος.

Ταῦτά θ' ἕτερα τὰ τοιαῦτα, ὑφ' ὧν ἡμεῖς ἐβουλευσάμεθα πρὸς τὸ λοιπὸν, ἀσφαλείας τὰ ἡμετέρας ἕνεκεν, μηκέτι ἐπίβαλον ποιεῖν αὐτοῖς τὰ οἰκίαν. εἰ δὲ ἐπὶ σῆ συνθοῖντο, μερίων δέησας, ὥσπερ νῦν φασι, μηδὲν δὲ ὑβριστικὸν ἐν τοῖς συμποσίοις ἐργάσας, κοινωνεόντων ἡμῖν καὶ συνδειπνεόντων τύχη ἀγαθῆ. καὶ τὰ ἱματίων, ὡς σὺ κελεύεις, πέμψομεν, καὶ τῆ χρυσίη ὁπόσον οἷόν τε, καὶ προσδαπανήσομεν, καὶ ὅλως οὐδὲν ἐλλείψομεν· καὶ αὐτοὶ δὲ ἀφέμφμοι τῆ τέχνη ὁμιλεῖν ἡμῖν, φίλοι ἀντὶ κολάκων καὶ παρασίτων ἔσωσαν, ὡς ἡμᾶς γε οὐδὲν ἂν αἰτιάσαιο, καὶ κείνων τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθελόντων.

e Συνθοῦντο] Συνθοῦτο Fl. f Ἐργάσωνται] Sic Fl. Ἐργάσασθαι cett.

quantiscumque beneficiis & donis contento. *Adeo*, inquiunt, *ut alterutrum fieri necesse sit, vel ut non damus omnino sit inimicus, vel ut omnia largiens, sive profundens, brevi plane pauper sit, & ipse unus mendicantium.* J.J.

6. Καταλθόντες] Rarior vocis usus, nondum puto satis observatus Lexicis. Ponitur hic quidem, puto etiam alias, ut καθικνεῖσθαι, ut κατατρέχειν, ut Latinum *invehi*, &c. J.M.G.

Καταλθόντες] Καταλέγοντες legendum videtur. F.G. Non video mutandi necessitatem. J.F.R.

13. Ἰφ' ὧν] Ἐφ' οἷς forsan. F.G.

18. Ἐργάσασθαι] Scribe ἐργάσεσθαι. F.G.

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ, Η ΛΑΠΙΘΑΙ.

CONVIVIUM, SEU LAPITHAE.

ΦΙΛΩΝ ΚΑΙ ΛΥΚΙΝΟΣ.

PHILON ET LUCIANUS.

Φ Ι Λ.

P H I L.

Ποικίλην, ὦ Λυκῖνε, διατριβὴν φασι γεγενῆσθαι ὑμῖν χθὲς ἐν Ἀρισταινέτου δεῖπνον, καί τινας [a] φιλοσόφους λόγους εἰρῆσθαι, καὶ ἔριν οὐ [b] σμικρὰν συστῆναι ἐπ' αὐτοῖς· εἰ δὲ μὴ ἐψεύδετο Χαρῖνος, καὶ ἄχρι [c] τραυμάτων προχωρῆσαι τὸ πρᾶγμα, καὶ τέλος αἵματι διαλυθῆναι τὴν συνουσίαν. ΛΥΚ. Καὶ πόθεν, ὦ φίλων, ἠπίστασο Χαρῖνος ταῦτα; οὐ γὰρ συνεδείπνησε μεθ' ἡμῶν. ΦΙΛ. Διονίκου, ἔφη, τοῦ ἰατροῦ ἀκοῦσαι. Διόνικος δὲ, καὶ αὐτὸς, οἶμαι, τῶν συνδείπνων ἦν. ΛΥΚ. Καὶ μάλα. οὐ μὴν ἐξ ἀρχῆς γε οὐδ' αὐτὸς ἅπασι παρεγένετο, ἀλλὰ ὀψὲ μεσούσης [d] κεδὸν ἤδη τῆς μάχης, ὑπέρη ὀλίγον πρὸ τῶν τραυμάτων. ὥστε

VAria vos ratione tempus fefelliſſe ajunt heri in coena apud Ariſtaenetum, & philoſophos quosdam ſermones habitos, & contentionem non parvam ſuper iis ortam, ac, ſi non mentitus eſt Charinus, ad vulnera usque rem proceſſiſſe, ac ſanguine diſſolutam diſputationem. LYC. Et unde, mi Philo, ſciebat iſte Charinus? neque enim nobiſcum coenavit. PHIL. E Dionico ſe dicebat audiſſe Medico. Fuit autem, puto, ipſe inter convivas Dionicus. LYC. Omnino; neque tamen ab initio inde omnibus ipſe quoque interfuit; ſed ſero, media fere jam pugna, paullo ante vulnera ipſe ſupervenit. Itaque miror, ſi

[a] Φιλοσόφους λόγους] Λόγους φιλοσόφους B. Cod. ſive O. [b] Σμικρὰν] Sic Edd. Μικρὰν B. [c] Τραυμάτων] Πραγμάτων male B. [d] Κεδὸν] Deeſt in B.

ΣΥΜΠ. Η ΑΑΠ.] Συμπόσιον ἢ Λαπίθαι ἐπιγέγραπται. * ἀφωμοίωται γὰρ τοῖς περὶ τὰ γάμια τοῦ Πειριθόου † τετιλεσμένοις· κακεῖ γὰρ οἱ Κένταυροι μισθωθέντες, εἶτα παῖς τῶν Λαπιθῶν γυναιξὶν ὑβριστικῶς ἐπιθέμενοι, μέχρι τραυμάτων καὶ φόνου προέκρηναν, ἀφ' οὗ ἡ εἰς πόλεμον προῆλθεν ἔσπερα. τῶν Λαπιθῶν γάρ τις γάμους ἐπιτελῶν, ἐκάλεσέ τινας τῶν Λαπιθῶν, καὶ τινας τῶν Κενταύρων· εἰς δὲ τῶν Κενταύρων ὁ Εὐρυτίων μισθωθεὶς, τὴν νύμφην ἐκδεδεμένην βιάσασθαι. κρατήσαντες δὲ αὐτοῦ οἱ Λαπίθαι, ἀτίτιμον αὐτὸν τῷ βίῳ, καὶ τὰ ὦτα, καὶ ὦν τούτῳ σωφρονοῦσιν Λαπίθαι ‡ κατὰ τῶν Κενταύρων ὁ πόλεμος. *V.* (*Maro* in Georg. C.)

* Ἀφωμοίωται] Ita C. recte, ex quo & ſequentia reſtituta; quum in V. legeretur male, ἐφ' ὁμοίῳ γὰρ τῷ πολέμῳ τοῖς ἐπὶ τὰ γάμων. *J. F. R.*

† Τετιλεσμένοις] Τετυπμένοις. C.

‡ Κατὰ] Καὶ Κενταύροις, omiſſo πόλεμος Edita, quibus *Solanus* ita adſcripſerat: Deeſt in Impr. πολεμος. Poſterior hujus Scholii pars in C. non exſtat uno loco; ſed in fine reperitur: unde & ex V. ultima in Impreſſo manca reſtituimus.

ΣΥΜΠΟΣ.] Cave, Lector, ne ſequaris *Eraſmum* hujus Dialogi Latinum Interpretem, ſæpe enim alienus eſt ab autoris mente. *J. B.*

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ] Bene *Bergl.* ad *Alciphr.* III. Ep. 55. N°. 1. „ Eadem eſt oeconomia & inventionis ratio „ in hac Epiſtola, quae in Luciani Sympoſio. dum „ utrobique occaſione convivii Philoſophi tamquam „ indecenter ſe gerentes perſtringuntur, convenien„ tiam eandem habent haec duo nomina *Alciphronis* „ [ΑΥΤΟΚΛΗΤΟΣ ΕΤΟΙΜΑΡΙΣΤΟΣ] quorum primum „ denotat eum *qui ſe ipſum vocat*, alterum *qui prae„ dio eſt paratus*: Et Lucianeus Ἑτοιμοκλῆς, (quem „ videbis c. 21.) per alluſionem a κλητὸς dictus, cum „ alias talia ſint a κλίσις, quaſi *paratus*, *ſi vocetur*, „ ut ſatis oſtendit eod. c. 21. in epiſtola objurgatoria, „ quam ſane miſere ſcriptam miſit in convivio co„ ram omnibus legendam, quod a Convivatore prae„ teritus fuiſſet. *Alciphronis* autem haec Epiſtola to„ ta quaſi ſciagraphia eſt Lucianei Sympoſii, ubi o„ mnia quae hic intra modum coniſtunt, dilatantur

„ &

si quid satis certum dicere potuit, qui non interfuerit iis, a quibus coepta contentio in sanguinem illis exiit.

2. PHIL. Itaque, Lycine, ipse quoque Charinus, si vera audire, & ut acta sint singula, vellemus, ad te nos ire jussit: Dionicum enim ipsum dixisse, se non interfuisse omnibus; te vero, quidquid actum sit, accurate scire, & ipsos sermones memoria complexum, quippe qui non obiter talia, sed studiose audire soleas. Itaque non effugies, quin epulo nos jucundissimo excipias, mihi quidem certe nullum eo jucundius: idque eo magis, quod sobrii in pace & sine sanguine, extra teli jactum epulabimur, sive senes vinolento furore turbarint convivium, sive juvenes, inducti nempe a mero & dicere, quae minime opus erat, & facere.

3. LYC. Nimis tu, Philo, acriter a nobis petis, ut in vulgus efferamus ista & persequamur, narrandis quae per vinum at-

Θαυμάζω, εἴ τι σαφὲς εἰπεῖν ἐδύναλο, μὴ παρακολυθήσας ἐκείνοις, ἀφ' ὧν δεξαμβὴ ἐς τὸ αἷμα ἐτελεύτησεν αὐτοῖς ἡ Φιλονεικία.

ΦΙΛ. Τοιγαροῦν, ὦ Λυκῖνε, καὶ ὁ Χαρῖνος αὐτὸς, εἰ βυλοίμεθα τἀληθῆ ἀκοῦσαι, καὶ ὅπως ἐπράχθη ἕκαστα, παρὰ σὲ ἡμᾶς ἧκειν ἐκέλευε· καὶ τ' Διόνικον γὰρ αὐτὸν εἰπεῖν, ὡς αὐτὸς μὲν ὐ [c] παρεγένοιλο ἅπασι, σὲ δὲ ἀκριβῶς εἰδέναι τὰ γεγενημένα, καὶ τοὺς λόγους αὐτοὺς ἀπομνημονεῦσαι, ἅτε μὴ παρὰ ἔργοις τ τοιούτων, ἀλλ' ἐν σπουδῇ ἀκροώμενον. ὥστε οὐκ ἂν [f] φθάνοις ἑστιῶν ἡμᾶς ἡδίστην ταύτην ἑστίασιν, ἧς οὐκ οἶδ' ἄν τις ἡδίων ἔμοιγε καὶ μάλιστα ὅσῳ νήφοντες ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἀναιμωτὶ ἔξω βέλους ἑστιασόμεθα· εἴτε γέροντες [g] ἐμπαρώνησάν τι παρὰ τὸ δεῖπνον, εἴτε νέοι, εἰπεῖν τε ὅσα ἧκιστα ἐχρῆν ὑπὸ τῆ ἀκράτῳ προαχθέντες, καὶ πρᾶξαι.

ΛΥΚ. Νεανικώτερα ἡμᾶς, ὦ Φίλων, ἀξιοῖς ἐκφέρειν ταῦτα πρὸς τοὺς πολλοὺς, καὶ ἐπεξιέναι [h] διηγουμένους πράγματα, ἐν οἷς

c Παραγένοιτο] Παριγένοιτο B. f Φθάνοις] Φθάνους B. B. h Διηγουμένους] Διηγημένοις marg. A1.

g Ἐμπαρώνησαν] Sic dedit Solan. Ἐπαρώνησαν Edd. &

30. Ἔξω βέλους] Δεξιώταλα κέχρηται τούτῳ, ἀπὸ τ πολέμων ἐπὶ τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν μεταβαλών. ἐπὶ μὲν γὰρ τ πολέμων ἔξω φασὶ βέλους τοὺς ἀπόπτως τυγχάνοντας βολῆς. ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ οὐ τῇ § ἑστιάσει πόλεμος μεθύουσιν, εἶτα τακεῖ γιγνηται διηγεῖται καθ' ἡσυχίαν πρόκειται, παίζων φησὶ, ὅτι διηγοῦ ἡμῖν πρεθύμως ὑπ' ἡδονῆς ἅτε διοχλούμενος τ πεπραγμένων. ἔξω γὰρ τυγχάνομεν ὄντες τῦ χθεσινοῦ πολέμου & τ ἐκεῖ παροινίας. V,

5 Ἑστιάσει] Ἑστιάσεως male Edita, & mox διηγῶν, pro quo διηγῦ ex V. dedit M. du S.

, & valde exaggerantur, plerumque supra fidem. J.F.R.

ΦΙΛΩΝ] Idem haud dubie cui suum *de Hist. Conscr.* librum inscripserat. Vide & hujus libelli finem, ubi eodem modo quo illic, compellat. M. du S.

2. Ἀριστανίτῳ] Hujus Dialogi personae omnes verae. De hoc vide c. 5. Qui autem in Ἐτ. Δ. X. & II. memorantur Aristaeneti, fictitii esse videntur. M. du S.

Ibid. Ἐν Ἀριστανίτῳ] Scil. οἴκῳ, ut supra *Philops.* c. 38. οὐ Ἀμφιλόχῳ, & alibi frequenter. J.F.R.

9. Χαρῖνος] De hoc, cum persona Dialogi non sit, non opus est ut solliciti simus. M. du S.

10. Διονίκῳ] Vid. c. 20. M. du S.

23. Παραγένοιτο] B. παριγένοτο. Sed nihil mutandum. M. du S.

27. Οὐκ ἂν φθάνοις] I. e. *non effugies nos convivio excipere*, s. *quin convivio nos excipias*. F.G. Conf. supra *Fugit.* c. 26. J.F.R.

Ibid. Φθάνοις] Hic apprime notandum in B. seu Ox. Codice legi φθάνοις, quod hic quidem quadrare potest. Sed tritum adeo & elegans simul illud οὐκ ἂν φθάνοις, ut loco moveri minime debeat. Quamquam si infinitis aliis in locis, ubi occurrit, φθάνοις, ut hic quadraret, fateor, eo inclinaret animus, ut φθάνοις in ejus locum sufficeretur. Ratio enim nulla aut remotissima assignari potest, cur verbum φθάνω solum *necessitatem* importet, quam in ea phrasi semper designat. M. du S.

31. Ἐμπαρώνησαν] Ni viderem ejusmodi maculas tot editiones insidere, morari lectorem hisce puderet. In omnibus legebatur ἐπαρώ— in Mss. etiam B. M. du S.

35. Νεανικώτερα ἐκφέρειν] *Strenue efferre in vulgus.* F.G.

37. Ἐπεξιέναι] *Stylo persequi.* F.G.

οἶνῳ καὶ μέθῃ γενόμενα, δέον λήθην ποιήσασθαι αὐτῶν, καὶ νομίζειν ἐκεῖνα πάντα θεῦ ἔργα τῦ Διονύσυ εἶναι, ὃς οὐκ οἶδα εἴ τινα τῶν αὐτῦ ὀργίων ἀτέλεστον καὶ ἀβάκχευτον ἐᾷ εἶδεν. ὅρα δὴν μὴ κακοήθων τινῶν ἀνθρώπων ἦ τὸ ἀκριβῶς τὰ τοιαῦτα ἐξετάζειν, ἃ καλῶς [a] ἔχει ἐν τῷ συμποσίῳ καταλιπόντας ἀπαλλάττεσθαι. μισῶ γάρ, φησὶ καὶ ὁ ποιητικὸς λόγος, μνάμονα συμπόταν. καὶ οὐδὲ ὁ Διόνικος ὀρθῶς ἐποίησε πρὸς τὸ Χαρῖνον, αὐτὰ ἐξαγορεύσας, καὶ πολλὴν [b] τὴν εὐωλοχρασίαν καταπεδάσας ἀνδρῶν φιλοσόφων· ἐγὼ δὲ, ἄπαγε, οὐκ ἄν τι τοιῦτον εἴποιμι.

que ebrietatem facta sunt; cum oblivioni mandanda potius, & Dei, Bacchi, opera putanda sint omnia: qui nescio an quemquam suis orgiis non initiatum, neque operatum Bacchicis sacris, praetermittat. Vide igitur ne malignorum hominum sit accurate exquirere talia, quibus in ipso convivio relictis decet discedere. Namque *Odi*, ut habet poëticum illud verbum, *convivam memorem*. Nec bene Dionicus, quod apud Charinum ista elocutus est, & hesternae coenae reliquiis perfudit viros philosophos. Ego vero, absit ne quid dicam ejusmodi.

ΦΙΛ. Θρύπτη ταῦτα, ὦ Λυκῖνε. ἀλλ' εἴτι γε πρὸς ἐμὲ ἔτω ποιεῖν ἐχρῆν, [c] ἀκριβῶς [d] γιγνώσκων πολὺ πλέον ἐπιθυμοῦντά σε εἰπεῖν, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι· καί μοι δοκεῖς εἰς ἀπορήσειας τῶν ἀκουσομένων, καὶν πρὸς κίονά

4. PHIL. Delicias facis, Lycine. Sed apud me certe hoc agere non conveniebat, qui certo sciam, te multo malle narrare hoc mihi, quam me audire: ac videris mihi, si non habeas, qui audire velint, vel ad eo-

a Ἔχει] Ἔχειν B. b Τὴν] Omittit B. c Ἀκριβῶς] Ὃς ἀκριβῶς οἶδε B. d Γιγνώσκων] Sic B. *F.* B1. *Ald. N. Fr. S.* Γινώσκων *Fl.* Γιγνώσκοντα *P.* B2.

48. Καὶ πολλὴν τὴν εὐωλοχρασίαν] Ἡνίκα συνέπιον * ἀλλήλοις παρ' Ἀθηναίοις οἱ νέοι, ἐπὶ ἑκάστῳ κρατῆρι οἶνον ἐτίθεντο· καί τις ἐκαθεύδησε μὴ πιὼν τὸν ἴδιον κρατῆρα, πρωὶ κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς ἐξεχέετο, καὶ ἐκαλεῖτο τοῦτο εὐωλοχρασία. ἔωλον γὰρ τὸ χθεσινόν. εἴρηται δὲ ἐνταῦθα μεταφορικῶς, ἀντὶ τῦ ὕβρις. *V.*

* Ἀλλήλοις] Non adgnoscunt C.

45. Μισῶ — μν. σ.] Vid. *Plut.* 1087. f. *M. du S.*

48. Καὶ πολλὴν τὴν εὐωλοχρασίαν καταπεδάσας ἀνδρῶν φιλοσόφων] Malim Latine dicere: *& multa contumelia aspersit philosophos.* Quam cum interprete: *& pridianam hominum temulentiam divulgavit.* Vide Scholia ad hunc locum. *H. V.*

Ibid. Πολλὴν τὴν] Articulus retinendus. Amat enim Noster post adjectiva eum addere. Ita *Tox.* c. 4. πολλοὺς τοὺς ἐμπόρους. Pro *Imag.* c. 16. πολλὴν τὴν εὐμένειαν. *Asin.* c. 42. f. μικρῶν τῶν λόγων. *Alciphr.* III. 390. πολλὴν τὴν φιλανθρωπίαν. *J. F. R.*

Ibid. Εὐωλοχρασίαν] Sic *Demosth.* 152. A. *M. du S.*

53. Ἀκριβῶς γιγνώσκων] Ὑποσόλοικον Luciani styli properantis. *Th. M.*

Ὃς ἀκριβῶς οἶδε] Scripturam Mss. Ox. in textum recepimus; vulgatam enim ἀκριβῶς γιγνώσκων palam corruptam esse nemo non videt; pro qua B2. & P. reposuerunt ἀκριβῶς γιγνώσκοιμι, quod si per Codd. liceret, probarem. Quid autem *Marcilio* in mentem venerit, cur mox ἐπιθυμοῦν τὸ δὲ legeret, nemo, credo, expiscetur; neque credo quidquam mutatum voluisse, sed tantum prave exscripsisse. *M. du S.*

Ἀκριβῶς γιγνώσκων] Illud ὃς ἀκρ. οἶδε, quod *Solan.* in textum receperat, mihi glossa videtur, quae τὸ γιγνώσκων exposuit per ὃς οἶδε, ut re vera exponendum est; ac, si quid mutandum, γιγνώσκοιμι potius ex *P.* ac B2. reciperem; sed & has ex conjectura sic dedisse suspicor. Cl. *Jens.* ad *Reviv.* c. 13. f. soloecismum id vocat, exempla tamen similis constructionis adfert, atque eadem omnia, nimis severe, damnat. Nam adeo frequens est nominativi usus pro obliquo, ut id linguae genio tribuendum potius quam corrigendum sit. Et mihi hic perinde erit, absolutumne nominativum cum Grammaticis voces, an participium exponas per periphrasin, *qui scit. Diod. Sic.* 2. c. 35. pr. Ἡ τοῦων Ἰνδικὴ τετράπλευρός ἐστι τῷ σχήματι — ἡ μεγάλη καλεῖται θάλαττα, i.e. *Quantum ad Indiam* &c. Idem ib. c. 48. οἱ δὲ, ἐπισώσοντες — οὐ μὲν ἀπόλλυται. Ad priorem locum Cl. *Wessel.* duo similia addit, & ad Commentt. *Ael.* 2. 11. & *Gronov.* ad *Herodot.* 2. 66. provocans, recte ait, rem esse vulgarem; quare ex immensa copia quaedam tantum de nostro subjungemus, si forte vincatur, nihil hic in Luciano mutandum. Confer igitur praeter duo similia ὑμᾶς

— φέρε

columnam ſtatuamve cupide acceſſurus effurusque uno ſpiritu connexa inter ſe omnia. Si proinde nunc diſcedere velim, non ſinas me, nondum auditis illis abire; ſed venias, perſequaris, roges. Hic ego viciſſim faciam me delicatum apud te. Et, ſi videtur, abeamus percontatum iſta ex aliis. At tu noli dicere. LYC. Bona verba! Narrabo enim, quando ita cupidus es; ſed ne multis dicas. PHIL. Niſi plane ego Lycini ingenium oblitus ſum, ipſe tu hoc melius feceris, & occupabis dicere omnibus, ne mea opera opus ſit.

τινα, ἢ πρὸς ἀνδριάντα ἡδέως ἂν προσελθὼν, ἐχχέαι, πάντα συνείρων ἀμυχί. εἰ γῦν ἐθελήσω ἀπαλλάττεσθαι νῦν, οὐκ ἐάσεις με ἀήκοον ἀπελθεῖν, ἀλλ' [e] ἔξεις, καὶ προσκολουθήσεις, καὶ δέσῃ. κἀγὼ θρύψομαι πρός σὲ ἐν τῷ μέρει· καὶ εἴ γε δοκεῖ, ἀπίωμεν ἄλλα αὐτὰ πευσόμενοι, σὺ δὲ μὴ λέγε. ΛΥΚ. Μηδὲν πρὸς ὀργὴν, διηγήσομαι γέ, ἐπεὶ σφόδρα οὕτω προθυμῇ, ἀλλ' ὅπως μὴ πρὸς πολλοὺς ἐρεῖς. ΦΙΛ. Εἰ μὴ παντάπασιν ἐγὼ ὀπιλέλησμαι Λυκίνου, αὐτὸς σὺ ἄμεινον ποιήσεις αὐτὸ, καὶ [f] φθάσεις εἰπὼν ἅπασιν, ὥστε οὐδὲν ἐμοῦ [g] δέσῃ.

5. Sed illud mihi dic prius, Filione ſuo Zenoni Ariſtaenetus uxorem cum daret, convivio vos excepit? LYC. Non: ſed filiam ipſe Cleanthidem Eucriti foeneratoris filio collocavit, philoſophanti.

Ἀλλ' ἐκεῖνό μοι πρῶτον εἰπὲ, τῷ παιδὶ τῷ Ζήνωνι ὁ Ἀριστάινετος ἀγόμενος γυναῖκα, εἱστία ὑμᾶς; ΛΥΚ. Οὐκ, ἀλλὰ τὴν θυγατέρα ἐξεδίδου αὐτὸς τὴν Κλεανθίδα τῷ Εὐκρίτου τοῦ δανειστικοῦ τῷ φιλοσοφοῦντι. ΦΙΛ.

e Ἔξεις] Reſtitui ex *Fl.* pro ἥξεις quod erat in cett. & B. f Φθάσεις] Φθάσῃ *Fl.* g Δέσῃ] Et ſic cett. cum *Fl.*

58. Ἅμυχί] Ἄνευ τοῦ μοῦσαι, καὶ κλαῦσαι τὸ σόμα. *V.* 64. Μηδὲν πρὸς ὀργὴν] Τὸ μηδὲν πρὸς ὀργὴν, καὶ τὸ ἀλλ' ὅπως μὴ πρὸς πολλοὺς ἐρεῖς. τὰ δύο κῶλα ἐλλείπουσι τῶν αὐτοτελῶν ῥημάτων κατ' ἔθος Ἀττικόν. τὸ μὲν πρῶτον, τὸ † χοίνις ἐλλείπει. τὸ δὲ τὸ σκόπει. *V.* (ὡς πολλάκις παρεθέμεθα addunt C.).

† Σχοίνις] Σχοίνις V. neutrum recte: nam debuit dicere πευσῆς. *M. du S.*

— ἀνεχόμενοι, & Κρατίνου Ἀρχίλοχοι ad *Fugit.* c. 2. jam adlegata, (licet alia nominativi ſtructura occaſionem ibi praebente) etiam Cl. *Geſnerum* ad *Philopatr.* c. 23. Et ex Novo Foed. *Act. Apoſt.* XX. 3. Ποιήσας τε μῆνας τρεῖς — ἐγένετο γνώμης. *Apocal.* III. 12. Ὁ νικῶν, ποιήσω αὐτὸν. Et vſ. 21. Ὁ νικῶν, δώσω αὐτῷ. *Lyſ.* Or. de *Ariſtoph.* bon. p. 348. Ed. *Lond.* ἀκήκοα γὰρ ὅτι — ὅτι πολλῶν ἐψεύσθητε τὸ ἀρχαῖον, καὶ (vel οἱ) ζῶντες μὲν πλουτεῖν ἐδόκουν, λαθεῖν δὲ, πολὺ δοκοῦντες τὴν δόξαν τὴν ὑμετέραν ἐφύγον. Ibid. p. 349. Καλλίας τοίνυν ὁ Ἱππονίκου — τότε τοῦτο τοίνυν τίμημα· ἐδεῖ δυοῖν ταλάντοιν ἴσον. Duoque alia in Indice *Tayloriano.* v. *Nominativi pendentis.* Adde *Kuſt.* ad *Ariſtoph.* Plut. v. 277. ubi λαχὼν τὸ γράμμα, pro λαχόντος bene multis exemplis probat, Atticisque proprium docet; nec non *Spanh.* ad eumd. verſ. ac *Thucyd.* I. 2. p. 3. cum nota *Hudſon.* Et Cl. *Duker.* in Indice, tit. *Nominat. abſol.* *Maittairium* de Dialectt. p. 82. *Gronov.* ad Arr. Exp. Alex. I. p. 58. *Clark.* ad *Hom.* Il. B. 681. & Z. 510. Et Schol. ad *Æſchyl.* Perſ. vſ. 123. quem cum *Salmaſio* de modo Uſur. p. 715. adlegat Doctiſſ. *Abreſch*, in Animadv. ad *Æſchyl.* p. 170. Videbisque in poëtis certe locum non eſſe mutationi, nec adeo in aliis, propter copiam. *J.F.R.*

54. Πολὺ πλείον ἐπιθυμοῦντά σε ἀκοῦσαι, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι] Πολὺ πλείον ἐπιθυμοῦν τὰ σὲ ἀκοῦσαι ἢ ἐγ. ἀκ. *Terentius* Hecyra. *Quaſi non tu multo malis narrare hoc mihi, quam ego, qua percontor, ſcire*, &c. *Th. M.* Si explicatio eſt, bene: Si emendatio, male; nam particip. hic idem quod infinitiv. *Solan.* adſcripſ. *Marcil.* legere ἐπιθυμοῦν τὰ δὲ. quod unde habeat, neſcio. *J.F.R.*

60. Ἔξεις] Sic ut conjeceram. *Fl.* In reliquis eſt ἥξεις, & in O. Mſ. *M. du S.*

Ἔξεις] Quid eſt vulgatum ἥξεις, *venies?* quare lubens Florentinum ἔξεις adripui, & *retinebis* in verſione repoſui. *J.F.R.*

65. Ἀλλ' ὅπως] Pro ἀλλ' ὅρα ὅπως, &c. *F.G.* Habuimus tam crebro, ut neque explicatione, neque probatione indigeat. *J.F.R.*

69. Δέσῃ] Vides jam nihil peccatum eſſe ſupra ſic edendo, T. 2. *Icar.* c. 14. *J.F.R.*

70. Τῷ παιδὶ τῷ Ζήνωνι ὁ Ἀριστάινετος ἀγόμενος γυναῖκα] H. e. *filio Zenoni uxorem deſpondens*, non vero, *uxorem ducens*, uti habet verſio; ſignificat enim ἄγεσθαι ὑπὲρ γυναῖκα. *Uxorem deſpondere filio.* Exempla paſſim occurrunt. *H.V.*

74. Τῷ Εὐκρίτου] Τῷ Χαιρίου infra. *F.G.*

ΦΙΛ. Παγκάλῳ, νὴ Δία, μειρακίῳ, ἀπαλῷ γε μὲν ἔτι, καὶ ὑπὸ πάνυ καθ' ὥραν γάμων. ΛΥΚ. Ἀλλ' οὐκ εἶχεν ἄλλον ἐπιτηδειότερον, οἶμαι. τοῦτον οὖν κόσμιόν τε εἶναι δοκοῦντα, καὶ πρὸς Φιλοσοφίαν ὡρμημένον, ἔτι δὲ μόνον ὄντα [a] πλουσίῳ τῷ Εὐ-κρίτῳ, προείλετο νυμφίον ἐξ ἁπάντων. ΦΙΛ. Οὐ μικρὰν λέγεις αἰτίαν [b] τὸ πλουτεῖν τὸν Εὔκριτον. ἀτὰρ, [c] ὦ Λυκῖνε, τίνες οἱ δειπνοῦντες ἦσαν;

ΛΥΚ. Τοὺς μὲν ἄλλους τί ἄν σοι λέγοιμι; οἱ δὲ ἀπὸ φιλοσοφίας, καὶ λόγων, ὅσους ἐθέλεις, οἶμαι, ἀκοῦσαι μάλιστα, Ζηνόθεμις ἦν ὁ πρεσβύτης, [d] ὁ ἀπὸ τῆς στοᾶς, καὶ ξὺν αὐτῷ Δίφιλος ὁ Λαβύρινθος ἐπίκλην, διδάσκαλος ὢν ὅτου [e] τοῦ Ἀρισταίνετου υἱέος, τοῦ Ζήνωνος. τὸν δὲ ἀπὸ τοῦ περιπάτου Κλεόδημον, οἶδα τὸν γομμύλον, τὸν ἐλεγχλιχόν; ξίφος αὐτὸν οἱ μαθηταὶ καὶ κοπίδα καλοῦσιν. ἀλλὰ καὶ ὁ Ἐπικούρειος Ἕρμων παρῆν, καὶ εἰσελθόντα γε αὐτὸν, εὐθὺς ὑπεβλέποντο οἱ Στωϊκοὶ,

PHIL. Pulcherrimo ita me Jupiter! adolescentulo, sed tenero adhuc & nondum nuptiis maturo. LYC. Sed non habuit, puto, alium magis idoneum. Hunc igitur, qui & honestus esse videretur, & animum applicuisse ad Philosophiam, insuper vero unicum in domo Eucriti divitis, sponsum praeoptavit ex omnibus. PHIL. Non parvam mihi narras caussam, Eucriti divitias. Sed convivae quinam erant, Lycine?

6. LYC. Reliquos quid tibi dicam? de philosophis autem atque eruditis, quos, puto, audire cupis maxime, erat Zenothemis ille de porticu, & cum illo Diphilus cognomine Labyrinthus, Zenonis, Aristaeneti filii, magister? De Peripateticis autem Cleodemus. Nosti argutum illum & redarguendi peritum? Gladium & Falcem appellant discipuli. Verum Epicureus quoque Hermon aderat: quem statim, cum ingrederetur, torvum intuebantur Stoici atque

a Πλουσίῳ τῷ] Πλουσίου τε τῷ B. b Τὸ πλουτεῖν] Τοῦ πλουτεῖν B. sed vulgatum verum est. c Ὦ] Οὖν ὦ Fl. d Ὁ ἀπὸ] Artic. omittit B. e Τοῦ] Omittit B.

89. Ὁ Λαβύρινθος] Λαβύρινθος ἦν οἴκημα * σκολιώτατον. καὶ ἐπειδὴ σκολιὸς ἦν ἐν ταῖς ζητήσεσι, ἀφ' οὗτο † ἐπεκλήθη λαβύρινθος. V.

94. Καὶ ‡ κοπίδα καλοῦσιν] Μάχαιραν. V.

* Σκολιώτατον] Ita Solan. correxit, pro vulgato σκολιώτερον. obtemperavi, quia est melius, & mutatio exigua; licet haud addat, unde id hauserit. J.F.R.

† Ἐπεκλήθη] Ita V. recte. Ἐπεκλήθην male Edita. M. du S.

‡ Κοπίδα] Πολίδα ante editum prave.

87. Ζηνόθεμις] Eundem esse cum eo quem in *Hermotimo* non nominatum exagitavit, facile evincent utriusque avaritia & gula usquequaque similes. Confer quae c. 11. & f. 32. occurrunt cum Ἑρμ. c. 11. & 80. M. du S.

Ζηνόθεμις ἦν ὁ πρεσβύτης] *Alciphron* etiam Ep. 54. III. Senem Stoicum primo loco nominat: παρῆν ἐν οὖν τούτοις Εὐσκλῆς ὁ Στωϊκὸς, ὅτου ὁ πρεσβύτης. J.F.R.

89. Δίφιλος] Hic alibi non memoratur. M. du S.

90. Διδάσκαλος] Ordo: διδάσκαλος ὢν τοῦ Ζήνωνος υἱέος τοῦ Ἀριστοαίνετου. F.G.

Διδάσκαλος ὢν ὅτου τοῦ Ἀριστοαίνετου, υἱέος τοῦ Ζήνωνος] Ita per suas distinctiones inepte discerpunt editores in Graecis ea quae conjungenda sunt. Ergo & Benedictus *Aristeneti Zenonis filii praeceptor*. Quo quid obscurius? & quis aliter haec adspiciat, quam facientia Aristaenetum filium ac discipulum, Zenonem vero patrem? At plane haec sunt inversa. Et quanto praeclarior Erasmus, *quod esset Zenoni Aristaeneti filio praeceptor?* Id retine, & tolle ex Graecis importunum comma. J.G.

91. Ἀπὸ τοῦ περιπάτου] *Alciphr.* l. d. ὁ ἐν τῷ περιπάτῳ. J.F.R.

92. Κλεόδημος] Vid. Φιλοψ. c. 6. M. du S.

94. Κοπίδα] *Plut.* 1899, 2. docet hoc quasi cognomen jam ante de Chrysippo usurpatum, cujus statuae ab Aristocreonte inscriptus hic titulus:

Τὸν δὲ νέον Χρύσιππον Ἀριστόκριων ἀνέθηκε.
Τῶν Ἀκαδημιακῶν τραγελαφιδῶν κοπίδα.

Vide & in *Phocione* de Ulysse primus, ni fallor, usurpavit *Eur.* Hec. 134. Vide etiam nostrum Φιλοψ. c. 29. M. du S.

95. Ἕρμων] Hunc alibi non reperio, M. du S.

a. Ἰγνιῶς] Obscurus homo, M. du S. Ibid.

quę aversabantur, manifeste velut parricidam & impiatum hominem abominati. Hi Aristaeneti ipsius amici & familiares invitati ad coenam fuerant, & cum illis Grammaticus Histiaeus & Dionysodorus Rhetor.

7. Propter sponsum vero Chaeream Platonicus Ion una coenabat, illius magister, venerabilis adspectu atque augustus, ipso qui vultu multum prae se ferret honestatis: quare Canonem illum vocant vulgo, ad mentem viri semper rectam respicientes. Advenienti igitur assurgere omnes, & illum, tanquam Deum aliquem, salutare: & omnino Dei alicujus inter homines peregrinatio videbatur admirabilis illius Ionis praesentia.

8. Cum vero jam accumbendum esset, praesentibus fere omnibus, ad dextram intrantium totum illum lectum mulieres occupabant, quae non paucae aderant; & inter eas sponsa, accurate velata, circumdata mulieribus: in lecto vero januae opposito

καὶ ἀπεστρέφοντο, καὶ δῆλοι ἦσαν ὥσπερ τινὰ παλαιολοίαν καὶ ἐναγῆ μυσαττόμενοι. ἦσαν δὲ Ἀριστοινέτου αὐτῷ φίλοι, καὶ συνήθεις ὄντες, [f] παρεκέκλητο ὅτι δεῖπνον, καὶ ξὺν αὐτοῖς ὁ γραμματικὸς Ἱστιαῖος, καὶ ὁ ῥήτωρ Διονυσόδωρος.

Διὰ δὲ τὸ νυμφίον τὸ Χαιρέαν, Ἴων ὁ Πλατωνικὸς [g] συνεστιᾶτο, διδάσκαλος αὐτῷ ὤν, σεμνός τις ἰδεῖν, καὶ θεοπρεπὴς, καὶ πολὺ τὸ κόσμιον ἐπιφαίνων τῷ προσώπῳ. κανόνα γὰρ οἱ πολλοὶ ὀνομάζουσιν αὐτὸν, εἰς τὸ ὀρθότηλα τὸ γνώμης ἀποβλέποντες. καὶ ἐπεὶ παρῆλθεν, ὑπεξανίστατο πάντες αὐτῷ, καὶ ἐδεξιοῦντο ὥς τινα τῶν κρειττόνων· καὶ ὅλως, θεῖ ἐπιδημία τὸ πρᾶγμα ἦν, Ἴωνι ὁ θαυμαστὸς συμπαρών.

Δέον δὲ ἤδη κατακλίνεσθαι, ἁπάντων σχεδὸν παρόντων, ἐν δεξιᾷ μὲ εἰσιόντων αἱ γυναῖκες ὅλον τὸ κλιντῆρα ἐκεῖνον ἐπέλαβον, οὐκ ὀλίγαι οὖσαι, καὶ ἐν αὐταῖς ἡ νύμφη, πάνυ ἀκριβῶς ἐγκεκαλυμμένη, περὶ τὸ γυναικῶν περιεχομένη· ἐς δὲ [h] τὸ ἀντίθυρον

[f] Παρεκέκλητο] Παρεκέκλιτο male B. [g] Συνεστιᾶτο] Συνεστιᾶτο male B. [h] Τὸ ἀντίθυρον] Sic B. Cod. Τὸν ἀντίθυρον Edd.

98. Ἐναγῆ] Ἀκάθαρτον, μιαρόν. G.

15. Αἱ γυναῖκες] Σημειοῦ ὅτι ἐπὶ τῶν γάμων οἱ παλαιοὶ τὰς γυναῖκας ἐπὶ μιᾶς τραπέζης τοῖς ἀνδράσι συνεστίων, καὶ ἀντιπροσώπους αὐτὰς ἐκάθιζον τῶν ἀνδρῶν, ὅπερ ἐστὶ σεμνὸν § οἶμαι. V.

§ Οἶμαι] Hoc οἶμαι adjecit M. du S. non addens unde.

Ibid. Διονυσόδωρος] Hujus nomen in hoc solo opusculo video. M. du S.

10. Καὶ ἰδιοῦντο ὡς τινα τῶν κρειττόνων] Et ut *Deorum aliquem exceperunt*, non vero, ut ille verterat, *& ut quemquam ex praestantioribus salutarunt*. Οἱ κρείττονες sunt οἱ θεοὶ, ut recte *Hesych.* sic passim Graeci auctores & Lucianus noster in *Charidemo* c. 12. πῶς οἱ κρείττονες ἔχουσι περὶ τούτου. ubi itidem perperam, *qui potiores habentur*. Sequitur ibi mox ὅτου δὲ θεισπούδαστον τοῖς θεοῖς. Item in *Charidemo* 6. 15. 23. & in *Demonact* c. 11. L. BOS.

12. Ἴων] Φιλοψ. c. 6. M. du S.

16. Τὸν κλιντῆρα] *Hesych.* Κλιντῆρες. δίφροι, κλῖναι. AE. M. Idem jam habebat F. G.

19. Ἐς δὲ τὸ ἀντίθυρον] Ἀντίθυρον, ellipsis pro ἀντίθυρον τοῖχον. Ipse Lucian. supra *de Domo* (c. 26.) κατὰ δὲ τὸ μέσον τοῖχον, ὅπου τὸ ἀντίθυρον: sed ubi legendum videtur, ἄνω τὸ ἀντιθύρου: aut potius τῇ ἀντιθύρᾳ. AE. M.

Ibid. Τὸ ἀντίθυρον] Cod. Ox. uti emendare statueram. In impressis omnibus τὸν ἀν. Vid. Ἁλιξ. c. 16. M. du S.

Τὸ ἀντίθυρον] Supra Οἶκ c. 26. diximus variari in genere, dubiumque esse, τὸ ἀντίθυρον, an ἡ vel ὁ ἀντίθυρος voluerit Auctor. Et cum plerumque gignendi accusandique casu ap. alios occurrat, nihil inde conficias; nam e. c. quando *Hom.* Od. Π. 159. ait: Στῆ δὲ κατ' ἀντίθυρον κλισίης — cujus ibi generis est? *Pollux* plane omisit. Verum tamen de partibus domus agens, p. m. 49. habet analogum ἀμφίθυρον, ἢν ὁ Ὅμηρος ὀρσοθύρῃ καλεῖ, ac femin. facit, ni ἦν ad ὀρσοθύρῃ referas; & cum paullo post ὑπίθυρον & ὑπερθύριον neutro gen. etiam dicat, videtur adjectivum esse, ut recte etiam statuit *L. Bos* de ellipsi, p. 161. Sed nondum sequitur inde, necessario τοῖχον intelligi, & masc. esse; uti enim femi-

γον ἡ ἄλλη πληθὺς, ὡς ἕκαστος ἀξίας εἶχε.

Κατ' ἀντικρὺ δὲ τῶν γυναικῶν, πρῶτος ὁ Εὔκριτος, εἶτα ὁ Ἀρισταίνετος. εἶτα ἐνεδιάζετο, πότερον χρὴ πρότερον Ζηνόθεμιν τὸν Στωϊκὸν, ἅτε γέροντα, ἢ Ἕρμωνα τὸν Ἐπικούρειον, ἱερεὺς γὰρ ἦν τοῖν ἀνάκτοιν, καὶ γένους τοῦ πρώτου ἐν τῇ πόλει· ἀλλὰ ὁ Ζηνόθεμις τὴν ἀπορίαν ἔλυσεν· εἰ γάρ με, φησὶν, ὦ Ἀρισταίνετε, δεύτερον ἄξεις Ἕρμωνος, τυτθὶ τῷ ἀνδρὸς, ἵνα μηδὲν ἄλλο κακὸν εἴπω, Ἐπικούρειε, ἄπειμι, ὅλον [a] σοι τὸ συμπόσιον καταλιπών, καὶ ἅμα τὸν παῖδα ἐκάλει, καὶ ἐξιόντι ἐῴκει. καὶ ὁ Ἕρμων, Ἔχε μὲν ὦ Ζηνόθεμι τὰ πρῶτα, ἔφη, ἀτὰρ εἰ καὶ μηδέν τι ἕτερον, [b] ἱερεῖ γε ὄντι ὑπεξίστασθαι καλῶς εἶχεν, εἰ καὶ τῷ Ἐπικούρῳ [c] πάνυ καταπεφρόνηκας. ἐγέλασα, ἦδ' ὃς ὁ Ζηνόθεμις, Ἐπικούρειον ἱερέα· καὶ ἅμα λέγων κατεκλίνετο, καὶ μετ' αὐτὸν ὅμως ὁ Ἕρμων, εἶτα Κλεόδημος ὁ Περιπατητικὸς, εἶτα ὁ Ἴων, καὶ ὑπ' ἐκεῖνον ὁ συμφίλος, εἶτ' ἐγὼ, καὶ παρ' ἐμὲ ὁ Δίφιλος, καὶ ὑπ' αὐτῷ [d] ὁ Ζήνων ὁ μαθητὴς, εἶτα ὁ ῥήτωρ Διονυσόδωρος, καὶ ὁ γραμματικὸς Ἱστιαῖος.

ΦΙΛ. Βαβαὶ, ὦ Λυκῖνε, μουσεῖόν τι τὸ

20 alia multitudo, pro ſua quisque dignitate, accubuit.

9. E regione denique mulierum primus Eucritus, deinde Ariſtaenetus: deinde dubium erat, utrum prius deceret, Zenothemin Stoicum quippe ſenem, an Hermonem Epicureum? Sacerdos enim erat Caſtorum, & primi in civitate generis. Sed ſolvit dubitationem Zenothemis. Etenim, *Si me*, inquit, *poſt Hermonem duces, virum iſtum, ne quid aliud ſiniſtri dicam, Epicureum, diſcedo, ſolidum tibi relinquo convivium*: & cum dicto puerum vocat, exiturum ſe ſimulat. Et Hermon, *Habe tibi*, inquit, *locum primum Zenothemi. Verum, ſi nihil aliud, ſacerdoti certe decebat concedere, licet Epicurum omnino contemneres. Ridere lubet*, inquit Zenothemis, *ſacerdotem Epicureum!* & cum dicto accumbit, & poſt ipſum tamen Hermon; tum Cleodemus Peripateticus, deinde Ion, & ſub illo ſponſus; tum ego & juxta me Diphilus, & ſub illo Zeno diſcipulus; poſtea Dionyſodorus Rhetor, & Hiſtiaeus Grammaticus.

10. PHIL. Vah, Lycine, Muſeum quod-

a Σοι] Deeſt in *Fl.* b Ἱερεῖ γε ὄντι] Deſunt in B. c Πάνυ] Et hoc omiſit B. d Ὁ Ζήνων] Jam artic. habet B. quem Edd. omiſerant.

24. Ἐνεδιάζετο] Ἠμφισβητεῖτο. *V.*

26. Τῶν Ἀνάκτοιν] Τῶν Διοσκούρων. Ἄνακτας γὰρ ἴλεγον αὐτούς, καὶ Ἀνάκτειον τὸ ἱερὸν αὐτῶν. *V.*

minimum eſt, quando januam januae oppoſitam ſignificat, ita quando de loco januae oppoſito uſurpatur, neutrum fit, & μέρος forte intelligitur, aut τεῖχος, ut *Solan.* vult: cumque ſupra in *Alex.* c. 16. neutro gen. etiam habuerimus, nihil prohibet & hic ita dediſſe; cumque ſupra l. d. dixerim uſitatius maſculinum eſſe, id jam dictum nolem, etſi inveniri quoque maſc. gen. non nego, ut hic in vulgato; & ſicubi forte νεώς intelligatur, ut *Geſn.* exiſtimat. Neque ὁ ἀντίθυρ quod Scholiaſt. ſupra notavit, improbo; verum tum acc. foret τὴν ἀντίθυρα. Neutrum genus certe in aliis compoſitis uſitatum, ut ἀμφίθυρον, ὑπερθυρον, προθυρον, *Stephanus* indicat, de ἀντίθυρος nihil fere habet. Nec ego alia praeter jam indicata obſervavi, unde maſc. gen. confirmetur. *J. F. R.*

20. Ὡς — ἀξίας εἶχε] De πρωτοκλισίᾳ vid. *Buleng.* & *Stukkii* antiqq. conviv. atque *Olear.* ad *Philoſtr.* III. c. 27. p. 118. N°. 9. Ceterum ἀξίας genitivum eſſe uſitatum in hac phraſi, non indiget probatione. Vid. tamen ſupra *Jov. Trag.* c. 7. N°. 43. *J. F. R.*

26. Τοῖν ἀνάκτοιν] *Mauſacus* (in Harpocrat.) & *Gronovius* (ſupra ad Τιμ. c. 10.) volunt hos a Caſtore & Polluce diſtingui; ſed vid. c. 32. Unde liquere puto, eosdem hic intelligi; niſi etiam Διόσκουροι alii a Caſtore & Polluce ſtatuendi ſint. *M. du S.*

36. Τῷ Ἐπικούρῳ πάνυ] Lege Ἐπικούρῳ τῷ πάνυ. *M. V. Le*

quoddam mihi pro convivio narras, ſapientium plerorumque virorum. Laudo equidem Ariſtaenetum, qui in celebritate omnium exoptatiſſima, ſapientiſſimos accipere prae reliquis voluerit, delectis, qui uniuscujusque ſectae flos ſunt, non hinc quibusdam, reliquis non item, ſed indiſcretim omnibus. LYC. Eſt enim, ſodalis, non de vulgo divitum, ſed eruditionis amans, & majorem vitae partem verſatur cum talibus.

συμπόσιον διηγῇ σοφῶν [e] τῶν πλείστων ἀνδρῶν, καὶ ἔγωγε τὸν Ἀριστάενετον ἐπαινῶ, ὅτι τὴν εὐκταιοτάτην ἑορτὴν ἄγων, τοὺς σοφωτάτους ἐξιᾶν πρὸ τῶν ἄλλων ἠξίωσεν, ὅτιπερ τὸ κεφάλαιον ἐξ ἑκάστης αἱρέσεως ἀπανθισάμενος, οὐχὶ τοὺς μὲν, τοὺσδὲ δὲ, ἀλλ' ἀναμὶξ ἅπασιν. ΛΥΚ. Ἔστι γὰρ, ὦ ἑταῖρε, οὐχὶ τῶν πολλῶν τούτων πλουσίων, ἀλλὰ καὶ παιδείας μέλει αὐτῷ, καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου τοῖς τοιούτοις ξύνεστιν.

11. Epulabamur ergo primum placide: parata fuerant varia. Sed non opus eſt, arbitror, ea recenſeri, juſcula & panificia & condimenta: copioſe enim *aderant* omnia. Inter haec vero Cleodemus ad Ionem ſe inclinans, *Viden'*, inquit, *ſenem* (Zenothemin deſignabat; audiebam enim) *ut ingurgitat ſe pulmentariis, quam oppleta jure illius veſtis, & quantum ſtanti poſt ſe puero porrigat! dum non videri ſe putat a reliquis, immemor illorum, qui poſt ſunt? Oſtende ergo iſta etiam Lycino, ut ſit teſtis.* Ego vero nihil opus habebam oſtenſuro mihi Ione, qui multo prius illa tanquam e ſpecula videram.

Εἰστιώμεθα δὴ ἐν ἡσυχίᾳ τὸ πρῶτον, καὶ παρεσκεύαστο ποικίλα. πλὴν οὐδὲν οἶμαι χρὴ καὶ ταῦτα καταριθμεῖσθαι, χυμοὺς, καὶ πέμματα, καὶ καρυκείας· ἅπαντα γὰρ ἄφθονα. ἐν τούτῳ δὲ ὁ Κλεόδημος ἐπικύψας ἐς τὸν Ἴωνα, Ὁρᾷς, ἔφη, τὸν γέροντα (Ζηνόθεμιν λέγων, ἐπῄνουν γὰρ) ὅπως ἐμφορεῖται τῶν ὄψων, καὶ ἀναπέπλησται ζωμοῦ τὸ ἱμάτιον, καὶ ὅσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἑστῶτι ὀρέγει, λανθάνειν οἰόμενος τοὺς ἄλλους, δὲ μεμνημένος τῶν μεθ' [f] αὑτόν; δεῖξον δὴ καὶ Λυκίνῳ ταῦτα, ὡς μάρτυς εἴη. ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἐδεόμην δείξοντός μοι τοῦ Ἴωνος, πολὺ πρότερον αὐτὰ ἐκ σκοπιᾶς ἑωρακὼς.

12. Adhuc dicebat iſta Cleodemus, cum invocatus irruit Cynicus Alcidamas, commu-

Ἅμα δὲ ταῦτα ὁ Κλεόδημος εἰρήκει, καὶ [g] ἐπεισέπεσεν ὁ Κυνικὸς Ἀλκιδάμας ἄκλητος,

[e] Τῶν πλείστων ἀνδρῶν] Ἀνδρῶν τῶν πλείστων B. [f] Αὐτόν;] Ἑαυτόν B. [g] Ἐπεισίπεισεν] Sic omnes.

59. Χυμοὺς] Ζωμούς. *V.*
Ibid. Καὶ πέμματα] Πλακοῦντας. *V.* (πλακούντια. C.)
60. Καὶ καρυκείας] Ἀρτύματα. *V.*

70. Ἐκ σκοπιᾶς] Ἀπὸ ὑψηλοτέρου τόπου. *V.* (è ſpecula. C.)

V. La Croze. Lubens ita ederem, ſi in ullo libro reperirem. *J.F.R.*

42. Εἶτ' ἐγὼ] Philoſophorum uni & Rhetori antetonitur Lucianus. *M. du S.*

62. Γέροντα Ζηνόθεμιν] Similia habet *Alciphr.* III. p. 410. ubi *Bergl.* ad verba ὁ Στωϊκὸς ὑπὸ πλησμονῆς ἐρεύγεται, haec inter ſe comparat. *J.F.R.*

72. Ἐπεισέπεσεν] Malim ἐπεισέπαισεν. Vide *Suid.* v. ἐπεισπαίειν & paroemiogr. in Μανίᾳ δίδου. Vid. etiam ſupra Ἐπ. Δ. ultimo. *L.K.*

Ἐπεισέπαισεν] In omnibus libris noſtris erat ἐπεισέπεσεν; Cl. *Kuſteri* emendationem in textum recepimus. *M. du S.*

Ἐπεισέπεσεν] Cl. *Bergl.* ad *Alciphr.* III. p. 468. corrigit ἐπεισέπαισεν, quod ap. *Ariſtoph.* Plut. v. 804. recte legatur: Εἰς τὴν οἰκίαν ἐπεισπέπαικεν. Conf. omnino ſupra *Dial. Meretr.* XV. bis, nempe init. ubi ἐπεισπαίσας, & med. ubi ἐπεισέπαισαν dedimus; licet Edd. ἐπεισέπεσαν, & vid. ibi notata. Unde & hic *Berglero* ac *Solano* rurſus obtemperandum fuerat; quia perfacilis in his eſt lapſus amanuenſium, ſed propter nimia exempla quae pro —σαν a πίπτω, faciunt, ſiſto gradum, & jam fere malim nihil ſupra mutaſſe, quamquam nihil adeo peccatum, quum ἐπεισέπαισαν ſit aptiſſimum. At vid. *Epiſt. Sat.* c. 23. med. ubi & παρεισπεσοῦσα legitur, quod ex *Diod. Sic.* ibi firmo, aliaque a πίπτω compoſita, *irruendi* poteſtate ſumta, adfero. *J.F.R.*

Ibid. Ἀλκιδάμας] De hoc alibi nulla mentio fit. *M. du S.*

τ῀, ἐκεῖνο τὸ [a] κοινὸν ἐπιχαριεντισάμενο῀, ἦ Μενέλαον αὐτόματον ἥκουσα. τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς ἀναίσχυντα ἐδόκει πεποιηκέναι, καὶ ὑπέκρουον τὰ προχειρότατα· ὁ μὲν τὸ, Ἀφραίνεις Μενέλαε· ὁ δέ,

Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ,

καὶ ἄλλα πρὸς τὸ καιρὸν εὔστοχα, καὶ χαρίεντα ὑποτονθορύζοντες. ἐς μὲν τοὺτοι τὸ φανερὸν οὐδεὶς ἐτόλμα λέγειν· [b] ἐδεδοίκεσαν γὰρ τὸν Ἀλκιδάμαντα, βόην [c] ἀτεχνῶς ὄντα, καὶ κραυγαστότατον Κυνικῶν ἁπάντων, ᾧ καὶ ἀμείνων ἐδόκει, καὶ φοβερώτατο῀ ἦν ἅπασιν.

Ὁ δὲ Ἀριστάινετο῀ ἐπαινέσας αὐτὸν ἐκέλευε θρόνον τινὰ λαβόντα [e] καθίζεσθαι [f] παρὰ Ἰστιαῖόν τε καὶ Διονυσόδωρον. ὁ δέ, ἄπαγε, φησί, γυναικεῖον λέγεις, καὶ μαλθακόν, ὅτι θρόνῳ καθίζεσθαι ἢ σκίμποδο῀, ὥσπερ [g] ὑμεῖς ὅτι μαλακῆς ταύτης εὐνῆς

ni illo venuste proverbio usus, *sponte venire Menelaum*. Plerisque ergo impudenter videbatur facere, itaque quae in promtu erant maxime mussitantes subjiciebant, alius illud, *Heus Menelae, furis!* alius,

Verum Agamemnoniae menti non ista placebant,

& alia tempori illi opportuna & venusta immurmurantes. Verum aperte dicere nemo audebat: metuebant enim Alcidamantem, clamosum plane hominem & Cynicorum omnium vocalissimum: quam ob caussam etiam videbatur superior caeteris, formidabilis quidem omnibus.

13. At collaudatum Aristaenetus jussit sella capta assidere ad Histiaeum atque Dionysodorum. Ille vero, *Apage*, inquit, *muliebre quiddam jubes ac molle, in sella assidere, aut lecto, ut vos qui molli isto cubili tan-*

a Κοινὸν] Κωμικὸν B. b Ἐδεδοίκεσαν] Ita O. & *Fl.* Ἐδεδοίκεισαν Edd. cett. c Ἀτεχνῶς] Nihil mut. *Fl. J. P.* &c. Forſ. ἀγαθὸν. marg. *J.* Sed nihil eſt opus. d Κυνικῶν] Κυνῶν B. e Καθίζεσθαι] Καθίζεσθαι B. hic & mox iterum. f Παρὰ] Παρ' B. g Ὑμεῖς] Bene B. *Fl. Fr. P. H.* Ἡμεῖς *J.*

73. Ἐπιχαριεντισάμενο῀] Εὐτραπελευόμενο῀, σκώπτων. *G.*

74. Αὐτόματον] Ἀλκιδάμας αὐτόματο῀ ἦλθεν. αὐτόκλητο῀. οἱ γὰρ οἰκεῖοι ϵ γνήσιοι. ἢν δέ τις μὴ τοιοῦτο῀ * παρεισίφρᾳ σε τῷ συμποσίῳ διεβάλλετο. καθ' ἃ δηλοῖ Ἄλιξις ἐν τῷ, Ἄνθρωπο῀ εἶναι μὴ δοκεῖς Κυρηναῖο῀. καλεῖ γάρ τις ἐπὶ δεῖπνον ἵνα καλεῖ, παρεισω ὀκτωκαίδεκα ἄλλοι ϵ δεῖ· ἀριστατα ϵ συναρίδες δεκατέσσαρες. τούτους δὴ δεῖ σε τ' ἀπιτηδεια ἐμβαλεῖν. ἀλλ' ἢν κράτιστον μηδένα καλέσαι. 1148. παρ' Ὁμηρ. *Eustath.* Vide & reliqua illic. At. . . . . *G.* (Hos *Alexidis* versus emendatos a Casaubono, & suis numeris restitutos invenies ad Athen. p. 199. *M. du S.*)

77. Ἀφραίνεις] Μωραίνεις, ὦ δαφρονεῖς, ὦ δαφρονεῖς. *G.*

81. Ὑποτονθορύζοντες] † Ὑπογογγύζοντες. *V.*

82. Τὸν Ἀλκιδάμαντα βόην] Ὁ ποιητὴς ἐπὶ Μενελάῳ βοὴν τὴν μάχλῳ εἶπεν. ὁ Λεκιανὸς δὲ παρῴδησεν αὐτὸ ἀσκρεπῶς ἐπὶ τοῦ Ἀλκιδάμαντο῀, λέγων βοὴν τὴν κραυγήν. ἃ βοὴν δὲ ἐνταῦθα, ἀλλὰ βόλω, ὅ ἐστι ‡ κραυλικὸν ϵ θορυβῶδες. § ὁ ϵ λόγ῀ τ' ἐποιμήνων παρίστησιν κραυλικὸν ἐκτενέστερον. *V.*

91. Σκίμποδο῀] Κραββάτου, σκίμπου. *G.*

* Παρεισίφρᾳ σε] Lege παρεισέρρυτο. *M. du S.*

† Ὑπογογγύζοντες] Miſere antea edebatur ὑπογογγίζοντες.

‡ Κραυλικὸν] Sic edita recte. Κραυτικὸν V.

§ Ὃ] Ὃν antea lectum. Mutavit *M. du S.*

74. Μενέλαον] Αὐτόματος δ' ἀγαθός. &c. *F. G.*

Μενέλαον αὐτομ.] *Hom.* Il. B. 408. *M. du S.*

76. Ὑπέκρουον] Ὑποκρούω, i.e. citharam pulso, citharam reſponſo. epigr. hic ὑπέκρουον eſt ἀντήχουν, ἀντιφώνουν. a cithara metaphora. *F. G.*

Ὑπέκρουον] I. e. ἀντεφθέγγοντο, ἀντέλεγον. Schol. *Aristoph.* *L. K.*

Ὑπέκρουον] Singularis eſt in hoc verbo ſuavitas, quam declarabimus e *Longino* ſ. 40. Reprehendit ibi rhetor acutiſſimus numeros in oratione nimis molles & canticorum numeris ſimiles, unde hoc dicit conſequi apud auditores, ὡς ἐνίοτε προειδότας τὰς ὀφειλομένας καλλήξεις αὐτοὺς ὑποκρούειν τοῖς λέγουσι, καὶ φθάνοντας, ὡς οὐ χορῷ τινι προαποδιδόναι τὴν βάσιν. *Quas jam animo praecipiunt conſuetas oratori clauſulas, eas ipſi ſubmiſſa voce quaſi ſubjiciant ac praecant dicentibus*, &c. Sumtum credo a citharoedis, cantus formulam leni fidium pulſu ſubindicantibus. Ita cum *Homericam* formulam praetexuiſſet impudentiae ſuae Cynicus; convivae alii alios inter ſe memorare inceperunt, ſubmiſſa tamen vo-

tantum non ſupini accumbentes epulamini, ſubjecta veſte purpurea. At ego vel erecto corpore coenaverim, inambulans ſimul in coenatione; feſſus autem humi ſubjecto palliolo cubito nixus jacebo, qualem pingunt Herculem. Sic fiat, inquit Ariſtaenetus, *ſiquidem ita mavis.* Ab eo tempore per orbem circumiens Alcidamas coenabat, caſtra ſubinde, ut Scythae ſolent, ad copioſiorem paſtum transferens, & circumferentes opſonia miniſtros proſequens.

14. Verum dum paſcitur, operoſus tamen erat, qui de virtute & vitio interim diſputaret, & aurum atque argentum ſibi haberet deriſui. Interrogabat enim Ariſtaenetum, quid ſibi vellent tot ac tanti calices, cum figlinorum idem uſus eſſet? Sed eum, quum jam moleſtus eſſe inciperet, ad quietem in praeſentia redegit Ariſtaenetus,

μικρῷ δεῖν [h] ὕπτιοι καλακείμενοι, [i] ἐσθῆτι πορφυρίδας ὑποβεβλημένοι. ἐγὼ δὲ καὶ ὀρθοστάδην δειπνήσαιμι, ἐμπεριπατῶν ἅμα τῷ συμποσίῳ· εἰ δὲ καὶ [k] κάμοιμι, χαμαὶ κατακλινὴς τρίβωνα ὑποβαλλόμενος, κείσομαι ἐπ' ἀγκῶνος, οἷον τὸν Ἡρακλέα γράφουσιν. ὕτως, ἔφη, γιγνέσθω, ὁ Ἀριστάινετος, εἴ σοι ἥδιον. καὶ τὸ ἀπὸ τούτου, ἐν κύκλῳ θείων ὁ Ἀλκιδάμας, ἐδείπνει, ὥσπερ οἱ Σκύθαι πρὸς τὴν ἀφθονωτέραν νομὴν μελεξανιστάμενος, καὶ τοῖς θεραπουσι τὰ ὄψα συμπεριπομπεύων.

Καὶ μύτοι καὶ σιτούμενος ἐνεργὸς ἦν, ἀρετῆς πέρι καὶ κακίας μέλαξὺ διεξιών, καὶ ἐς τὸ χρυσὸν καὶ τὸ ἄργυρον ἀποσκώπτων. ἐρώτα γοῦν τὸν Ἀριστάινετον, τί βούλοιτο αὐτῷ αἱ τοσαῦται καὶ τηλικαῦται κύλικες, τῶν κεραμεῶν [l] ἴσα δυναμένων; ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν ἤδη διενοχλοῦντα ἔπαυσεν ἐς τὸ παρὸν Ἀριστάινετος,

h Ὕπτιοι] Deeſt in *Fl.* *i* Ἐσθῆτι] Bene ſic *Fl. Fr. P.* &c. Ἐσθῆτ' male *J.* & *V2.* *k* Κάμοιμι] Γάμοιμι male B. *l* Ἴσα] Ἴσων B. male.

voce, verſiculos, ad retundendam illius impudentiam aptos. Non erat opus, inter homines eruditos, integris uti verſibus: ſufficiebat initia indicaſſe &c. Vid. quae de vi τοῦ ὑπὸ in compoſitis diximus ad Ὀρχ. c. 16. *J.M.G.*

77. Ἀφραίνεις] *Hom.* Il. H. 109. *M. du S.*

78. Ἀλλ' σὺ — Ἀγαμ.] Iliad. A. 24. *M. du S.*

82. Ἐδιδάξασαν] Mſ. Ox. & *Fl.* recte. In reliquis ἰδιδάξασαν. *M. du S.*

Ἐδιδάξασαν] *Solan.* jota deleto ἰδιδάξασαν fecerat pro vulgato ἰδιδάξασαν. Recte; ita enim formari ſolet. Et ſic *Herodian.* VIII. 1. f. ἥλπιζον δὲ ἐ ἰδιδάξασαν. Et *Diod. Sic.* L. XIV. Et *Herodot* VII. ſub initium ſimiliter ἀναβιβάξασαν. Ita διερρώγασαν *App. Al.* p. 325. 1. Et quia Grammatici quos conſului, nihil de hac terminatione plusquamperfecti, juvat addere Noſtrum ſupra *Dial. Meretr.* XIII. p. 316. hujus Ed. καθεσπαλήγασαν, & paullo poſt ἰδιδάξασαν. Non tamen in omnibus verbis id imitarer. Sed variatur & infra, c. 28. inter ᾔδεσαν & ᾖδησαν. *J.F.R.*

Ibid. Τὸν Ἀλκιδάμαντα] Iliad. B. 408. *M. du S.*

83. Βόλω ἀτιχῶς ὄντα] Sic Impr. omnes & O. Mſ. Ego Βόην ἀγαθὸν ὄντα profectum a Luciani manu minime dubito; & ſi Mſſ. Codd. copia eſſet, ita in optimis repertum iri confido. *M. du S.*

84. Κωῶν] Ita Mſ. O. In Impr. Κυνικῶν. *M. du S.*

88. Φέρον τὸν λαβόντα] Oportet imaginari rationem triclinii veteris, quae hic pulchre deſcripta fuit. Tres magni lecti, tres κλιντῆρες, tribus coenationis lateribus paralleli illi quidem, ſed non applicati, ut a tergo liber acceſſus eſſet. Vacat plane quartum latus, in quo medio janua eſt. Sic convivae omnes & ſe invicem contueri poſſunt, & januam proſpicere: & liber eſt in illo ſpatio acceſſus miniſtratoribus, & acroamatis. Hic jam impleti ſunt tres lecti. Jubetur adferri ſella alta Cynico, qua e regione Hiſtiaei & Dionyſodori poſita, qui in tertio lecto ultimi accumbebant, ipſe quoque exaequari quodammodo convivis poſſet, & menſae ſi non accumbere uti caeteri, tamen aſſidere. *J.M.G.*

Ibid. Καθίζειν] Non opus eſt καθίζω cum B. legere. *J.F.R.*

93. Ἐσιᾶσθε] In *Ven.* utraque mendoſe hic legitur ἐσιῶσθαι. *M. du S.*

98. Οἷον τὸν Ἡρακλέα γράφουσιν] Adleverat Cl. *Hemſterh.* Ariſtid. I. p. 63. ubi hunc locum notat *Febb.* Igitur evolvi, & vidi Ariſtidis verba, p. 63. Edit. antiq. (p. 35. novae) eſſe; ὃ τοίνυν ἐπὶ πράξεσι μόνον ἐ ἀγῶσιν, ἔχοι τις Ἡρακλέους μνημονεύειν, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἐνθυμήσεσι τοῦ βίου πολλοῦ τινος ἄξιος. δηλοῖ δὲ ἐ τὰ ἀγαλματα αὐτοῦ τὰ πίνακα. Ad quae *Febb.* „ Qualia fuerint haec ſimulachra, diſcere eſt ex iis quae ſcribit Lucian. in *Sympoſ.* (h. l.) De ſcyphis Herculanis conf. *Dempſterum* in Antiqq. Rom. *J.F.R.*

νετο, τῷ παιδὶ νεύσας εὐμεγέθη σκύφον [a] ἀναδῦναι αὐτῷ, ζωρότερον ἐγχέαντα. καὶ ἐδόκει ἄριστα ἐπινενοηκέναι, οὐκ εἰδὼς ὅσων κακῶν ἀρχὴν ὁ σκύφος ἐκεῖνος ἐνεδεδώκει. λαβὼν δὲ ἅμα ὁ Ἀλκιδάμας ἐσίγησε μικρὸν, καὶ ἐς τὸ δάφος καλαβαλὼν ἑαυτὸν ἔκειτο ἡμίγυμνος, ὥσπερ ἠπειλήκει πήξας τὸ ἀγκῶνα ὀρθὸν, ἔχων ἅμα τὸ σκύφον ἐν τῇ δεξιᾷ, οἷος ὁ παρὰ τῷ Φόλῳ Ἡρακλῆς [b] ὑπὸ τῶν γραφέων δείκνυται.

quod innueret puero, uti scyphum illi daret bene magnum, infunderetque meracius. Ac videbatur sibi pulchrum quiddam excogitasse, nesciens quantorum scyphus iste malorum initium dedisset. Caeterum sumto illo tacuit paullulum Alcidamas, atque humi abjectus jacuit seminudus, ut minatus fuerat, erecto nixus cubito, tenens dextra scyphum, qualis ille apud Pholum Herculles a pictoribus ostenditur.

Ἤδη δὲ καὶ ἐς τὰς ἄλλας συνεχῶς [c] παρεισεδύετο ἡ κύλιξ, καὶ φιλοτησίαι, καὶ ὁμιλίαι, καὶ φῶτα [d] εἰσεκεκόμιστο. ἐν τοσούτῳ δ' ἐγὼ τὸ παρεστῶτα τῷ Κλεοδήμῳ παῖδα, οἰνοχόον ὄντα ὡραῖον, ἰδὼν ὑπομειδιῶντα (χρὴ γὰρ, οἶμαι, καὶ ὅσα πάρεργα τῆς ἑστιάσεως, εἰπεῖν, καὶ μάλιστα εἴτι πρὸς τὸ [e] γλαφυρώτατον ἐπράχθη) μάλα ἤδη παρεφύλαττον, [f] ὅ, τι καὶ μειδιάσειε. καὶ μικρὸν ὁ μὲ προσῆλθεν, ὡς ἀπολήψόμενος παρὰ τοῦ Κλεοδήμου τὴν φιάλην· ὁ δὲ τόν τε δάκτυλον ἀπέθλιψεν αὐτοῦ, καὶ

15. Jam vero ad alios etiam frequenter commeare calix, jam amicitiae pocula, & confabulationes, jam inferri lumina. Inter haec ego adstantem Cleodemo puerum, pocillatorem formosum, subridere videns, (oportet enim, puto, etiam, si qua praeter ipsam quasi substantiam convivii acciderunt, ea dicere, in primis si quid actum est venustius) diligenter jam observabam, quid demum rideret? Neque ita multo post ille quidem accessit velut recepturus a Cleodemo phialam. Hic vero & digitum il-

a Ἀναδῦναι] Restitui ex B. & *Coll.* Δοῦναι Edd. b Ὑπὸ] Ἀπὸ B. fruſtra. c Περισεδύετο] Περισεδῦτο *Th. Mag.* in ἀπισοδῶ. Ἐπισεδύετο *Coll.* In vulgato conspirant Edd. & B. d Εἰσεκεκόμιστο] Ἐσκεκόμιστο b. e Γλαφυρώτατον] Γλαφυρώτερον B. & *Coll.* f Ὅ, τι] Ὅτι Edd. male.

13. Σκύφον ἀναδῦναι αὐτῷ ζωρ. ἐγχ.] *G.*
21. Τῷ Φόλῳ] Φόλου ἐγένετο τὸ Κενταύρων εἰς, παρ' ᾧ ἐξενοδοχήθη Ἡρακλῆς. *V.*
23. Περισεδύετο ἡ κύλιξ] Ἐκινεῖτο, περιφέρετο. *V.* (Περιφέρετο C. prave.)
24. Φιλοτησίαι] Φιλίαι, φιλικαὶ δεξιώσεις. *G.*

* Τούτων] Omissum in Editis. Addidi ex V. C. & *G.*

25. Ἐν τοσούτῳ] Ἀντὶ τῦ μεταξὺ * τούτων, ἢ ἀντὶ τοῦ ὡς ὅτε ταῦτα ἐγίνετο. *V.* (ἐν ᾧ ταῦτα ἐγένετο. C.)
30. Γλαφυρώτερον] Ἡδιον. *G.*
31. Ὅ, τι] Οὐκ αἰτιολογικὸς σύνδεσμος τὸ ὅτι, ἀλλ' ἀναφορικὸν ἄρθρον τὸ ὅ. τὸ τί παρέλκον ἀόριστον Ἀττικῶς ἴθει. *V.*

M. du S.

13. Εὐμεγέθη σκύφον] Εὐμεγέθη κύλικα *Alciphr.* III. p. 353. ubi *Bergl.* & cetera cum Lucianeis comparat. *J. F. R.*

14. Ἀναδῦναι] Ita Cod. Mſ. Ox. & *Coll.* recte; nam proprium est in ea re vocabulum. Θ. Δ. IV. *M. du S.*

21. Ὁ παρὰ τῷ Φόλῳ Ἡρακλῆς] Fieri nequit, ut si quis *Benedicti* versionem intuens *Herculem Pholensem*, ullo modo concipere possit ea Latina facta esse ex his Græcis, qui ita eximium illum Leonardum Augustinum deduxit, ut monuimus in præfatione ejus gemmis præfixa, quod tamen tunc non advertebamus. Sola Gallia est hujus putidi commenti origo. Nam doctior *Erasmus* noster rectissime dederat, *Herculem apud Pholum*. *J. G.*

Ibid. Παρὰ τῷ Φόλῳ] Recte Scholiastes quis fuerit docet. Fabulam exhibet *Apollodorus* II. 46. B. Adde *Polyaen.* Strat. I. p. 10. quem omnino lege. *M. du S.*

22. Δεικνυται] Δείκνυμι pictorum esse, vid. C. *Hemsterh.* T. I. Somn. sive Luciani vita c. 8. *J. F. R.*

23. Περισεδύετο] Hoc verum esse, adeoque Τὸ *Mag.* emendandum, vid. supra. *Alciphr.* III. Ep. 55. p. 408. καὶ τὰ φιλοτησίας συνεχῶς περισεδυόμενα; ubi *Bergl* haec Lueiani quoque contulit. *J. F. R.*

31. Ὅτι ἐμειδίασεν] Iterum ὅ, τι scribendum, id quod requirit sensus. Recte Interpres, *quid riserit.* *J. J.*

49. Παρεστῶτα] *Praesto esse: adparere.* Ita in *Evang. Matth.* XXVI. 53. παρεστήκει μοι πλείους ἢ δώδεκα λε-

γεῶν

illius ſtrinxit, & drachmas puto duas dedit una cum phiala. Puer ad digitum quidem ſtrictum ridere denuo, ſed pecuniam, puto, non obſervavit. Illo itaque non ſumente, ſtrepitum cadentes duae drachmae dederunt, utrisque, quod aperte obſervares, erubeſcentibus. Dubitabant proximi, utrius eſſent nummi, negante puero ſibi excidiſſe, Cleodemo autem apud quem fuerat ſtrepitus, a ſe abjectos diſſimulante. Neglectum itaque hoc & praetermiſſum, quod non multi vidiſſent, praeter ſolum, ut mihi videbatur, Ariſtaenetum. Tranſtulit enim puerum paullo poſt, quem nemine ſentiente exire juberet, & Cleodemo adſtare nutu imperavit aliquem de exoletis jam & robuſtis, mulionem quendam aut equiſonem. Et hoc quidem ſic abiit magnae ſane ignominiae Cleodemo futurum, ſi prius inter omnes percrebuiſſet, neque exſtinctum ſtatim fuiſſet, dextre Ariſtaeneto vinolentam libidinem accipiente.

35 δραχμὰς δύο, οἶμαι, [g] συνανέδωκε μετὰ τῆς φιάλης· ὁ παῖς δὲ πρὸς μὲν τὸ δάκτυλον [h] ἠλιθόμυον αὖθις ἐμειδίασεν, ὑπὲρ μὲν συνοῖδεν, οἶμαι, τὸ νόμισμα, ὥστε μὴ δεξαμένου φόρον αἱ δύο δραχμαὶ παρέσχον ἐκπεσεῖσαι, καὶ ἠρυθρίασαν ἄμφω μάλα σαφῶς. ἠπόρουν δὲ οἱ πλησίον, ὅ τινος εἴη τὰ νομίσματα, τοῦ μὲ παιδὸς ἀρνουμένου μὴ ἀποβεβληκέναι, τοῦ δὲ Κλεοδήμου καθ' ὃν ὁ φόρος ἐγένετο, μὴ προσποιουμένου τὴν ἀπόρριψιν. ἠμελήθη δ' ὧν, καὶ παρῴφθη τοῦτο, ὑπ' ἄνω πολλῶν ἰδόντων, πλὴν μόνου, ὡς ἐμοὶ ἔδοξε, τοῦ Ἀριστοινέτου· μετέστησε γὰρ τὸν παῖδα μικρὸν ὕστερον ἀφανῶς ὑπεξαγαγών, καὶ τῷ Κλεοδήμῳ τινὰ ὑποστῆναι διένευσε τῶν ἐξώρων ἤδη, καὶ καρτερῶν, [i] ὀρεωκόμον τινά, ἢ ἱπποκόμον· καὶ τοῦτο μὲν οὐδέπω ὡς ἐκεχωρήκει, μεγάλης αἰσχύνης αἴτιον τῷ Κλεοδήμῳ γενόμενον, εἰ ἔφθη [k] διαφοιτήσαν εἰς ἅπαντας, [l] ἀλλὰ μὴ κατέσβη αὐτίκα, δεξιῶς πάνυ τοῦ Ἀριστοινέτου τὴν παροινίαν ἐνεγκαντος.

Ὁ

[g] Συνανέδωκε] Συνέδωκε B. [h] Ἠλιθόμυον] Ἠλιθόμυος B. [i] Ὀρεωκόμον — ἱπποκόμον] Ὀρεωκόμων — ἱπποκόμων B. [k] Διαφοιτῆσαν] Ita Edd. omnes, & ſic B. etiam, teſte *Solan.* Διαφοιτῆσαι *P.* [l] Ἀλλὰ μὴ] Ἀλλὰ μὴν *P.* ſola.

50. Ὀρεωκόμον] Τὸν ἱπποκομοῦντα τὰ ἡμίονα. *V.*

γελῶντας ἀγγέλων. Ubi Rev. *J. Elſn.* hoc Luciani aliaque addentem vide. Adde Noſtrum ſupra *Deor. Dial.* XXIV. ubi Mercurius dicitur παρεστάναι τῷ Διΐ. *J.F.R.*

50. Ὀρεωκόμον] Lege ὀρεοκόμον. *F.G.* Et ſic quoque, media brevi, *Pollux.* Alii promiſcue. *Suidas* utrumque habet; ſed ſtatuit differentiam, ὀρεοκόμον montium, & ὀρεωκόμον mulorum cuſtodem faciens, ut *Steph.* quoque notavit, quod ſi verum, vulgata Luciani ſcriptura non erit ſollicitanda. *J.F.R.*

53. Διαφοιτῆσαν] Cave cum *P.* quicquam hic mutaſſis; recte enim omnia habent, quod ſexcentis ejusmodi locis, ſi liberet, confirmare poſſem. *M. du S.*

Διαφοιτῆσαι] Etſi φθάνω fere perpetuo cum participio conſtruitur, ut *Liban.* Ep. 224. p. 208. Ἔφθη συμμείξας. Noſter *Vit. Auct.* c. 26. *Tox.* 2. *Diſſ. cum Heſ.* 8. *Fugit.* 27. tamen & cum infinito *Alciphr.* III. 3. f. & ep. 41. p. 362. Sed recte *Solanus* ait, lectionem *P.* non audiendam. *J.F.R.*

mendum non vidit doctissimus Interpres *Phil. Melanchton.* Nam quid de Pylo hic loquitur? quem numquam habuit Philippus, & qui in ultima Laconia vel Messenia situs, remotissimus fuit ab Antipatri ditione & Macedonum negotiis. Emenda igitur & repone meo periculo Πύλας. Eam emendationem firmat Demosthenes ipse in oratione de Chersonneso: κύριος δὲ Πυλῶν ἐστὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας παρόδων. Et in oratione de falsa legatione: τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὑμῶν, ὅτι τῷ Φωκίων πολέμῳ ἐστὶ τῷ κυρίους εἶναι Πυλῶν Φωκέας, ἢ τι λυπεῖ Θηβαίων ἄδικα ὑπῆρχεν ὑμῖν. Et rursus ibidem: περὶ τῶν δὲ τῶν ἐγγὺς ἐστὶ μειζόνων, λέγω δὲ Φωκίων καὶ Πυλῶν. Is locus, qui Θερμοπύλαι, & sæpius Πύλαι dicebatur, erat Græciæ porta & aditus, & numquam potuisset Philippus Phocenses evertere, nisi potitus fuisset illis angustiis. Ideo sæpissime Demosthenes in suis Philippicis de iis facit mentionem, ad quod respicit hoc loco Antipater, quem loquentem inducit Lucianus. *J. P. a G.*

7. Οὐ Φωκέας, καὶ Πύλον ἔχομεν] Sic quidem etiam Mss. Sed *Palmerius* vidit scribendum esse Πύλας, verissime. Sic clare Florentina, ut nihil dubii imposterum sit relictum editoribus ad veram lectionem restituendam. *J. G. G.*

8. Πύλας] Ita Ed. *Fl.* uti *Palmerius* emendare jusserat; in reliquis enim Πύλον legitur. Quod autem *Palmerius* in erudita illa nota ait, haec ab Antipatro dici, inde est, quod exemplaria sua secutus non vidit a Philippo dici: cum tamen vel ipsa orationis series ostendat, haec ab Antipatro, ut sibi ab aliquo dicta. Ut mirer viro sagacissimo nihil hic subolusse, unde verum erueret. *M. du S.*

16. Ἀπὸ τῶν θεάτρων] Longe aliter de eo Cl. *Potterus* p. 154. *M. du S.*

20. Χρόνου] Subaudi ἀξίῳ. *F. G.*

Ibid. Πρὸς τὴν δραχμὴν] Drachma, τὸ συνηγορικὸν h. e. pretium oratori solutum, quoties vel in privata causa vel in publica adesset. Triobolum τὸ δικανικὸν s. merces judicis. Vid. *Spanh.* ad *Aristoph.* Plut. v. 329. *J. M. G.*

τριώβολον τὸ τῆ πόλεως ἀξίωμα, πάλαι [a]τούτους καλακεκλιμένους εἰς τοὺς προγόνους ἐπανάγων, καὶ τῆ ζήλου τῆ Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι καλειργασμένων, συνίστησι δ' ὅτι συμμαχίας, καὶ συντάξεις Ἑλληνικάς. τοῦτον δὲ λαθεῖν ὅσον, ἢ φενακίσαι, ἢ πρίασθαι δ' ἂν μᾶλλον, ἢ τὸν Ἀριστείδην ἐκεῖνον ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἐπρίατο.

Τοῦτον οὖν, ὦ Ἀντίπατρε, χρὴ δεδιέναι μᾶλλον, ἢ πάσας τριήρεις, καὶ πάντας ἀποστόλους. ὁ γὰρ Ἀθηναίοις τοῖς πάλαι Θεμιστοκλῆς, καὶ Περικλῆς ἐγένετο, [b]τοῦτο τοῖς νῦν ὁ Δημοσθένης, ἐφάμιλλον Θεμιστοκλεῖ μὲν τὴν σύνεσιν, Περικλεῖ δὲ τὸ φρόνημα. ἐκτήσατο γῆν αὐτοῖς ἀκτέον, Εὔβοιαν, Μέγαρα, τὰ περὶ τὸν Ἑλλήσποντον, τὴν Βοιωτίαν. Καὶ καλῶς γε, ἔφη, ποιοῦσιν Ἀθηναῖοι, Χάρητα μὲν καὶ Διοπείθην, καὶ Πρόξενον, καὶ τοιούτους τινὰς ἀποδεικνύντες στρατηγεῖν, Δημοσθένην δὲ εἴσω κατέχοντες ὅπου τοῦ βήματος. ὡς εἰ τοῦτον τὸν ἄνθρωπον ὅπλων ἀπέφηναν καὶ νεῶν, καὶ στρατοπέδων, καὶ χωρῶν, καὶ χρημάτων κύριον, ὀκνῶ, μὴ περὶ τῆς Μακεδονίας ἂν κατέστησέ μοι τὸν λόγον, ὃς καὶ νῦν ἀπὸ ψηφισμάτων ἀνταγωνιζόμενος ἡμῖν, πανταχοῦ συμπεριτρέχει, καταλαμβάνει, πόρους εὑρίσκει, δύναμιν

„ bolum civitatis dignitatem excitat: hosque olim inclinatos ad majores ſuos revocat, atque ad æmulationem eorum quae Marathone ac Salamine geſta ſunt: mutuique auxilii foedera, & conventiones inter Graecos conſtituit. Hunc celare non eſt, non decipere, non emere, non magis quam Ariſtidem illum Perſarum rex emere potuit.

37. „ Hunc ergo, Antipater, magis eſt quod timeamus, quam triremes omnes & claſſes. Quod enim antiquis illis Athenienſibus Themiſtocles fuerunt & Pericles, his nunc Demoſthenes eſt prudentiae nomine comparandus cum Themiſtocle, cum Pericle autem ob ſenſum in republica. Dicto igitur audientes illis praeſtitit Euboeam, Megara, quae circa Helleſpontum ſunt, Boeotiam. Et praeclare *e re mea* faciunt Athenienſes, cum Chareta & Diopithen, & Proxenum, & horum ſimiles quosdam imperatores conſtituunt, Demoſthenem vero domi in tribunali retinent. Quod ſi hunc hominem armorum faciant & navium, & exercituum, & temporum, & pecuniarum dominum; vereor, ne de ipſa me Macedonia in diſceptationem vocet: qui vel ſic ſuis me decretis oppugnet, circumquaque concurrat, deprehendat, reditus

[a] Τούτους] Τούτοις *Fl.* [b] Τοῦτο τοῖς] Ex emendatione *Solan.* & *Jenſii.* Τούτοις Edd. antea male.

Ibid. Δραχμὴν ἢ τὸ τριώβολον] An τοὺς δικαστικοὺς μισθούς; F.G. Quidni? De triobolo autem judicum mercede jam ter quater alibi mentio facta. Vide modo *Bis Accuſ.* c. 15. J.F.R.

22. Τούτους καλακεκλ.] Τοὺς Ἀθηναίους πολίτας. F.G.

23. Τῶν Μαραθῶνι] Ἐν Μαραθῶνι. F.G. Si ἐν tantum ſubaudiri voluit, bene. ſi addi, fruſtra. Quando quidem μάχη, vel aliud ſubſtantivum additur, dubium non eſt, quin ἐν adjungatur, ut *Thucyd.* I. 18. ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη. Et 2. 34. Τοὺς ἐν Μαραθῶνι. *Aeſchin.* contra Cteſiph. p. m. 301. A. ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη γέγραπται. *Demoſth.* de Claſſ. p. m. 76. A. οἱ ἐν Μαραθῶνι τῶν προγόνων. Noſter c. ult. f. hujus Dial. τῶν ἐν Μαραθῶνι πεπτωκότων. Ibid. paullo ante, τοὺς ἐν Μαραθ. πεσπ. At quando abeſt ejusmodi ſubſtant. omitti etiam poteſt praepoſitio, *Lyſ.* Orat. de *Ariſtoph.* bonis, fin. ἐπίστασθε Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας. *L. Bos* de Ellipſ. p. m. 281. ex *Ariſtoph.* Acharn. Μαραθῶν ἥκων. Adderem *Homer.* Il. E. 137. ubi ἀγρῷ quoque pro ἐν ἀγρῷ, aliaque quae in promptu habeo, ſi neceſſitas poſtularet. J.F.R.

Ibid. Μαραθῶνι ἢ Σαλαμῖνι] Tum alias, tum nusquam fortius, quam eo loco, quem etiam *Longinus* laudat ſ. 16. nempe *de Corona* c. 60. ubi jurat, Οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς τεταγμένους, καὶ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας, καὶ τοὺς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, καὶ πολλοὺς ἑτέρους τοὺς ἐν τοῖς δημοσίοις μνήμασι κειμένους ἀγαθοὺς ἄνδρας κ. τ. λ. J.M.G.

31. Ἀποστόλους] I. e. duces claſſis. F.G.

Ibid. Ὁ γὰρ Ἀθηναίοις τοῖς πάλαι Θεμιστοκλῆς, καὶ Περικλῆς ἐγένετο, τούτοις νῦν ὁ Δημοσθένης, ἐφάμιλλον Θεμιστοκλεῖ μὲν τὴν σύνεσιν, Περικλεῖ δὲ τὸ φρόνημα] Perſpicuum eſt, legendum τοῦτο. *Quod priſcis Athenienſibus Themi-*

„ ditus inveniat, copias contrahat, * am-
„ pliſſimas claſſes dimittat, copias in aciem
„ mittat, huc illuc tranſiens obſiſtat.

38. Talia & tum & ſaepe alias ad me Philippus de viro dicebat, inter fortunae munera illud referens, quod exercitum non duceret Demoſthenes: cujus quidem etiam conciones, tamquam arietes quidam & catapultae ab Athenis inde ruentes ſua convellerent diſturbarentque conſilia. Nam de Chaeronea neque poſt victoriam commemorare apud nos deſiit, in quantum nos periculum vir ille adduxiſſet. „ Etſi enim
„ praeter ſpem & vitio ducum, & militum immodeſtia, & nec opinata fortunae
„ inclinatione, quae in multis ſaepe perfi-
„ ciendis nos adjuvit, vicimus; tamen
„ uno illo die & imperii & vitae adeo in
„ periculo me conſtituit, conductis in
„ unum praeſtantiſſimis civitatibus, Grae-
„ cis copiis omnibus collectis; Athenien-
„ ſibus ſimul & Thebanis Boeotiisque re-
„ liquis, & Corinthiis Euboënſibusque,
„ & Megarenſibus, & praeſtantiſſimis
„ Graeciae, in periculi ſocietatem coactis,
„ meque ad interiora Atticae penetrare
„ prohibito.

39. Tales habebat ille perpetuo de Demoſthene ſermones: & his qui dicerent,

συλλέγει. [c] ὁ δὲ Φίλιππος τόλμης ἀποπέμπει, συντάττει δυνάμεις, ἀντιμεθίσταται.

Τοιαῦτα μὲν τότε καὶ πολλάκις πρός με Φίλιππος περὶ τἀνδρὸς ἔλεγεν, ἐν τοῖς παρὰ τὴν τύχης χρηστῶν τιθέμενος, τὸ μὴ στρατηγεῖν τὸν Δημοσθένην. ὅτε καὶ τοὺς λόγους ὥσπερ κριοὺς ἢ καταπέλτας Ἀθήνηθεν ὁρμωμένους, ἀφεῖσθαι αὐτοῦ καὶ καταράττειν τὰ βουλεύματα. περὶ μὲν γὰρ Χαιρωνείας, οὐδὲ μετὰ τὴν νίκην ἐπαύετο πρὸς ἡμᾶς λέγων, εἰς ὅσον ἄνθρωπος ἡμᾶς κινδύνου κατέστησε. μὴ γὰρ εἰ παρ' ἐλπίδα, καὶ κακίᾳ στρατηγῶν, καὶ στρατιωτῶν ἀταξίᾳ, καὶ τῇ παραδόξῳ ῥοπῇ τῆς τύχης, τῇ πολλὰ πολλάκις ἡμῖν συνειργασμένῃ, κεκρατήκαμεν, ἀλλ' ἐπὶ μιᾶς γε ταύτης ἡμέρας, περὶ τε τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς ψυχῆς κίνδυνον ἐπέστησέ μοι, τὰς ἀρίστας πόλεις εἰς ἓν συναγαγὼν, καὶ πᾶσαν τὴν Ἑλληνικὴν δύναμιν ἀθροίσας, [d] Ἀθηναίοις ἅμα καὶ Θηβαίοις, Βοιωτούς τε τοὺς ἄλλους, καὶ Κορινθίους, Εὐβοέας τε, καὶ Μεγαρέας, καὶ τὰ κράτιστα τῆς Ἑλλάδος ἀφικινδυνεύειν καταναγκάσας, καὶ μηδ' ἐῶσα με τὸν Ἀττικῆς ὑπερβῆναι παρελθεῖν.

Τοιοῦτοί τινες ἦσαν αὐτῷ συνεχεῖς περὶ Δημοσθένους οἱ λόγοι. καὶ πρόσαγε τοὺς λέγον-

[c] Ὁ δὲ] Ὧδε legit *J. J. Weiſſ.* Pro ὁ δὲ lacuna, & pro ἐπιμήκεις eſt ἐπικοῦς in *Fl.* [d] Ἀθηναίοις] Πρὸς Ἀθηναίους *Fl.*

miſtocles & Pericles fuit, id nunc eſt Demoſthenes, par Themiſtocli quidem prudentia, Pericli autem animo. Idque recte conſideravit Interpres. *J. J.*

32. Τοῦτο τοῖς νῦν] Impr. omnes τούτοις νῦν. Cl. *Jenſius* τοῦτο νῦν. Ego ſic integre edendum cenſeo, & ita interpungendum, ut ἰφάμιλλα ad ſequentia referatur, non ut ante fiebat, ad τούτοις. *M. du S.*

35. Ἀκούειν] Pro ὑπακούειν. *F. G.*

44. Περὶ τῆς Μακεδονίας ἂν κατέστησέ μοι τὸν λόγον] An, *de Macedonia ipſa rationem a me exegiſſet.* *F. G.*

47. Δύναμιν συλλέγει, * ἐπιμήκεις τόλμης] Sentisne, lector, haec olim miſerum in modum diſtracta, ita jam commiſſa inter ſe & tam firma compage cohaerere, ut divelli nullo modo poſſint? Si haec non eſt certa emendatio, ilicet de tota arte actum eſt: exſequias eamus criticis. *J. M. G.*

49. Ἀνθρωπίσκαται. Ἐγὼ δὲ] Hic jam incipiunt quatuor illa capita loco ſuo in omnibus editionibus mota, a me vero ſuo loco reddita, ne vocula quidem mutata. *M. du S.*

57. Περὶ μὲν γὰρ Χαιρωνείας] Poſt praelium ad Chaeroneam, quo Athenienſium, quin Graeciae liberae, opes proſtratae ſunt, Philippus initio quidem ſe geſſit inſolentius; poſt autem, periculo licet defunctus, ἐφριττε τὴν δυνατότητα & τὴν δύναμιν τοῦ ῥήτορος, ὃν μέρει μικρῷ μιᾶς ἡμέρας τὸ ὑπὲρ ἡγεμονίας & τοῦ σώματος ἀναβρίψαι κίνδυνον ἀναγκασθεὶς ὑπ' αὐτοῦ Plut. in V. *Demoſth.* p. 1567. *H. Steph.* *J. M. G.*

59. Καὶ γὰρ εἰ παρ' ἐλπίδα] Sic legendum etiam ego puto, niſi velimus elliplin ſatis difficilem ſtatuere, *An enim ideo minus magnum periculum* &c. Blandius forte ſic corrigas, Μὴ γὰρ ἢ παρ' ἐλπίδα, *Neque enim niſi praeter ſpem vicimus.* Sed primum illud, quod etiam *Weiſſio* placuit, probo unice. *J. M. G.*

94. Ἀπο-

γοῦλας, ὡς μέγαν ἔχοι τ' Ἀθηναίων δῆμον ἀνταγωνιστὴν, Ἐμοὶ Δημοσθένης μόνος, εἶπεν, ἀνταγωνιστής, Ἀθηναῖοι δὲ, Δημοσθένην οὐκ ἔχοντες, Αἰνιᾶνές εἰσι, καὶ Θετταλοί. καὶ πρέσβεις ὁπότε πρὸς τὰς πόλεις πέμποι, τῶν ἄλλων ῥητόρων εἴ τινας ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις ἀνταποστέλλοι, τῇ πρεσβείᾳ [a] ῥᾷστα ἦν κεκραληκώς· τῶν Δημοσθένους δ' ὁπιστάντων, Μάτην, εἶπεν, ἂν ἐπρεσβεύσαμεν.

Οὐ γὰρ ἔστι κατὰ τὸν Δημοσθένους λόγων ἐγεῖραι τρόπαιον. ταῦτα ὁ Φίλιππος. καὶ μὴν τοι καὶ πάντως ἔλαττον ἂν ἔχοντες, [b] εἰ λάβοιμεν [c] τοιοῦτον ἄνδρα, πρὸς Διὸς, Ἀρχία, [d] τί ποτε νομίζεις; βοῦν ἂν ἐπὶ σφαγὴν ἤγομεν, ἢ πολὺ μᾶλλον ἂν σύμβουλον περὶ τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων, καὶ τῆς ἀρχῆς πάσης ἐποιούμεθα; Φύσει μὲν γὰρ αὐτῷ, καὶ κατ' ἀρχὰς προσεπεπόνθειν ἐξ αὐτῶν τῶν πολιτευμάτων· ἔτι δὲ μᾶλλον Ἀριστοτέλει μάρτυρι. πρός τ' οὖν τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ πρὸς ἡμᾶς γε [e] λέγων, οὐδὲν ἐπαύετο· τοσούτων ὄντων [f] αὐτῷ τῶν προσπεφοιτηκότων, μηδένα ἔτω πώποτε θαυμάσαι, μεγέθους τε φύσεως, καὶ τὴν περὶ τὴν ἄσκησιν ἐγκρατείας, καὶ βάρους, καὶ τάχους, καὶ παῤῥησίας, καὶ καρτερίας.

Ὑμεῖς δὲ, ἔφη, ἀγανοεῖτε ὡς ὑπὲρ Εὐβούλου, καὶ Φρύνωνος, καὶ Φιλοκράτους, καὶ πειρᾶσθε δώροις καὶ τοῦτον ἀναπείθειν ἄνθρωπον

gravem ipsi esse adversarium populum Athenienſem, respondebat, „ Mihi adversarius „ solus Demosthenes: Athenienses vero, „ Demosthene destituti, Aenianes sunt & „ Thessali". Et si quando legatos ad civitates mitteret, atque aliorum oratorum quosdam contra ipsum civitas Athenienſium ablegaret, legatione facile ipse vicerat. Quoties vero instaret Demosthenes, „ Frustra, *inquit*, legationem misimus.

40. „ Neque enim contra Demosthenis „ orationes tropaeum licet erigere". Haec Philippus. Et profecto omnibus modis inferiores (*nos Philippo*) talem virum si cepiſsemus; per Jovem, Archia, quid tandem putas? bovemne ad macellum acturi eramus, an consiliarium potius de rebus Graecis, totoque imperio *nostro* adhibituri? Natura enim illi me etiam ab initio conciliari sentiebam ex ipsis in rep. gestis, magis vero testimonio Aristotelis. Is enim cum apud Alexandrum & nos ageret, ac tot haberet, qui suam domum audiendi causſa frequentaverant, nunquam desiit praeter omnes hunc admirari ob magnitudinem ingenii, & illam circa exercitationes continentiam, & gravitatem, & celeritatem, & libertatem dicendi, & constantiam.

41. „ Vos autem, *inquit*, de illo cogi„ tatis ut de Eubulo *quodam*, & Phryno„ ne, & Philocrate, & hunc donis cona„ mini in partes traducere hominem, qui „ pa-

a Ῥᾷστα ἦν] Ἦν ῥᾷστα ἂν *Fl.* b Εἰ] Deest in *Fl.* c Τοιοῦτον ἄνδρα] Τοιοῦτον ἂν ἄνδρα *Fl.* d Τί] Ἔτι *Fl.* e Λέγων] Sic dedi ex *J. Va.* & *Fl.* Ἄγων cett. Λέγων etiam marg. *AiW.* f Αὐτῷ τῶν] Τῶν αὐτῷ *Fl.*

94. Ἀριστοτέλει μάρτυρι] Προσιπεπόνθειν scil. *F.G.*

95. Πρὸς γοῦν τ' Ἀλεξ.] Sic omnino legendum, cum αἰτιολογικὸν particulam series orationis postulet. Et quam facile est Γ in Τ mutari? *J.M.G.*

96. Λέγων] Ita recte *Fl.* & *Venetae* utraque, in reliquis ἄγων. *M.du S.*

97. Προσπεφοιτηκότων] Malit *Wolfius* συμπεφοιτηκότων, ut notentur condiscipuli: & est illud sane temporum rationibus magis accommodatum. Sed meminerimus jam supra ab auctore libelli non *Aristotelem* tantum, sed hujus etiam *Theophrastum* auditorem inter Praeceptores Demosthenis relatum. *J.M.G.*

98. Θαυμάσαι] Subaudi ἔλαττον. *F.G.*

99. Ἐγκρατείας] Si abstinentiam reddas, quid fiet voce ἄσκησις? *M.du S.*

4. Εὐβούλου] Inimicus hic Demosthenis summus. vid. *Dem.* Mid. *M.du S.*

Εὐβούλου, καὶ Φρύνωνος, καὶ Φιλοκράτους] Hos patriae suae Athenarum proditores nosse datur ex oratione Demosthenis de falsa legatione. *J.M.G.*

Ibid. Φιλοκράτους] Et hic Demosthenis inimicus, quem proditorem Patriae alicubi vocat. *M.du S.*

31. Ἀλλὰ πῶς ἀπίθανον; ΑΡΧ. Ἔοικας ἔτι μᾶλλον, ὦ βασιλεῦ, θαυμάσειν, καὶ γὰρ ἡμῖν οἱ τεθαμμένοι, διαφέρουσιν

„ patrimonium quoque in Athenienſes,
„ privatim in egentes, publice in civitatem
„ impenderit ; & ubi hac ſpe excidiſtis,
„ terrere illum vos poſſe arbitramini , cui
„ olim deliberatum ſit animam ſubjicere in-
„ certis patriae fortunis ? & in facta illo
„ veſtra invehente, indignamini ? qui nec
„ populo Athenienſium ſe ſubmittat. Ne-
„ ſcitis, *inquit*, patriae illum amore tracta-
„ re rempublicam , ſibi autem eam philo-
„ ſophiae gymnaſium conſtituiſſe.

42. Talia , Archia , ſupra modum cupiebam conſuetudine illius utens ex illo audire , & quae ipſius de rebus praeſentibus eſſet ſententia : atque, quoties opus eſſet, relictis qui ſemper in nos irruunt adulatoribus , ſimplicem e libera mente orationem percipere , & veracis conſilii copiam nanciſci. Etiam fas putarem illum admonere, pro quam ingratis Athenienſibus vitam omnem in diſcrimen dediſſet , cum liceret gratos magis & firmiores amicos habere. ARCH. Reliqua , Rex, forte conſecutus eſſes : ſed iſta fruſtra fuiſſes dicturus , adeo ad furorem usque ille amabat Athenas. ANT. Ita res habet, Archia, quid enim dicamus ? Sed quomodo mortuus eſt ?

43. ARCH. Videris magis etiam, Rex, admiraturus eſſe. Etenim nos qui vidimus non minus obſtupeſcebamus & fidem negabamus oculis , quam qui non viderunt. Videbatur enim olim deliberatum de ultimo

πον, ἢ τ πατρῴαν ὐσίαν εἰς Ἀθηναίους, ἰδίᾳ τε τοῖς δεηθεῖσι, ἢ δημοσίᾳ τῇ πόλει [g] καλῶς ἀναλωκότα. Ἁμαρτάνοντες δὲ, φοβήσειν οἴεσθε, πάλαι βεβουλευμένον τ ψυχὴν ὑποθεῖναι ταῖς τ πατρίδος ἀδήλοις τύχαις· ἢ καθαπομένῳ τῶν πραπομένων ὑμῖν, ἀγανακτεῖτε. ὅσ' ὐδὲ τ Ἀθηναίων δῆμον ὑποστέλλει. Λέληθεν ὑμᾶς, ἔφη, τῇ μὲ τ πατρίδος εὐνοίᾳ πολιτευόμενος, ἑαυτῷ δὲ τ πολιτείαν [h] γυμνάσιον φιλοσοφίας προθέμενος.

[i] Τὰ τοιαῦτα, ὦ Ἀρχία, ὑπερεθύμουν αὐτῷ συγγενόμενος, τῶν τε γνώμην, ἣν [k] ἔχει περὶ τ παρόντων, ἀκοῦσαι λέγοντος, καὶ τ ἀεὶ ὑπαπεπλακότων ἡμῖν κολάκων, εἰ ἐδεόμην, ἀποστὰς, ἁπλῆ τινος ἐξ ἐλευθέρας γνώμης ἀκοῦσαι λόγου, ἢ φιλαλήθους συμβουλῆς μεταλαβεῖν· καί τι ἢ νουθετῆσαι δίκαιον, ὑπὲρ οἵων ὄντων Ἀθηναίων τ ἀχαριστίαν, πάντα ὑπαβάλοιτο τ αὐτῆ βίον, ἐξὸν εὐγνωμονεστέροις ἢ βεβαιοτέροις κεχρῆσθαι φίλοις, ΑΡΧ. Ὦ βασιλεῦ, τ μὲ ἄλλων ἴσως ἂν ἔτυχες· ταυτὶ δὲ μάτην ἂν ἔλεγες· οὕτω μανικῶς φιλαθηναίους ἦν. ΑΝΤ. Ταῦτα, ὦ Ἀρχία, τί γὰρ ἂν λέγοιμεν; ἀλλὰ πῶς ἀπέθανεν;

ΑΡΧ. Ἔοικας ἔτι μᾶλλον, ὦ βασιλεῦ, θαυμάσειν, ἢ γὰρ ἡμεῖς οἱ τεθεαμένοι [l] διαφέρομεν ὐδὲν ἐκπλήξει τε ἢ ἀπιστία τῶν ὁρώντων. ἔοικε γὰρ δὴ πάλαι ὢν ὧδε βε-

[g] Καλῶς ἀλ.] Κατασκ. *Fl.* [h] Γυμνάσιον] Sic plurimae. Γυμνάσιον *F. Va. Fl.* [i] Τὰ τοιαῦτα] Desunt in *Fl.* [k] Ἔχει] Ἔχοι *Fl.* [l] Διαφέρομεν — ὁρώντων] Nil varietatis inveniri addit *Solan.*

31. Πῶς ἀπέθανε;] De Demoſthenis interitu *Pauſanias* in Corinth. *G.*

μεν ὐδὲν ἐκπλήξει τε ἢ ἀπιστίᾳ τ ὁρώντων. Mira oratio. An illi, qui viderunt, non aliter ac qui viderent, obſtupuerunt ? Quae haec dicendi ratio ? Suſpicor ὁρώντων corruptum ex ἀκροώντων. *Ita ſcilicet ſtupenda eſt maximi hujus viri mors , ut etiam nos , qui vidimus eam , non minus ſtupuerimus , & ipſis noſtrum oculis diffiſi fuerimus, ac illi, qui audiunt, percelluntur , ac relationi fidem non habent.* An potius unius literulae mutatione defungentes, legimus διαφέρομεν ? *Et nos, qui vidimus hanc mortem , ſtupore & ἀπιστίᾳ ne nunc quidem minus correpti ſumus , quam ubi eam conſpiciebamus.* Studioſus Lector arbitretur. Nam vulgata ſtare poſſe, non puto cuipiam fore perſuaſum. *F. F.*

33. Διαφέρομεν] Locus conclamatus , niſi legas μὴ ὁρώντων quod etiam *Lamb. Bos* placere video. Aut cum hoc vellet, *nos ipſi qui vidimus , ſtuperem rei praeſentis nondum excutere valemus* , parum feliciter expreſſit, etiamſi cum Cl. *Fenſio* διαφέρομεν legas, vide tamen Εἰκ. c. 10. *M. du S.*

34. Καὶ ἀπιστίᾳ τ ὁρώντων] Forſan legendum , τ μὴ ὁρώ-

βυλευμένῳ· καὶ τὴν ὑστάτης ἡμέρας· δηλαῖ δὲ ἡ παρασκευή. καθῆστο μὲν γὰρ ἔνδον ἐν τῷ νεῷ, μάτην δὲ τὰ πρόσθεν ἡμερῶν λόγους ἤμεν ἀναλωκότες. ANT. Τίνες γὰρ ἦσαν οἱ παρ' ὑμῶν λόγοι; ΑΡΧ. Πολλὰ μὲν φιλάνθρωπα πρυτεινόμην, ἔλεόν τινα παρὰ σοῦ [a] καθυπισχνούμενος, ἃ μάλα μὲ προσδοκῶν· οὐ γὰρ ἠπιστάμην, ἀλλὰ σὲ ᾤμην δι' ὀργῆς ἔχειν τὸν ἄνθρωπον, χρήσιμον δ' ἂν πρὸς τὸ πείθειν νομίζων. ANT. Ὁ δὲ πῶς προσίετο τοὺς λόγους; καί με μηδὲν ἀπόκρυψῃ· μάλιστα μὲν γὰρ αὐτήκοος ἂν ἐβουλόμην παρὼν εἶναι τῶν. ἀλλὰ σύγε μὴ παραλίπῃς μηδέν· οὐ γάρ τοι σμικρὸν ἔργον, ἦθος ἀνδρὸς γενναίου πρὸς αὐτῷ τῷ τέλει τοῦ βίου καταμαθεῖν, πότερον ἄτονος καὶ νωθρὸς ἦν, ἢ πανταχόσε ἀκλινὲς τὸ τῆς ψυχῆς ὄρθιον ἐφύλαττεν.

ΑΡΧ. Οὐδὲν ὑπέστειλεν ἐκεῖνός γε. πῶς γάρ; ὃς ἡδὺ γελάσας, καμὲ δὴ σκώπτων ἐς τὸν πρότερον βίον, Ἀπίθανον, ἔφη, με ὑποκριτὴν εἶναι τῶν σῶν ψευσμάτων. ANT. Ἀπιστήσας ἄρα τοῖς ἐπαγγέλμασι, προεῖτο τὴν ψυχήν; ΑΡΧ. Οὐκ· εἴγε τὰ λοιπὰ ἀκούσαις, οὐ δόξει σοι μόνον ἀπιστεῖν, ἀλλ' ἐπεὶ κελεύεις, ὦ βασιλεῦ, λέγειν, Μακεδόσι μέν, εἶπεν, οἶδεν ἀπώμοσον,

die habuisse, id quod apparatus indicat. Consederat nimirum intus in templo. Frustra superiorum dierum sermones consumseramus. ANT. Quinam erant vestri sermones? ARCH. Multa de tua humanitate illi ostendebam, misericordiam a te pollicitus, non valde quidem *illam ipse* expectans, neque enim sciebam, sed iratum te viro putabam: verum quod putarem id ipsum utile esse ad persuadendum. ANT. Ille vero quomodo accipiebat istos sermones? Et noli me celare quidquam. Vellem enim vel maxime adfuisse & meis auribus accepisse singula. Sed tu ne quid praetermiseris. Neque enim sane parvum quid est, ingenium viri generosi sub ipsum vitae finem cognoscere. Utrum languidus erat & ignavus, an nusquam inclinatam illam mentis altitudinem servavit?

44. ARCH. Nihil ille sane remisit. Qui enim? qui suaviter ridens, & in superiorem vitam meam ludens, improbabilem me mendaciorum tuorum histrionem diceret. ANT. Ergo quod diffideret promissis, ideo vitam abjecit? ARCH. Non: si quidem audire reliqua volueris, non videbitur tibi solum diffisus esse. Sed, quando jubes, rex, dicere, „ de Macedoni-
„ bus, *inquit*, nihil non sceleris credibile
„ est:

a Καθυπισχνούμενος] Καθυποσχνούμενος *Fl.*

48. Παρὼν εἶναι τῶν] Παρέλκει τὸ εἶναι, ἐπισκοπητέον δὲ εἰ ὁμοίως τῷ ἐκὼν εἶναι, ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀπαγορεύσεως τάττει, ἐνταῦθα δὲ οὐκέτι· ἂν ἐγὼ ἐκὼν εἶναι παιδαγώγ. *V.*

ἀρώντων. *L. BOS.*

Ibid. Τῶν ὀρώντων] Sententia postulat, ut aut negationem omissam dicamus ἐχ, vel μηδὲν, aut cum *Jensio* suspicemur, fuisse in autographo τῶν ἀκροώντων, vel ἀκουόντων, quorum hoc inter describendum, illud inter dictandum facilius potuit permutari. Sed quoties ipsis scriptoribus talia humanitatis indicia excidunt? *J. M. G.*

37. Καθῆστο] Ut supplex, de quo genere hoc verbum veiut solenne est. Vid. v. g. *Thucyd.* I, 24. & 136. Cui ἀνάστασις opponitur, ibid. 133. Demosthenem autem salutis servandae causa huc confugisse, satis ultima illius verba, quae mox referentur, indicant. *J. M. G.*

53. Ἐφύλαττεν] *Jens.* διεφύλαττεν; sed nihil varietatis invenio. Et cum sic quoque legatur c. 33. nihil muto. *J. F. R.*

56. Ἐς τὸν πρότερον βίον] Histrioniam feciisse Archiam, multi auctores sunt: qua de re consule *Plut.* in vita Dem. & ipsum *Dem.* p. mihi 17, 1. *M. du S.*

58. Ἀπιστήσας ἄρα] Antipatri verba interrogative pronuntianda. F. G. Id jam curaverat P. additis etiam in versione personis, quae S. omisit, quia in Graeco non comparebant. *J. F. R.*

59. Οὐκ·] Archiae responsum. F. G.

71. Αὐτὴν παρ'] Τὸ δόξω hic desiderari videtur, μετὰ ψυχὴν αὐτὴν δόξω παρ' Ἀντιπάτρῳ διαφθαρήσεσθαι. F. G.

72. Μηδ' ἂν ἐμαυτὸν ἵστακα, τάξιν λιπὼν &c.] Posset quis suspicari excidisse hic praepositionem εἰς, legendumque εἰς ἂν ἐμαυτὸν ἵστακα τάξιν λιπών. Ita certe E-

pi-

„ est: neque mirum fuerit, si Demosthe-
„ nem ita capiunt, ut Amphipolin, ut
„ Olynthum, ut Oropum". Talia dixit
multa. Etenim notarios constitui, ut dicta
tibi servarentur: „ Tametsi ego, *inquit*,
„ tormentorum aut mortis metu in conspe-
„ ctum venire Antipatri nolo: sed si vere
„ ista praedicatis, multo magis etiam mihi
„ cavendum est, ne vita ipsa ab Antipatro
„ mihi donata corrumpar, neque relicta
„ acie, in qua ipse me locavi, Graecanica,
„ in Macedonicam me conjiciam.

45. „ Praeclarum enim esset, Archia, si
„ vitam mihi Piraeeus ipse praestaret, &
„ triremis quam dedi, & moenia & fossa
„ meis impensis effecta, & Pandionis tri-
„ bus, in qua mea sponte sumtus in pom-
„ pam sacrorum feci; & Solon, & Dra-
„ con, & illa tribunalis fiducia, & liber
„ populus, & militaria decreta, & leges
„ trierarchicae, & majorum virtutes, &
„ tropaea, & benivolentia civium, qui
„ saepe me coronarunt, & Graecorum po-
„ tentia, qui huc usque a me servati sunt.
„ Si vero etiam misericordia aliena viven-
„ dum, humile id quidem est, sed tolera-
„ bilis tamen misericordia a necessariis,

οὐδὲ παράδοξον, εἰ Δημοσθένην οὕτω [b] λαμ-
βάνουσιν, ὡς Ἀμφίπολιν, ὡς Ὄλυνθον, ὡς
Ὠρωπόν. τοιαῦτα πολλὰ ἔλεγε· ἐγὼ γὰρ ἂν
ὑπογραφέας παρεστησάμην, ἵνα σοι τὰ
λεχθέντα σώζοιτο. Ἐγὼ μέν τοι, ἔφη, ὦ
Ἀρχία, βασάνων, ἢ θανάτου φόβῳ κατ'
ὄψιν οὐκ ἂν Ἀντιπάτρῳ γενοίμην. ἀλλ' εἰ
ταῦτ' ἀληθεύετε, πολύ μοι μᾶλλον ἔτι
φυλακτέον, μὴ τὴν ψυχὴν αὐτῷ παρ' Ἀν-
τιπάτρου δεδωροδοκηκέναι, μηδ' ἣν ἐμαυτὸν
ἔταξα, τάξιν λιπὼν τὴν Ἑλληνικὴν, εἰς τὴν
Μακεδονικὴν μεταβαλέσθαι.

Καλὸν γάρ, ὦ Ἀρχία, εἰ τὸ ζῆν ἐμοὶ
Πειραιεὺς αὐτὸς παρέχοι, καὶ τριήρης, ἣν
ἐπιδέδωκα, καὶ τεῖχος, καὶ τάφρος τοῖς
ἐμοῖς τέλεσιν ἐξειργασμένα, καὶ φυλὴ Πανδιωνὶς, [c] εἰς ἣν ἐθελοντὴς [d] ἐχορήγουν ἐγὼ,
καὶ Σόλων, καὶ Δράκων, καὶ παῤῥησία βήμα-
τος, καὶ δῆμος ἐλεύθερος, καὶ ψηφίσματα
στρατιωτικὰ, καὶ νόμοι τριηραρχικοὶ, καὶ προ-
γόνων ἀρεταὶ, καὶ τρόπαια, καὶ πολιτῶν
εὔνοια, τὴν ἐμὲ πολλάκις ἐστεφανωκότων, καὶ
δύναμις Ἑλλήνων, τὴν ὑπ' ἐμοῦ μέχρι νῦν
τετηρημένων· εἰ δὲ καὶ βιωτὸν ἐλεηθέντι, τα-
πεινὸν μὲν, ἀνεκτὸς δ' ἂν ὁ ἔλεος [e] πρὸς
τοὺς οἰκείους, οὓς ἐλυσάμην [f] αἰχμαλώτους,
ἢ

[b] Λαμβάνουσιν] Λαμβανούσιν B1. Correxit B2. [c] Εἰς ἣν] Ἧς omisso εἰς Fl. [d] Ἐχορήγουν] Bene S. & Amst. Ἐχορήγουν male H1. 2. P. B. J. Ald. Fl. [e] Παρὰ] Rescripsi ex Fl. J. & V2. Περὶ male cett. [f] Αἰχμαλώτους] Αἰχμαλώτων Fl.

pictetus cap. 29. Τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων ἔστιν ἔχειν, ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένου εἰς ταύτην τὴν τάξιν. Qui tamen in hoc Demosthenis encomii loco praepositionem κατ' ἔλλειψιν omissam esse velit, huic non magnopere contenderim. Ex Epicteto ergo discimus, quemadmodum istiusmodi ellipsis sit supplenda. J. J.

Ibid. Ἣν ἐμαυτὸν ἔτ.] Sic absque εἰς usurpat Ἀποκαρ. c. ult. Aliter Xen. Ed. Bas. 373. & a Cl. Jensio laudatus Epict. 29. M. du S.

Μηδ' ἣν ἐμαυτὸν ἔταξα, τάξιν λιπὼν] Non opus esse addita praepositione εἰς ἣν cum Cl. Jensio scribere, praeter locum ab Solano indicatum etiam probant verba Aeschinis in Orat. contr. Ctesiph. p. m. 275. B. sive non ita longe ab init. orationis: αἰσχύνεται ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν, ἣν τέτακται ὑπὸ τῶν νόμων. J. F. R.

79. Ἐχορήγουν ἐγὼ] Χορηγὸς, id est *praebitor* fuerat Demosthenes Liberalibus, s. Διονυσίοις τὸν ἄστει. quo in munere quomodo se gesserit, apparet ex argumento & narratione orationis Midianae. J. M. G.

84. Πολλάκις ἐστεφανωκότων] Vid. Dem. Or. de Coron. c. 64. in primis c. 78. Ἐπειδὴ πρὸς τὰ κοινὰ προσῆλθον, ἔδοξέ μοι τοιαῦτα πολιτεύμασιν ἰλιὸς, ὥστε ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων πολλάκις ἐστεφανῶσθαι. J. M. G.

87. Περὶ τοὺς] Lege παρὰ. F. G.

Παρὰ τοὺς οἰκείους] *Fl.* & *V.* utraque. Reliqua περὶ mendose. M. du S.

88. Ἐλυσάμην αἰχμαλώτους] Nobile hujus magnificentiae exemplum praebet argumentum orationis *de falsa legatione*: cum ea in primis causa legationem Macedonicam a se testetur susceptam, uti captivos, quibus id promiserat, liberare posset. J. M. G.

ἢ τοῖς πατράσιν, ὧν συνεξέδωκα τὰς θυγατέρας, ἢ οἷς τὰς ἐράνους συνδιελυσάμην. 90

Εἰ δέ με μὴ σώζοι νήσων ἀρχὴ, ἡ θάλαττα, ὡς φάγε τυτυῖ Ποσειδῶνος αἰτῶ τὸ σώζεσθαι, καὶ τῇδε τῇ βωμῷ, καὶ τῶν ἱερῶν νόμων. εἰ δὲ Ποσειδῶν, ἔφη, μὴ δύναται φυλάττειν τὴν ἀσυλίαν τῷ νεῷ, μηδ' ἐπαισχύνεται προδοῦναι Δημοσθένην Ἀρχίᾳ, τεθνηκότα, οὐδὲ Ἀντίπατρος ἡμῖν ἀντὶ τοῦ θεοῦ κολακευτέος. ἐξῆν μοι φιλτέρους ἔχειν Ἀθηναίων Μακεδόνας, καὶ νῦν μετέχειν τῆς ὑμετέρας τύχης, εἰ μὴ Καλλιμέδοντος, καὶ Πυθέου, καὶ Δημάδου συνέλαττόμην. ἐξῆν γὰρ καὶ ὀψὲ [a] τῆς ψυχῆς μεθαρμόσασθαι, εἰ μὴ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας καὶ τὸν Κόδρον ἐπῃσχυνόμην· ἔχων ἡρέμην αὐτομολοῦντι τῷ δαίμονι συμμεθαλλεσθαι. καλὸν γὰρ καὶ χρησφύγελον [b] θάνατος ἐν ἀκινδύνῳ σωτῆρος αἰσχρᾶς γενέσθαι. καὶ νῦν, Ἀρχία, τὸ κατ' ἐμαυτὸν ἐγὼ καταισχυνῶ τὰς Ἀθήνας ἑκὼν δουλείαν ἑλόμενος, ἐντάφιον δὲ τὸ κάλλιστον καὶ ἐλευθερίαν προέμενος.

„ quorum redemi captivos, aut patribus, „ quorum una elocavi filias, aut quos in „ dissolvendis eranis adjuvi.

46. „ Si vero servare me non potest insularum imperium & mare, at certe ab „ hoc Neptuno salutem peto, & ab hoc „ altari, & sanctis legibus. Si vero nec „ Neptunus, *inquit*, praestare potest templo suo sanctitatem, neque pudet illum „ Archiae prodere Demosthenem, moriat „ potius, neque Antipatro nos pro Deo „ adulemur. Licebat mihi amiciores Athenensibus habere Macedonas, & nunc in „ fortunae vestrae partem venire, si cum „ Callimedonte, & Pythea, & Demade „ conjungere me voluissem. Licebat enim „ vel sero aliter instituere animum, nisi „ Erechthei filias vererer & Codrum. Non „ igitur velim cum fortuna transfuga & „ ipse mutare castra. Honestum enim perfugium mors est, ut ab omnis turpitudinis periculo simus liberi. Et nunc, Archia, quantum in me est, non afficiam „ turpitudine Athenas, servitute ultro eligenda, abjiciendaque libertate, pulcherrimo ferali amiculo.

47. „ Ve-

a Τῆς ψυχῆς] Nihil mut. Edd. *Τυχῆς* L. b Θάνατος] Emendatio *Gesneri* necessaria. Θάνατον Edd. priores.

90. Ἢ οἷς τὰς ἐράνους συνδιελυσάμην] *Phil. Melanchthon* verterat: *aut quibus donavi pecunias. Benedict.* vero: *aut quos dandis contributionibus juvi.* Sed vereor ut recte, ait Cl. *Jac. du Port* in praelect. ad *Theophr.* Charact. p. 192. Edit. *Cantabrig.* Vult enim ibi Demosthenes, se eos adjuvisse in dissolvendis debitis *erani* nomine, quem collegerant, contractis. Ἐράνους συνδιαλύσας, concise & eleganter dictum, pro *debita dissolvere erani nomine conflata.* Vertendum igitur esset: *Quorum ego dissolvi debita, erani nomine, quem ab amicis collegerant, contracta.* Tantae molis est alicubi Graeca Latinis exprimere, adeo Graecanicam volubilitatem Romana lingua sequitur non passibus aequis. Contra apud Romanos ἔρανος numquam fuisse restituendum, docet ibid. p. seq. velut p. 191. tradiderat: ἔρανος fuisse genus mutui gratuiti, apud Graecos frequentati. Ubi enim quis aere alieno premeretur, aut etiam alias in inopiam incidisset, nec haberet unde viveret, ad amicos erat paratum refugium, qui quod poterant, unusquisque ἀνδρικῶς *pro sua virili* conferebant. Aliaque de *eranis* vid. ibid. Sed & coenam collatis symbolis fuisse ἔρανον, satis notum est. Vid. Doctiss. *Casaub.* ad *Theophr.* Char. περὶ ἀπαιδ. c. 15. ad verba καὶ φίλῳ δὲ ἔρανον εἰσφέροντι εὐπορηκότι, εἰπὼν ὅτι τόκον οὐ δώσει &c. Item *Feith.* Antiq. *Homer.* III. c. 4. *Longolium* ac *Buchner.* ad *Plin.* L. X. epist. 93. qui *Livium* aeque ac *Plin.* etiam Latine *eranum* dixisse indicant. *J. F. R.*

Ibid. Συνδιελυσάμην] *Simul solvo.* *F. G.*

92. Τυτυῖ Ποσ.] Clarum enim Calauriae Neptuni ad quod confugerat templum. *M. du S.*

2. Πυθέου] Inter Demosthenis accusatores recens apud *Plut.* 1555. 1. Ubi Πυθέου, legendum, non Παθαίου, ut fit. *M. du S.*

Ibid. Δημάδου] Pro Philippo hic Athenis faciebat. *M. du S.*

3. Τῆς ψυχῆς μεθαρμόσ.] Corrige τῷ ψυχῷ. *F. G.* *Menagius* sic: Nota hoc verbum cum genitivo. Sed scripserat forte Lucianus τὴν ψυχήν. Dicerem idem utrique in mentem venisse, nisi *Menagii* mos mihi notus esset. *J. F. R.*

Τῆς ψυχῆς] An τῆς ζωῆς; ut jungatur ὀψὲ τῆς ζωῆς, i. e. *etiam sera aetate mores mutare*, quae sententia & constructio melior; nam ut ψυχὴ alibi saepe pro ζωὴ accipitur, ita hic non potest. Sed vide anne vulgatae structura sic defendi queat: ut media forma μεθαρμόσασθαι

47. „ Verum, *inquit*, fas enim eſt Tragoediarum apud te meminiſſe, nonne „ praeclarum eſt illud dictum:

„ *At illa dum moritur tamen*

„ *Multa cavet cura, decenter ut cadat.*

„ Haec puella: & Demoſthenes honeſta „ morte vitam turpem potiorem habebit, „ Xenocratis & Platonis de immortalitate „ librorum oblitus"? Et provectus ultra amarius quaedam dixit in eos qui a fortuna inſoleſcunt. Sed quid ea nunc dicere opus eſt? Tandem vero me preces partim, partim minas adhibente, & mollem muſam illa rigida miſcente, „ Moverer, *inquit*, hiſce, Archias ſi eſſem. Quandoquidem vero ſum „ Demoſthenes, ignoſce mihi, o noſter, „ quem natura non fingit ad ignaviam.

48. Tum ſane tum vi illum detrahere *ab altari* cogitabam. At ille cum ſentiret, aperte ridebat, & Deum adſpiciens, „ Videtur, *inquit*, putare Archias, arma ſo„ la & triremes, & moenia, & exercitus, „ copias eſſe, & refugia humanis animis; „ meum autem apparatum contemnere: „ quem tamen non redarguant Illyrii &

Ἀλλὰ δίκαιον γὰρ, ἔφη, σοι τῶν τραγῳδιῶν μνημονεύειν, ὡ σεμνὸν τὸ λεχθὲν,

Ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ' ὅμως,

Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν [c] εὐχήμως θεσεῖν· χὴ ταῦτα· Δημοσθένης δὲ εὐχήμονος θανάτου βίον προκρινεῖ ἀχήμονα, τῶν Ξενοκράτους καὶ Πλάτωνος ὑπὲρ ἀθανασίας λόγων ἐκλαθόμενος; καί τινα σικρότερον ἔλεγε, προαχθεὶς εἰς τοὺς ταῖς τύχαις ἐξυβρίζοντας. ἀλλὰ τί δεῖ λέγειν νῦν ἐμέ; τέλος δ' ἐμοῦ, τὰ μὲ δεομένου, τὰ δ' ἀπειλοῦντος, ἀπαλὴν μοῦσαν τερπνᾷ κεραννύντος. Ἐπειδήν ἀν, ἔφη, τούτοις Ἀρχίας ὦν· ἐπεὶ δὲ Δημοσθένης εἰμὶ, συγγίγνωσκέ μοι, ὦ δαιμόνιε, μὴ σφυκότι κακῷ γενέσθαι.

Τότε δὴ τότε πρὸς βίαν αὐτὸν ἀποσπᾶν διενοούμην· ὅδ' ὡς ἤσθετο, δῆλος ἦν καταγελῶν, καὶ τὸν θεὸν προσβλέψας, [d] Ἔοικεν Ἀρχίας, εἶπεν, ὅπλα μόνα, καὶ τριήρεις, καὶ τείχη, καὶ στρατόπεδα, δυνάμεις εἶναι καὶ χρησφύγετα ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς ὑπολαμβάνειν· τὸ δ' ἐμὸν παρασκευὴν καταφρονεῖν, ἣν ἐκ ἂν [d] ἐλέγξειαν Ἰλλυριοὶ, καὶ Τριβαλ-

[c] Εὐχήμως] Audacter recepi ex *Eurip.* Εὐχημόνως Edd. priores male. [d] Ἐλέγξειαν] Bene *J. H.* &c. Ἔλιγξαν male *P.*

13. Λυχθὶν] Εὐριπίδου τοῦτο περὶ Πολυξένης. *G.*

σαις τ' ψ. valeat μεθαρμόζειν ἑαυτὸν ἀπὸ τ' ψυχῆς. Etſi enim vulgo accuſativum adſciſcit μεθαρμόζειν, ut *Aelian.* XIV. 7. ἵνα μὴ τ' βίον — τοῦ λοιποῦ μεθαρμόσηται. neque exempla mihi ſuppetunt, ubi genitivo jungatur; tamen non videtur repugnare analogiae, ſi forte Auctor cum gen. conſtruxerit, quocum & alia ex μετὰ compoſita interdum conſtruuntur, ut μεθίστασθαί τινος, *dimittere aliquem*, vel μεταδιδόναι τούτου, ut *Herodian.* Item μεθίεσθαι, in *Euang. Luc.* XVI. 4. ὅταν μεταστῶ τ' οἰκονομίας. Nec non μεταποιεῖσθαι τ' ξυνόντων ap. *Thucyd.* I. c. 140. aut denique ut καταλλαχθῆ χόλου, *Sophocl.* Aj. teſte *Stephano*. Sive regatur genitivus ratione praepoſ. quae in compoſito ineſt, ut ἐπαλλάττεσθαι νόσου, ἰσοῦσθαι ἄχθους, & ſimilibus ſolet: quod tamen in μεθαρμόζεσθαι nondum definio. Ideoque ψυχῶν, quod *Geſn.* quoque adſcripſerat, praefero, donec certioribus exemplis de genitivo conſtet. *J. F. R.*

4. Ἐρεχθέως θυγ.] Vid. *Hyg.* Fab. 238. & *Apollod.* III. p. 102. A. *M. du S.*

11. Προίμιον] Vid. *Plut.* 25, 2. & 290. *M. du S.*

14. Ἡ δὲ &c. θν.] De Polyxene. *F. G.* Idem & adſcripſit *Menag.*

Ἡ δὲ &c.] *Eurip.* Hecub. 568. De Polyxena mactata ſermo eſt. *M. du S.*

15. Εὐχήμως] Nihil veritus ſum conſulere metro, quia verſus totus eſt ex *Eurip.* Med. 568. ubi recte εὐχήμως. Mox malim καὶ ταῦτα κόρη monente Cl. *Wetſten.* *J. F. R.*

17. Ξενοκράτους] *Diogenes Laërtius* 4, 12. & 13. memorat Xenocratis de Morte & de Anima libros, in quorum utroque de immortalitate animorum potuit diſputare. *J. M. G.*

24. Ἐπείσθην ἄν, ἔφη, τούτοις Ἀρχίας ὤν] Ex Alexandri dictis ſumptum. *F. G.* Eadem rurſus ad verbum plagiarius *Menagius*. Alexandri autem dictum quale eſt? An quod Diogeni Cynico reſpondit: *Niſi Alexander eſſem, Diogenes eſſe mallem*, quod ex *Plut.* & *Pauſan.* narrat *Freinshem.* in Suppl. *Curt.* L. I. c. XI. §. 11. Non. Sed alterum quod Parmenioni. Vid. *Curt.* IV. XI. §. 11. qui quum oblatam pro reddendis captivis ingentem pecuniam accipere ſuaderet, reſponſum hoc tulit: *& ego pecuniam quam gloriam mal-*

βαλλοὶ, καὶ [a] Μακεδόνες, ὀχυρωτέραν ἢ ξύλινόν σοι τεῖχος ἡμῖν, ὁ θεὸς ἀνεῖλεν ἀπόρθητον εἶναι· μεθ' ἧς ἂν ἡ προνοίας, ἀδεῶς μὲν ἐπολιτευσάμην, ἀδεὲς δέ μοι τὸ κατὰ Μακεδόνων θάρσος. ἐμέλησε δ' οὐδὲν οὐδὲ [b] Εὐκτήμονος, οὐδ' Ἀριστογείτονος, οὐδὲ Πυθέου, καὶ Καλλιμέδοντος, οὐδὲ Φιλίππου τότε, οὐδὲ τὰ νῦν Ἀρχίου.

Ταῦτ' εἰπὼν, μὴ προσάγαγέ μοι τὴν χεῖρα, ἔφη· τὸ κατ' ἐμὲ γὲ, οὐδὲν βλάβος νόμου ὁ νεὼς πείσεται· τὸ δὲ θεὸν προσειπὼν, ἕξων ἕψομαι. καίγὼ μὲν ἦν ἐπὶ τῇ ἐλπίδι ταύτης· καὶ τὴν χεῖρα τῷ στόματι προσαγαγόντος, οὐδὲν ἄλλ' ἢ προσκυνεῖν ὑπελάμβανον. ΑΝΤ. Τὸ δὲ τί [c] δὴ τοῦτ' ἦν; ΑΡΧ. Ὕστερον βασάνοις θεραπαίνης ἐφωράσαμεν, πάλαι φάρμακον [d] αὐτῷ τελαμιεῦσαν, λύσαι ψυχὴν ἀπὸ σώματος ἐλευθερίαν κτώμενον. οὐ γὰρ ἂν ἔφασεν ἐκβὰς τὸν οὐδὸν τῆς οἰκίας καὶ πρὸς ἐμὲ βλέψας, Ἄγε δὴ τοῦτον, ἔφη, πρὸς Ἀντίπατρον· Δημοσθένην δὲ οὐκ [e] ἄξεις, οἶμαι, τοὺς . . . . καίμοι μὲν ἐφαίνετο προσθήσειν τοὺς ἐν Μαραθῶνι πεπτωκότας.

Ὁ δὲ χαίρειν εἰπὼν, ἀπέπτη. τοῦτό σοι

Triballi, & Macedones, ipso illo muro ligneo firmiorem, quem respondit quondam Deus vastari non posse; qua quidem providentia sine metu versatus sum in republica; metusque omnis expers mihi fuit contra Macedonas audacia; neque movit me Euctemon, neque Aristogiton, nec Pytheas & Callimedon, nec Philippus tum, neque nunc Archias.

49. Haec ubi dixerat, „ Noli, *inquit*, „ manum mihi injicere; quantum enim in me est, nulla fiet huic sacro injuria: sed „ Deo adorato sponte sequar". Atque ego in spe hac eram, illoque manum ori admovente nihil aliud quam adorare virum putabam. ANT. Quid ergo illud erat? ARCH. Postea tormentis ab ancilla expressimus, olim repositum illi fuisse venenum, quod absolvenda a corpore anima libertatem ipsi pararet. Vix enim limen templi egressus fuerat, cum „ Duc sane hoc, *inquit*, ad Antipatrum; Demosthenem „ vero non duces. Per ego illos". . . . Et videbatur mihi adjecturus, „ qui Marathone ceciderunt.

50. At „ Valete"! cum dixisset, evola-

[a] Μακεδόνες] Μακεδόνας *Ald.* Sed vulgatum ejus margini adscriptum. [b] Εὐκτήμονος] Bene *Fl. J. Fr. P.* &c. Εὐτήμονος male *J.* [c] δή] Omittit *Fl.* [d] Αὐτῷ] Αὐτὸν L. [e] Ἄξεις] Ἄξῃ *Fl.*

mallem, si Parmenio essem: nunc Alexander — fortunam meam non vendo. *J. F. R.*

40. Εὐκτήμονος, οὐκ Ἀριστογ. οὐ Πυθ. καὶ Καλλιμ.] De Euctemone satis constat ex oratione contra Midiam. Aristogitonem oppugnavit Demosthenes duabus contra illum scriptis orationibus. Pytheas & Callimedon tum alias ex *Plutarcho* noti, tum conjunguntur in *Vita Demosth.* p. 858. C. D. Πυθέας ὁ ῥήτωρ, καὶ Καλλιμήδων ὁ Κάρας ἐξ Ἀθηνῶν φυγόντες, Ἀντιπάτρῳ προστιθέσθην, καὶ μᾶλλον τῶν ἐκείνῳ φίλων ἐν πρώτοις ἐτιμῶντο· οὐκ εἰσὶν ἀφίστασθαι τοὺς Ἕλληνας, οὐδὲ προσέχειν τοῖς Ἀθηναίοις· Δημοσθένης δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις πρώτοις συνέπεσεν προσμίξας ἑαυτὸν ἠγωνίζετο ἐν συμπράττειν, ὅπως αἱ πόλεις συνεπιθήσονται τοῖς Μακεδόσι, καὶ συνεκβαλοῦσιν αὐτοὺς τῆς Ἑλλάδος. Narrat deinde plusculа acute dicta, quibus se invicem Pytheas & Demosthenes impetierint. Conf. ipse *Demosth.* Epist. 3. *J. M. G.*

Ibid. Ἀριστογείτονος] Errat *Loidius* de hoc differens. *M. du S.*

44. Οὐδὲν πεφώνομαι] Asylum enim erat, vid. *Strab.* VIII. *M. du S.*

49. Δή τοῦτ'] Etsi cum *Fl.* δή omitti queat, cum jam satis particularum adsit; tamen quia & *Herodot.* non semel δὲ δή jungit, nihil mutavi. ut L. VII. p. 442. D. ὁ δὲ δὴ ἀκτὼν. & alibi. *J. F. R.*

51. Φάρμακον — τελαμῶσθαι] Caute noster loquitur. Quantus enim dissensus inter auctores de hoc veneno olim fuerit, satis indicavit *Plutarchus* in Vita. Qui enim veneno sponte sumto periisse dicunt, (nam ne in hoc quidem conveniunt omnes) ii vel nihil addunt amplius, quo in numero est etiam *Pausan.* Art. p. 7, 21. *Wech.* vel ex calamo scriptorio volunt fuisse, quod *Plutarchus* probare videtur, vel, quod idem ex Eratosthene refert, ex annulo armillari excavato, (Φάρμακα ἐσθόμαχόνον illi fuisse τὸ κρίκου) quem *Plinius* 33, 1. s. 6. in annulum digitalem gemma ornatum pa-

kvit. Hunc tibi, Rex, finem obsessi expugnatique Demosthenis possum referre. ANT. Demosthenis & ista, Archia. Hem invictam animam & beatam! quam forte viri propositum, quam civilis providentia, in manu *semper* pignus certissimum libertatis habere. At ille quidem discessit, vitam habiturus in beatorum insulis, quae Heroum dicitur, vel vias quae putantur animarum in caelum, sectator Daemon Liberatoris Jovis. Corpus vero nos Athenas mittemus, donarium regioni illi, iis ipsis, qui ad Marathonem cecidere, praestantius.

τοῦτο τέλος, ὦ βασιλεῦ, ὃ Δημοσθένους πολιορκίας κομίζειν ἔχω. ANT. Δημοσθένους γε ἡ ταῦτα, ὦ Ἀρχία, βαβαὶ ὃ ἀηττήτου ψυχῆς, ἡ μακαρίας, ὡς ἀνδρεῖον ᾗ αὐτῷ τὸ [f] λῆμα, πολιτικὴ δὲ πρόνοια, μὴ χεῖρα τὸ πιστὸν ἔχειν ἐλευθερίας· ἀλλ' ὁ μὲ οἴχεται, βίον ἕξων [g] ἐν Μακάρων νήσοις ἡρώων λεγόμενον, ἢ τὰς εἰς οὐρανὸν [h] ψυχῶν νομιζομένας ὁδούς, ὀπαδός τις δαίμων ἑσόμενος Ἐλευθερίου Διός· τὸ σῶμα δ' ἡμεῖς εἰς [i] Ἀθήνας ἀποπέμψομεν, κάλλιον ἀνάθημα τῇ γῇ τοῦ ἐν Μαραθῶνι πεπτωκότων.*

DEORUM COMITIA.

JUPITER, MERCURIUS, ET MOMUS.

J U P.

NOlite amplius mussare, Dii, neque collecti in angulos ad aurem alter alterius miscere sermones, & aegre ferre,

ΘΕΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑ.

ΖΗΝ, ΕΡΜΗΣ, ΚΑΙ ΜΩΜΟΣ.

Ζ Ε Τ Σ.

Μηκέτι [k] τονθορίζετε, ὦ θεοί, μηδὲ κατ' γωνίας συγκεφόμβοι, πρὸς ἓς ἀλλήλους κοινολογεῖσθε, ἀγανακτοῦντες, εἰ πολ-

f Λῆμα] Φάσγανα marg. *A*1. *g* Ἢ] Εἰ *H*1. & 2. *h* Ψυχῶν] Ψυχαῖς *Fl.* ΖΕΥΣ &c.] Nomina personar. ex *B*1. addo, quae Ζηνὸς, Ἑρμοῦ & Μώμου inscripsit. Cett. omiserunt. ΖΕΥΣ *Fl. H. Ald. Fr.* *i* Εἰς] Omisit *Ha.* *k* Τονθορίζετε] Τονθορύζεσθε Schol.

72. *Ναίομεν] Ἀρχίας. *V.*

1. Μηκέτι τονθορύζετε] Ἀντὶ τοῦ ὑπ' ὀδόντας γογγύζετε. τονθορίζειν γὰρ τὸ γογγύζειν. *V.*

* Hoc Scholium, quod ultimum in MS. Cod. in fol. legitur, nec quo referam satis scio; nec, & ad quem locum referatur certo sciri possit, nullius videtur esse momenti. *M. du S.*

parum probabiliter transformat. Quantilla enim veneni portio in ejusmodi annulo contineri queat? *J. M. G.*

57. Τοὺς ἐν Μαραθ. πεσ.] Clarum hoc Demosthenis jusjurandum, quod & apud ipsum vide *pro Coron.* c. 60. & apud *Longinum*, ἐν ᾧ quod ei inest, rite enarrantem. *M. du S.*

59. Χαίρων] Ridicule sane. Famae Demosthenis aliquanto melius consulunt, qui epistolam scribentem faciunt, in qua Δημοσθένης Ἀντιπάτρῳ solum adscriptum. Vid. *Plut.* 1556. & in fine vitae *Demosth.* cap. 60. *M. du S.*

61. Δημοσθένης γε] Antipater. *F. G.*

68. Ὀπαδός τις δαίμων] Vide *Herodian.* I. in Commodi Oratione. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ εἰς οὐρανὸν ἀναπτὰς ὀπαδὸς ἤδη θ συνεδρὸς ἐστι Θεῶν. Παρ. c. 29. *M. du S.*

69. Ἐλευθερίου Διὸς] Qui colebatur praeter caeteros apud Plataeenses, post liberatam praelio ibi facto Graeciam. Auctor *Pausan.* Boeot. p. 283, 33. *J. M. G.*

1. Τονθορίζετε] Τονθορίζω & τονθορύζω utrumque usitatum. *F. G.*

2. Συγκεφόμβοι] *Conglobati.* *L. K.*

9. Achaeae,

πολλοὶ ἀνάξιοι μετέχουσιν ἡμῖν τῦ συμποσίυ. ἀλλ' ἐπειδὴ δεδόχθαι τάυτην ἐκκλησία, λεγέτω ἕκαστος ἐς τὸ φανερὸν τὰ δοκῦντά οἱ, καὶ καληγορείτω. σὺ δὲ κήρυττε, ὦ Ἑρμῆ, τὸ κήρυγμα τὸ ἐκ τῦ νόμυ. ΕΡΜ. Ἄκυε, σίγα, τίς ἀγορεύειν βύλεται τῶν τελείων θεῶν, οἷς ἔξεστιν; ἡ δὲ σκέψις δεῖ τῶν μετοίκων καὶ ξένων. ΜΩΜ. Ἐγὼ [a] ὁ Μῶμος, ὦ Ζεῦ, εἴ μοι ἐπιτρέψειας εἰπεῖν. ΖΕΥΣ. Τὸ κήρυγμα ἤδη ἐρρίηται· ὥστε ἐδὲν ἐμῦ δέησις.

ΜΩΜ. Φημὶ τοίνυν δεινὰ ποιεῖν ἐνίυς ἡμῶν, οἷς οὐκ ἐπόχρη θεοὺς ἐξ ἀνθρώπων αὐτοὺς γεγενῆσθαι, ἀλλ', εἰ μὴ καὶ τοὺς ἀκολύθυς, καὶ θεράποντας αὐτῶν ἰσοτίμυς ἡμῖν ἐπιφανῦσιν, ἐδὲν μέγα, ἐδὲ νεανικὸν οἴονται εἰργάσασθαι. ἀξιῶ δὲ, ὦ Ζεῦ, μὴ παρρησίας μοι δῦναι εἰπεῖν· ἐδὲ γὰρ ἂν ἄλλως δυναίμην· ἀλλὰ πάντες με ἴσασιν ὡς ἐλεύθερός εἰμι τὴν γλῶτταν, καὶ ἐδὲν ἂν καλασιωπήσαιμι τῶν ἀ καλῶς γιγνομένων. διελέγχω γὰρ ἅπαντα, καὶ λέγω τὰ δοκῦντά μοι ἐς τὸ φανερὸν, ὅτε δεδιώς τινα, ὅτε ὑπ' αἰδῦς ἐπικαλύπτων τὴν γνώμην· ὥστε καὶ ἐπαχθὴς δοκῶ τοῖς πολλοῖς, καὶ συκοφαντικὸς τὴν φύσιν, δημόσιός τις κατήγορος ὑπ' αὐτῶν ἐπονομαζόμενος. πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ ἔξεστι, καὶ κεκήρυκται, καὶ σὺ, ὦ Ζεῦ, δίδως μετ' ἐξυσίας εἰπεῖν, ἐδὲν ὑποστελλόμενος ἐρῶ.

si indigni multi convivio noſtro interſunt: ſed quandoquidem concio de his data eſt, aperte dicat unusquisque quid ſibi videatur, & accuſet. Tu vero, Mercuri, legitimum praeconium peragito. MERC. Audi: Tace: Quis vult concionari claſſicorum Deorum, quibus jus eſt? Quaeſtio de Inquilinis & Peregrinis. MOM. Ego, Momus, ſi mihi permiſeris, Jupiter, volo dicere. JUP. Praeconium tibi hoc jam permittit, itaque me (*meo permiſſu*) nihil opus habebis.

2. MOM. Ajo igitur intolerabiliter ſe gerere quosdam noſtrum, quibus non ſatis eſt Deos ex hominibus ipſos eſſe factos: ſed niſi ſuos etiam pediſſequos atque famulos in aequo nobiſcum faſtigio conſtituerint, nihil ſibi magnifice, nihil fortiter feciſſe videntur. Peto autem a te, Jupiter, ut libere mihi dicere per te liceat. Neque enim alia lege poſſim, cum ſciant omnes quam liber ſim lingua, quam nihil eorum, quae contra quam decet fiunt, reticere ſoleam. Redarguo enim omnia, quaeque mihi videntur aperte profero, neque metuens quemquam, neque meam prae pudore ſententiam occultans, adeo quidem, ut etiam moleſtus plerisque videar, & calumniatorio ingenio; publicus quidam accuſator ab iis *propterea* dictus. Verum tamen, quandoquidem licet, & praeconio editum eſt, & tu das, Jupiter, orandi cum auctoritate facultatem, ſine metu dicam.

3. Mul-

a Ὁ] Abeſt artic. in *J.* adeſt in *Fl. P. H.* &c.

10. Οἷς ἔξεστιν] Τὸ, οἷς ἐφεῖται, ἀλλὰ τὰς θυλείας καὶ τὰ ἱερεῖα. ὁ γὰρ ἐξὸν θυλείας θυμαγορεῖν. *V.*

9. Ἄκυε, σίγα] Legitima verba etiam apud *Ariſtoph. Theſmoph.* 379. Ἄκυε πᾶς. Ἔδοξε τῇ βυλῇ τάδε. — τίς ἀγορεύειν βούλεται; Et vſ. 389. Σίγα, σιώπα, πρόσεχε τὸν νοῦν. Add. *Kuſter.* ad Ἐκκλησ. vſ. 130. it. Ἀχαρν. 45. Ipſe Demoſthenes *de Coron.* c. 53. Ἠρώτα μὲν ὁ κήρυξ, τίς ἀγορεύειν βούλεται; κ.τ.λ. *J.M.G.*

10. Τῶν τελείων θεῶν] Vid. *Spanh.* ad *Callim.* H. in Pall. vſ. 131. & 135. ubi *perfectos Deos* eſſe τελείους docet. Sed mihi hic videbatur ad perfectionem civilem & plenum jus civitatis potiſſimum referri, ut ſint *ei ἐν τέλει*, qui etiam τὰ τέλη vocantur (Vid. *Duker.* ad *Thucyd.* I, 58. & ipſe noſter τὰ τέλη τῶν κοινῶν vocat de *Morte Peregr.* c. 36.) principes civitatis, quibus magiſtratus, quem gerunt, aut dignitas concionis habendae jus tribuit. *Claſſicos* vocavi, ex moribus Romanis, quaſi primae claſſis cives, qui primi ad ſuffragia vocantur, & rem fere conficiunt. De μετοίκοις vid. *Flor. Chriſt.* ad *Ariſtoph.* Lyſiſtr. 580. *J.M.G.*

20. Μετὰ παῤῥησίας — εἰπεῖν] Adde ſupra *Jov. Conf.* c. 19. pr. Et *Elſner.* ad *Act. Apoſt.* IV. 29. ubi ſimiliter: καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου μετὰ παῤῥησίας πάσης λαλεῖν. *J.F.R.*

40. Nè-

3. Multi nimirum, *inquam*, non contenti, noſtri ſe conſeſſus factos eſſe participes, & aequo nobiscum jure epulari, idque cum ex altera parte mortales ſint, ſuos inſuper miniſtros & ſui chori ſodales eduxere in caelum, & furtim in album retulerunt, qui nunc aequaliter & de viſcerationibus partem & de ſacrificiis accipiunt, ne tributum quidem incolatus nobis ſolventes. JUP. Noli quidquam obſcura ſignificatione, Mome, dicere: ſed diſerte, & verbis propriis eloquere, adjecto etiam nomine. Nunc enim in medium tibi projecta oratio eſt, ut conjiciant multi, & alias alium tuis dictis accommodent. Oportet autem te, qui libertatem in dicendo profitearis, nihil dubitare dicere.

4. MOM. Praeclare ſane, Jupiter, *facis*, cum ad dicendi me libertatem incitas, regie iſtuc profecto facis & magno animo. Itaque nomen etiam dicam. Nempe praeclarus ille Bacchus, ſemihomo, ne Graecus quidem materno genere, ſed vectoris Syrophoenicis, Cadmi, ex filia nepos, poſtquam immortalitate dignatus eſt, qualis ipſe ſit, non dico, neque ob mitram, neque ebrietatis cauſſa, neque ob inceſſum. Omnes enim, puto, videtis, quam muliebris ſit & effeminatus natura, ſemifurioſus, merum a ſummo inde mane redolens. At ille tota nos tribu auxit, & ſuum ſecum chorum adducens adeſt, Deosque fecit Pana & Silenum, & Satyros, ruſticos & ca-

Πολλοὶ γάρ, φημὶ, οὐκ ἀγαπῶντες ὅτι αὐτοὶ μετέχουσι τῆς αὐτῶν ἡμῖν ξυνεδρίων, καὶ εὐωχοῦνται ὁπόσης, καὶ ταῦτα θνητοὶ ἐξ ἡμισείας ὄντες· ἔτι καὶ τοὺς ὑπηρέτας, καὶ θιασώτας τοὺς αὑτῶν ἀνήγαγον ἐς τὸν οὐρανὸν, καὶ παρενέγραψαν. καὶ νῦν ὁπόσης ἀφορμάς τε νέμουσι, καὶ θυσιῶν μετέχουσιν, οὐδὲ καλαβαλόντες ἡμῖν τὸ μετοίκιον. ΖΕΥΣ. Μηδὲν αἰνιγματωδῶς, ὦ Μῶμε, ἀλλὰ σαφῶς καὶ ἀφῃρημένῃ λέγε, προστιθεὶς καὶ τὸ ὄνομα. νῦν γὰρ ἐς τὸ μέσον ἀπέρριπταί σοι ὁ λόγος, ὡς πολλοὺς εἰκάζειν καὶ ἐφαρμόζειν ἄλλοτε ἄλλον τοῖς λεγομένοις. χρὴ δὲ παῤῥησιαστὴν ὄντα, μηδὲν ὀκνεῖν λέγειν.

ΜΩΜ. Εὖγε, ὦ Ζεῦ, ὅτι καὶ παροτρύνεις με πρὸς τὴν παῤῥησίαν, ποιεῖς γὰρ τοῦτο βασιλικὸν, ὡς ἀληθῶς, καὶ μεγαλόφρον, ὥστε ἐρῶ καὶ τὸ ὄνομα. ὁ γοῦν γενναιότατος Διόνυσος, ἡμιάνθρωπος ὢν, οὐδὲ Ἕλλην μητρόθεν, ἀλλὰ Συροφοίνικός τινος ἐμπόρου, τοῦ Κάδμου, θυγατριδοῦς, ἐπειδὴ ἠξιώθη τῆς ἀθανασίας, οἷός ἐστιν αὐτός ἐστιν, οὐ λέγω, ὅτε τὴν μίτραν, ὅτε τὴν μέθην, ὅτε τὸ βάδισμα. πάντες γάρ, οἶμαι, ὁρᾶτε ὡς θῆλυς καὶ γυναικεῖος τὴν φύσιν, ἠμιμανὴς, ἀκράτου ἑωθεν ἀποπνέων. ὁ δὲ καὶ ὅλην [b] Φρατρίαν [c] εἰσεποίησεν ἡμῖν, καὶ τὸν χορὸν ἐπαγόμενος πάρεστι, καὶ θεὸς ἀπέφηνε, τὸν Πᾶνα, καὶ τὸν [d] Σειληνὸν, καὶ Σατύρους, ἀγροί-

[b] Φρατρίαν] Φατρίαν male *J.* [c] Εἰσεποίησεν] Ἐπόησεν *Fl.* [d] Σειληνὸν] Σιληνὸν Edd. quas vidi omnes.

56. Οὔτε τὴν μίτραν] Μίτρα ὁ γυναικεῖος καὶ κεφαλῆς ἀναδέσμος· λέγεται δὲ μίτρα καὶ προγαστρίδιός τις ὑπλοῦσιν ἁλυσιδωτὴ, καὶ πρὸ τοῦ ἤτρου φυλακή τις καὶ ἀσφάλεια. *V.*

40. Νέμονται.] *Participant, poſſident.* *F.G.*

53. Ἐμπόρου τοῦ Κάδμου] Puto hic ἔμπορον *Homeri* intellectu, Deorum lingua, dici, cum ex vi originis ſuae eum notat, qui mare tranſicit, ſpeciatim aliena navi, quem ἐπιβάτην poſtea dixere, cum ἔμπορος mercatorem, negotiatorem ſignificare coepiſſet, quod teſtantur *Euſtathius* pariter & minor Scholiaſtes ad Odyſſ. B, 319. Huc reſpicit, arbitror, etiam *Pollux* I, 95. Εἰς ὃ δ' ἂν τὴν ἐμπλεύσωσι καὶ ἔμπορος. Itaque *vectorem* interpretatus ſum. Neque enim puto *mercatorem* ab ullo veterum eſſe vocatum. Sed nave perveniſſe in Graeciam inter omnes conſtat. *J.M.G.*

56. Μίτραν] Hinc ſupra θηλύμιτρις, quod vide Διον. C. 3. *M. du S.*

59. Φρατρίαν] Sic *Ven.* 2. *B*2. & *P.* In reliquis prave *Φατρίαν*. Vide Ἑρμ. c. 24. & notam. *M. du S.*

62. Σειληνὸν] Omnes Impreſſi hic prave Σιληνὸν habebant. Vide ſupra Διον. ubi frequenter occurrit & recte ſcribitur. *M. du S.*

Σειληνὸν] Non dubitavi & hic ita reſcribere; invitis

ἀγροίκους τινὰς, καὶ αἰπόλους τοὺς πολλούς, σκιρτητικοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὰς μορφὰς ἀλλοκότους· ὧν ὁ μὲν κέρατα ἔχων, καὶ ὅσον ἐξ ἡμισείας ἐς τὸ κάτω αἰγὶ ἐοικὼς, καὶ γένειον βαθὺ καθειμένος, ὀλίγου τράγου διαφέρων ἴδειν· ὁ δὲ φαλακρὸς γέρων, σιμὸς τὰ ῥῖνα, ὄπισθεν ὄνου τὰ πολλὰ ὀχούμενος, Λυδός ἐστιν· οἱ δὲ Σάτυροι, ὀξεῖς τὰ ὦτα, καὶ αὐτοὶ φαλακροὶ, κεράστιαι, οἷα τοῖς ἄρτι γεγηθεῖσιν ἐρίφοις τὰ κέρατα ἐκφύεται, Φρύγες τινὲς ὄντες. ἔχουσι δὲ καὶ ὑρὰς ἅπαντες. ὁρᾶτε οἵους ἡμῖν θεοὺς ποιεῖ ὁ γεπάδας;

Εἶτα θαυμάζομεν, εἰ καταφρονοῦσιν ἡμῶν οἱ ἄνθρωποι, ὁρῶντες οὕτω γελοίους θεοὺς καὶ τερατίους; ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅτι καὶ δύο γυναῖκας ἀνήγαγε, τήν μὲν ἐρωμένην οὖσαν αὐτῷ, τὴν Ἀριάδνην, ἣς καὶ τὸ στέφανον ἐγκατέλεξε τῷ τῶν ἀστέρων χορῷ· τὴν δὲ Ἰκαρίου τοῦ γεωργοῦ θυγατέρα. καὶ ὁ πάντων γελοιότατον, ὦ θεοί, καὶ τὴν κύνα τὴν Ἠριγόνης, καὶ τοῦτον ἀνήγαγεν, ὡς μὴ ἀνιῶτο ἡ παῖς, εἰ μὴ ἔχει ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ξύνηθες ἐκεῖνο, καὶ ὅθεν ἠγάπα κυνίδιον. ταῦτα οὐχ ὕβρις [a] ὑμῖν δοκεῖ, καὶ παροινία, καὶ γέλως; ἀκούσατε δ' ὧν καὶ ἄλλων.

ΖΕΥΣ. Μηδὲν, ὦ Μῶμε, εἴπῃς, μήτε περὶ Ἀσκληπιοῦ, μήτε περὶ Ἡρακλέους

prarios plerosque, lascivos, aliena figura, homines: quorum unus corniger, & ex dimidia inferiori parte capro similis, barbam demittens longam, parum a capro differt: alter calvus senex, simis naribus, asino plerumque vectus: iste Lydus est. Satyri autem acutis auribus, calvi ipsi quoque, cornibus praediti qualia haedis recens natis subnascuntur: hi Phryges. Caudas habent universi. Vide quales nobis praeclarus iste Deos faciat?

5. Deinde admiramur, si contemnunt nos homines, cum videant ridiculos adeo Deos ac portentosos. Mitto dicere, quod duas etiam mulieres huc eduxit, amasiam alteram suam Ariadnen, cujus etiam coronam siderum choro inseruit, alteram Icarii rustici filiam: & quod omnium maxime, Dii, ridiculum est, etiam canem hujus Erigones ipsum huc eduxit, ne desiderio maceretur puella, si non habeat in caelo, familiarem sibi illam dilectamque caniculam. Haec nonne contumelia vobis videtur, & ebriosa insania, & risus? Audite vero etiam alios.

ἔχειν μᾶλλον ἐθέλοντες, ἢ δίχα πραγμάτων ζῆν. τὰ γὰρ δὴ πολλὰ, καὶ τίμια, καὶ εὐδαιμονικὰ σκεύασματα, ἐφ' οἷς ἀγάλλεσθε, ἀφ' πολλῆς ὑμῖν ταῦτα κακοδαιμονίας καὶ ταλαιπωρίας παρεγίνετο. σκόπει γὰρ, εἰ βούλει, τὸν πολύευκτον χρυσὸν, καὶ τὸν ἄργυρον, σκόπει τὰς οἰκίας τὰς πολυτελεῖς, σκόπει τὰς ἐσθῆτας τὰς ἐσπουδασμένας, σκόπει τὰ τούτοις ἀκόλουθα πάντα· πόσων πραγμάτων ἐστὶν ὤνια, πόσων πόνων, πόσων κινδύνων, μᾶλλον δὲ αἱμάτων, καὶ θανάτου, καὶ ἀφθορᾶς ἀνθρώπων πόσης; καὶ μόνον ὅτι πολέμοις ἁπάντων ἀπόλλυνται ἀφ' ταῦτα πολλοὶ, καὶ ζητοῦντες καὶ δημιουργοῦντες δεινὰ πάσχουσιν· ἀλλ' ὅτι καὶ πολυμάχητά ἐστι, καὶ ἐπιβουλεύονται ἀλλήλοις ἀφ' ταῦτα φίλοις φίλοι, καὶ πατράσι παῖδες, καὶ γυναῖκες ἀνδράσιν. οὕτως οἶμαι καὶ τὴν Ἐριφύλην, ἀφ' τὸν χρυσὸν προδοῦναι τὸν ἄνδρα.

universum moleſtias & mala habere, quam ſine iis aetatem agere malitis. Multi enim illi & pretioſi & beati apparatus, quibus gaudetis, per multam demum vobis miſeriam aerumnamque contingunt. Conſidera enim, ſis, optabile illud aurum, & argentum, domus ſumtuoſas conſidera, veſtes conſidera ſumma induſtria factas, conſidera quae iſtaec conſequuntur omnia, quot ſint venalia negotiis, quot laboribus, quot periculis, quin ſanguine potius, & morte, & quanta ſtrage mortalium? non modo quod navigantes propter iſta multi pereunt, & dum quaerunt, dum aedificant, mala multa patiuntur: ſed quod toties de illis pugnatur, quod inſidias ſibi propter iſta ſtruunt amicis amici, & liberi parentibus, & maritis ſuis conjuges. Ita puto auri cauſſa proditum ab Eriphyle virum.

Καὶ ταῦτα μὲν τὰ φάντα γίγνεται, τὰ μὲν ποικίλων ἱματίων οὐδέν τι μᾶλλον θάλπειν δυναμένων· τῶν δὲ χρυσοφόρων οἰκιῶν οὐδέν τι μᾶλλον σκεπόντων· τὰ δὲ ἐκπωμάτων τὰ ἀργυρᾶ οὐκ ὠφελούντων τὸν πότον, οὐδὲ τὰ χρυσᾶ, οὐδὲ τὰ ἐλεφαντίνων αὖ κλινῶν τὸν ὕπνον ἡδίω παρεχομένων· ἀλλ' ὄφει πολλάκις ἐπὶ τὰ ἐλεφαντίνης κλίνης, καὶ τὰ πολυτελῶν στρωμάτων, τοὺς εὐδαίμονας ὕπνου λαχεῖν οὐ δυναμένους. ἔτι δὲ καὶ αἱ παντοδαπαὶ περὶ τὰ βρώματα πραγματεῖαι, τρέφουσι μὲν οὐδὲν μᾶλλον, [a] λυμαίνονται δὲ τὰ σώματα, καὶ τοῖς σώμασι νόσους ἐμποιοῦσι.

9. Atque iſta fiunt omnia, cum tamen pictae veſtes nihilo magis foveant, & faſtigii aurei domus nihilo tegant magis, & potum nihil juvent nec argentea pocula neque aurea, neque ſomnum ſuaviorem ebumei lecti praebeant: ſed ſaepe videas eburneo ſuper lecto, & pretioſis in ſtragulis, beatos illos ſomnum capere non poſſe. Porro omnigeni illi circa cibum labores, nihilo magis illi quidem alunt, ſed corrumpunt corpora, & morbos illis inferunt.

Τί δὲ δεῖ λέγειν ὅσα τὰ ἀφροδισίων ἕνεκα πράγματα ποιοῦσί τε καὶ πάσχουσιν οἱ ἄνθρωποι; καίτοι ῥᾴδιον θεραπεύειν ταύτην τὴν

10. Quid vero dicam, quot negotia Veneris cauſſa homines & faceſſant aliis, & ipſi ſuſtineant? cum ita facile ſit illam curare

[a] Λυμαίνονται δὲ] Ἢ λυμαίνονται *Fl.*

64. Ἐρ φύλλω] Amphiarai uxorem. *M. du S.*

82. Καίτοι ῥᾴδιον θεραπεύειν ταύτην τὴν ἕτιθ.] Latet hic Cynicum ulcus, de quo Dio illa parte minime *Chryſoſtomus* in Diog. ſed e tyrannide p. 90. *J. M. G.*

84. Εἰς ταύτην] Subaudi ὀδύν. F. G.

98. Μὴ] Edd. pleraeque καὶ μὴ. Delendum illud καὶ jam olim videram, nondum inſpecta *Fl.* Ed. in qua non reperitur. *M. du S.*

3. Νὴ

rare cupiditatem, nisi quis delicatus nimis esse velit: neque in illam ipsam furor suus & corruptela sufficere hominibus videtur. Sed jam etiam usum rerum pervertunt, utentes unaquaque, ad quod natura sua apta non est, ut si quis plaustri loco uti tanquam plaustro velit lectulo. LYC. Et quis est ille? CYN. Vos, qui hominibus utimini pro jumentis, jubetisque illos velut plaustra sic lecticas agere cervicibus. Ipsi vero supra jacetis delicati, & inde velut asinos habenis regitis homines, hac non illac vertere se jussos. Quique haec maxime facitis, ii maxime felices praedicamini.

11. Tum illi, qui carnibus non tantum in cibo utuntur, sed tincturas machinantur per illas, quales sunt qui purpuram inficiunt: nonne hi quoque praeter naturam his, quae paravit Deus, utuntur? LYC. Recte sane. Potest enim inficere, non edi modo caro purpurae. CYN. Sed non ad hoc nata est. Alioqui etiam cratere possit aliquis per vim pro olla uti: sed ad hoc factus non est. Verum enim vero quomodo possit aliquis omnem horum enarrare miseriam? tanta est. Tu vero me, quod in partem illius venire nolim, eo nomine accusas? Caeterum vivo ut ille, *quem ante describebam*, modestus, epulor illa quae ante me posita sunt, &, quae minimo parari possunt, illis utor, varia illa & omnigena ne quidem desiderans.

12. Deinde bestiarum vitam, qui minutis rebus indigeam, & paucis utar, vivere tibi videor? Secundum tuam quidem rationem etiam deteriores bestiis Dii fuerint. Nulla enim re indigent. Ut vero accurate cupiditatem, nisi quis delicatus nimis esse velit: neque in illam ipsam furor suus & corruptela sufficere hominibus videtur. Sed jam etiam usum rerum pervertunt, utentes unaquaque, ad quod natura sua apta non est, ut si quis plaustri loco uti tanquam plaustro velit lectulo. LYC. Et quis est ille? CYN. Vos, qui hominibus utimini pro jumentis, jubetisque illos velut plaustra sic lecticas agere cervicibus. Ipsi vero supra jacetis delicati, & inde velut asinos habenis regitis homines, hac non illac vertere se jussos. Quique haec maxime facitis, ii maxime felices praedicamini.

11. Tum illi, qui carnibus non tantum in cibo utuntur, sed tincturas machinantur per illas, quales sunt qui purpuram inficiunt: nonne hi quoque praeter naturam his, quae paravit Deus, utuntur? LYC. Recte sane. Potest enim inficere, non edi modo caro purpurae. CYN. Sed non ad hoc nata est. Alioqui etiam cratere possit aliquis per vim pro olla uti: sed ad hoc factus non est. Verum enim vero quomodo possit aliquis omnem horum enarrare miseriam? tanta est. Tu vero me, quod in partem illius venire nolim, eo nomine accusas? Caeterum vivo ut ille, *quem ante describebam*, modestus, epulor illa quae ante me posita sunt, &, quae minimo parari possunt, illis utor, varia illa & omnigena ne quidem desiderans.

12. Deinde bestiarum vitam, qui minutis rebus indigeam, & paucis utar, vivere tibi videor? Secundum tuam quidem rationem etiam deteriores bestiis Dii fuerint. Nulla enim re indigent. Ut vero accurate

ἐπιθυμίαν, εἰ μή τις ἐθέλοι τρυφᾶν. ἢ οὐδ' εἰς ταύτην ἡ μανία καὶ διαφθορὰ φαίνεται τοῖς ἀνθρώποις ἐχεῖν, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ὄντων τὴν χρῆσιν ἀναστρέφουσιν, ἑκάστῳ χρώμενοι, πρὸς ὃ μὴ πέφυκεν, ὥσπερ εἴ τις ἀντὶ ἀμάξης ἐθέλοι τῇ κλίνῃ χρήσασθαι, καθάπερ ἀμάξῃ. ΛΥΚ. Καὶ τίς ἔστι; ΚΥΝ. Ὑμεῖς οἱ τοῖς ἀνθρώποις ἅτε ὑποζυγίοις χρῆσθε, κελεύετε δὲ αὐτούς, ὥσπερ ἀμάξας, τὰς κλίνας τοῖς τραχήλοις ἄγειν, αὐτοὶ δ' ἄνω κατάκεισθε τρυφῶντες, καὶ ἐκεῖθεν ὥσπερ ὄνους ἡνιοχεῖτε τοὺς ἀνθρώπους, ταύτῃ ἀλλὰ μὴ ταύτῃ τρέπεσθαι κελεύοντες. καὶ οἱ ταῦτα μάλιστα ποιοῦντες, μάλιστα μακαρίζεσθε.

Οἱ δὲ τοῖς κρέασι, μὴ τροφῇ χρώμενοι μόνον, ἀλλὰ καὶ βαφὰς μηχανώμενοι δι' αὐτῆς, οἷοί γέ εἰσιν οἱ τὴν πορφύραν βάπτοντες, οὐχὶ καὶ αὐτοὶ παρὰ φύσιν χρῶνται τοῖς τοῦ θεοῦ κατασκευάσμασι; ΛΥΚ. Νὴ Δία. δύναται γὰρ βάπτειν, οὐκ ἐδωδίμου μόνον τὸ τὴν πορφύρας κρέας. ΚΥΝ. Ἀλλ' οὐ πρὸς τοῦτο γέγονεν· ἐπεὶ καὶ τῷ κρατῆρι δύναιτ' ἄν τις βιαζόμενος ὥσπερ χύτρᾳ χρήσασθαι, πλὴν οὐ πρὸς τοῦτο γέγονεν. ἀλλὰ γὰρ πῶς ἅπασαν τὴν τούτων τίς κακοδαιμονίαν διελθεῖν δύναιτ' ἄν; τοσαύτη τις ἐστί. σὺ δέ μοι, διότι μὴ βούλομαι ταύτης μετέχειν, ἐγκαλεῖς· ζῶ δὲ καθάπερ ὁ κόσμιος ἐκεῖνος, εὐωχούμενος τοῖς κατ' ἐμαυτὸν, καὶ τοῖς εὐτελεστάτοις χρώμενος, τῶν δὲ ποικίλων καὶ πανδαπῶν οὐκ ἐφίεμαι.

Κἄπειτα βίον θηρίων βραχέων δεόμενον, καὶ ὀλίγοις χρώμενον, δοκῶ σοι ζῆν, κινδυνεύουσιν οἱ θεοὶ καὶ τῶν θηρίων εἶναι χείρονες, κατά γε τὸν σὸν λόγον, ἐδενὸς γὰρ δέονται. ἵνα δὲ καὶ μάθῃς ἀκριβέστερον τὸ, τε ὀλί-

b Χρῆσθε] Χρῆσθαι male *Fl.* *c* Μὴ] Sequimur *Fl.* quae καὶ ignoravit: nam καὶ μὴ posteriores. Οὐκ ἐπὶ adscripserat *Ces.* Bene; sed jam non opus. *d* Θηρίων] Εἰ θηρίων *Fl.* *e* Θηρίων] Θηρίου male *H2.*

3. Νὴ Δία] Concedentis est νὴ Δία, non negantis. Hic autem non concedit Lucianus, sed negat. Scribendum ergo μὰ Δία. *M. du S.* Νὴ tamen & negationi addit *Aristid.* T. 2. p. 116. Ed. Jebb. Sed *Solano* adsentior hic mutandum; aut saltem negative vertendum. *J. F. R.*

ὀλίγων ἢ τὸ πολλῶν δεῖσθαι, ποῖόν τι ἑκάτερόν ἐστιν, ἐπόησον· ὅτι δέον πλειόνων οἱ μὲν παῖδες τῶν τελείων, αἱ δὲ γυναῖκες τῶν ἀνδρῶν, οἱ δὲ νοσοῦντες τῶν ὑγιαινόντων· καθόλου δὲ πανταχοῦ τὸ χεῖρον τοῦ κρείττονος πλειόνων δεῖται. Διὰ τοῦτο θεοὶ μὲν ἀδενές, οἱ δ' ἔγγιστα θεῶν ἐλαχίστων δέονται.

Ἢ νομίζεις τὸν Ἡρακλέα, [a] τὸν πάντων ἀνθρώπων ἄριστον, θεῖον δὲ ἄνδρα, καὶ θεὸν ὀρθῶς νομισθέντα, διὰ κακοδαιμονίαν γυμνητεῦσαι γυμνόν, δέρμα μόνον ἔχοντα, καὶ μηδενὸς τῶν αὐτοῦ ὑμῖν δοκοῦντος; ἀλλ' ἦ κακοδαίμων ἦν ἐκεῖνος, ὃς καὶ τῶν ἄλλων ἀπήμυνε τὰ κακά· ἦδ' αὖ πένης, ὃς γῆς καὶ θαλάττης ἦρχεν, ἐφ' ὅ, τι γὰρ ὁρμήσειεν, ἁπανταχοῦ πάντων ἐκράτει, καὶ ἡδονὴν τὸ τότε ἐνέτυχεν ὁμοίῳ, ἢδὲ κρείττονι ἑαυτῷ, μέχρι περ ἐξ ἀνθρώπων ἀπῆλθεν. Ἆρα σὺ δοκεῖς στρωμάτων καὶ ὑποδημάτων ἀπόρως ἔχειν, καὶ διὰ τοῦτο δεῖσθαι [b] τοιούτου; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ἀλλ' ἐγκρατὴς, καὶ καρτερικὸς ἦν, [c] καὶ κρατεῖν ἤθελε, καὶ τρυφᾶν οὐκ ἐβούλετο. Ὁ δὲ Θησεὺς ὁ τούτου μαθητὴς, ὁ βασιλεὺς μὲν ἦν πάντων Ἀθηναίων, υἱὸς δὲ Ποσειδῶνος, ὡς φασιν, ἄριστος δὲ καὶ τῶν καθ' αὐτόν;

Ἀλλ' ὅμως κἀκεῖνος ἤθελεν [d] ἀνυπόδητος εἶναι, καὶ γυμνὸς βαδίζειν, καὶ πώγωνα καὶ κόμην ἔχειν ἤρεσκεν αὐτῷ, καὶ οὐκ ἐκείνῳ [c] μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς πα-

tius comprehendas, quale utrumque ſit; tum paucis indigere, tum multis, cogita pluribus indigere pueros quam adultos, mulieres quam viros, aegrotos quam ſanos: in univerſum vero quod ubique deterius eſt, illud pluribus indigere eo, quod eſt praeſtantius. Propterea Dii quidem re nulla, qui autem proxime ad Deos accedunt, indigent pauciſſimis.

13. Aut putasne, Herculem, illum hominum omnium fortiſſimum, divinum virorum, & pro Deo recte habitum, propter infelicitatem oberraſſe nudum, pelle ſola inſtructum, nullaque earum rerum, quibus vos, indigentem? Verum infelix ille non fuit, qui & aliorum defenderet mala, neque pauper, qui terrae & maris haberet imperium. Quocumque enim illum raperet impetus, ubique vincebat omnes, in neminem illius aetatis vel ſimilem ſe vel meliorem incidit, donec ab hominibus diſceſſit. An tu putas ſtragula illum veſte & calceis indiguiſſe, & propterea ſic oberraſſe? Non eſt, quod illud dicamus. Sed continens erat & tolerans; & volebat vincere, & deliciis frangi nolebat. Illius vero Theſeus diſcipulus nonne rex erat Athenienſium omnium, filius vero Neptuni, ut ajunt, vir ſuae aetatis omnium fortiſſimus?

14. Sed tamen is quoque voluit ſine calceis eſſe, & incedere nudus, & barbam & comam alere ipſi placuit: & non ipſi ſolum, ſed antiquis placuit omnibus. Nempe

a Τὸν πάντων] Τῶν Edd. priores. b Τοιούτου] Fl. praeeunte dedi. Τοιοῦτοι cett. c Καὶ κρατὴς] Et ſic Fl. cum reliquis. d Ἀνυπόδητος] Ita jam omnes. Alias & ἀνυπόδητος. Ut *Philopatr.* c. 21. &c. e Μόνον] Μόνων Fl.

28. Τὸν Ἡρακλέα] Memineramus, Herculem peculiariter numen eſſe Cynicorum, quem ſibi imitandum Herculiſci novi ſumſerint. Pluſcula ſunt in Proteo Luciani. Clava etiam illum imitabantur, cujus rei imago eſt in *Sexto Empir.* Fabric. p. 39. De regno illo Herculis, cujus ſtatim fit mentio, ſplendidiſſime *Dio* Or. de Regno. p. 12. D. Ἐκεῖνος δ' ὁ μόνος τῶν Ἑλλήνων ἦν βασιλεὺς, ἀλλ' ἀπ' ἀνίσχοντος ἡλίου μέχρι δυσμῶν, πάσης ἦρχε γῆς, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἁπάντων, παρ' οἷς ἐγὼ ἔτυχον Ἡρακλέους κ. τ. λ. *J. M. G.*

Ibid. Τῶν πάντων] In mutatione tam exigua, errore orto a ſcribendi compendio in articulis pingendis uſitato, contra Edd. *Geſneri* emendationem recepi. Etſi enim vulgatum ſatis intelligi queat, friget tamen prae altero, quod Luciano aliisque proprium eſſe, teſtimoniis haud eget. *J. F. B.*

38. Ἢ σὺ δοκεῖς στρωμάτων καὶ ὑποδημάτων ἀπόρως ἔχειν, καὶ διὰ τοῦτο δεῖσθαι τοιούτου;] Cynicus contendens, labores, moleſtias, pericula, non reddere per ſe aliquem miſerum & egentem, utitur exemplo Herculis,

pe vobis meliores erant: nec magis illorum quisquam tonderi se passus esset, quam leonum. Mollitiem enim & laevitatem carnis feminis putabant decoram: at ipsi, ut erant viri, ita etiam volebant videri: & decus viri barbam putabant, ut equorum jubam, & barbam leonum, quibus *animantibus* pulchritudinis & ornatus caussa Deus quaedam addidit. Ita vero etiam barbam apposuit viris. Illos ego antiquos aemulor, illos imitari cupio. Qui vero nunc sunt, illis non equidem invideo admirabili felicitate, qua fruuntur circa mensas & vestimenta, laevigantes, depilantes unamquamque partem corporis, neque occultorum quodquam *membrorum* ita uti natum est relinquentes.

15. At ego opto, pedes mihi equinis ungulis nihil differre, ut Chironis ajunt; me autem stragulis non indigere, velut leones; nec cibo magis pretioso opus habere, quam canes. Contingat verò mihi terram quidem pro cubili habere sufficiente, domum autem putare hoc universum, & cibum capere, qui facillime suppeditari mihi possit. Auro autem atque argento opus habeam neque ego, neque amicorum meorum quisquam: quandoquidem mala omnia hominibus ex horum cupiditate nascuntur: & seditiones, & bella, & insidiae, & caedes. Haec omnia fontem habent plus habendi

λαιοῖς ἤρεσκεν. ἀμείνους γὰρ ἦσαν ὑμῶν· καὶ οὐκ ἂν ὑπέμεινεν οὐδὲ εἷς [f] αὐτῶν οὐδὲν μᾶλλον, ἢ τῶν λεόντων τίς, ξυρώμενος. ὑγρότητα γὰρ, καὶ λειότητα σαρκὸς, γυναιξὶ πρέπειν ἡγοῦντο· αὐτοὶ δ' ὥσπερ ἦσαν, καὶ φαίνεσθαι ἄνδρες ἤθελον, καὶ τὰ πώγωνα κόσμον ἀνδρὸς ἐνόμιζον, ὥσπερ καὶ [g] ἵππων χαίτην, καὶ λεόντων γένεια, οἷς ὁ θεὸς ἀγλαΐας καὶ κόσμου χάριν προσέθηκέ τινα· ἔτυχε δὲ καὶ τοῖς ἀνδράσι τὰ πώγωνα προσθεὶς. ἐκείνους ὦν ἐγὼ ζηλῶ τοὺς παλαιοὺς, καὶ ἐκείνοις μιμεῖσθαι βούλομαι, τοὺς δὲ νῦν οὐ ζηλῶ τῆς θαυμαστῆς ταύτης εὐδαιμονίας, ἣν ἔχουσι, περὶ τραπέζας, καὶ ἐσθῆτας, καὶ λειαίνοντες καὶ ψιλοῦντα πᾶν τοῦ σώματος μέρος, καὶ μηδὲν τῶν ἀπορρήτων οὐδὲν, ἢ πέφυκεν, ἔχειν ἐῶντες.

Εὔχομαι δέ μοι τοὺς μὲν πόδας ὁπλῶν ἱππείων οὐδὲν διαφέρειν, ὥσπερ φασὶ [h] Χείρωνος· αὐτὸς δὲ μὴ δεῖσθαι στρωμάτων, ὥσπερ οἱ λέοντες· ὕπτια τροφῆς δεῖσθαι πολυτελοῦς μᾶλλον ἢ οἱ κύνες. εἴη δέ μοι γῆν μὲν ἅπασαν εὐνὴν αὐτάρκη ἔχειν, οἶκον δὲ τὸν κόσμον νομίζειν, τροφὴν δὲ αἱρεῖσθαι τὴν ῥᾳστην πορισθῆναι. χρυσοῦ δὲ καὶ ἀργύρου μὴ δεηθείην μήτ' ἐν ἐγὼ, μήτε τῶν ἐμῶν φίλων μηδείς. πάντα γὰρ τὰ κακὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τούτων ἐπιθυμίας φύονται, καὶ στάσεις, καὶ πόλεμοι, καὶ ἐπιβουλαὶ, καὶ σφαγαί. ταυτὶ πάντα πηγὴν ἔχει τὴν ἐπιθυμίαν

f Αὐτῶν] Bene Edd. vett. Αὐτὸν male *P.* *g* Ἵππων] Ἵππου *P.* sola. *h* Χείρωνος] Τοῦ Χείρωνος *Fl.*

lis, qui nudus, pellem modo indutus, peragrarit terrarum orbem; monstra domuerit; omnibusque superior fuerit. *At*, inquit Cynicus, *non id Herculem fecit, quippe qui mari & terrae imperavit; non propterea fuit miser, quippe qui alios miseria liberavit. An vero*, pergit, *tu putas, eum, qui talis erat, equisse stratis & calceis, ac ob illud circumerrasse?* Sed Graeca sunt soloecismo inquinata; σὺ δοκεῖς τοῦτον τοιοῦτος; nam illud τοιοῦτος pertinet ad Herculem. Possemus legere σοὶ δοκεῖ. Possemus minori mutatione, τοιοῦτον· nec dubito quin ita scripserit Lucianus. (immo, ut video, dubitandum non est; nam clare τοιοῦτος habet Florentina.) Quis enim tam turpem sermonem ab tersissimo scriptore speret? *J.J.*

40. Περιῆναι τοιοῦτος] Etsi θεὸν εἶναι τοιοῦτος alio sensu recte dicitur, & nominativum cum infinito alibi recte stare demonstravimus: hic tamen minime tolerabile erat τοιοῦτος, quia sic ad praemissum σὺ pertineret, a quo cum necessario divellendum ac distinguendum sit, non haesitavi Florentinae ac *Jensio* obsecundare. *J.F.R.*

Ibid. Τοιοῦτον] Secutus sum *Fl.* in reliquis τοιοῦτος est. *M. duS.*

77. Πάντα γὰρ τὰ κακὰ] Quanta ex auri argentique cupiditate mala oriantur, hoc aliisque testimoniis enarrat *L. Bos* ad I. Ep. *Timoth.* VI. 10. ubi ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία, habemus. *J.F.R.*

μίαν τῆ πλείονος· ἀλλ' ἡμῖν αὕτη ἀπείη, ἡ πλεονεξίας μήποτε ὀρεχθείην· μειονεκτῶν δ' ἀνέχεσθαι δυναίμην.

Τοιαῦτά σοι τάγε ἡμέτερα, πολὺ δήπου διάφωνα τοῖς τῶν πολλῶν βουλήμασι. καὶ οὐ θαυμαστὸν οὐδέν, εἰ τῷ σχήματι διαφέρομεν αὐτῶν, ὁπότε καὶ τῇ προαιρέσει τοσοῦτον διαφέρομεν. θαυμάζω δέ σου, πῶς ποτε κιθαρῳδὸν μέν τινα νομίζεις σολὴν καὶ σχῆμα, καὶ αὐλητῆ, νὴ Δία, σχῆμα, καὶ σολὴν τραγῳδῆ, ἀνδρὸς δὲ ἀγαθοῦ σχῆμα καὶ σολὴν οὐκ ἔτι νομίζεις, ἀλλὰ τὸ αὐτίκα αὐτὸν οἴει δεῖν ἔχειν τοῖς πολλοῖς, καὶ ταῦτα τῶν πολλῶν κακῶν ὄντων. εἰ μὲ δεῖ ἑνὸς ἰδίου σχήματος τοῖς ἀγαθοῖς, τί πρέποι ἂν μᾶλλον, ἢ τοῦθ', ὅτῳ ἀναιδέστατον [a] μᾶλλον τοῖς ἀκολάστοις δόξῃ, καὶ ὅτῳ [b] ἀπεύξαιντ' ἂν ὅτοι μάλιστα, ἔχειν;

Οὐκοῦν τό γε ἐμὸν σχῆμα τοιοῦτόν ἐστιν, αὐχμηρὸν εἶναι, λάσιον εἶναι, τρίβωνα ἔχειν, κομᾶν, ἀνυποδητεῖν· τὸ δ' ὑμέτερον ὅμοιον τῷ τῶν κιναίδων, καὶ διακρίνειν οὐδὲ εἰς ἂν ἔχοι, οὐ τῇ χροιᾷ τῶν ἱματίων, οὐ τῇ μαλακότητι, οὐ τῷ πλήθει τῶν χιτωνίσκων, οὐ τοῖς ἀμφιάσμασιν, οὐχ ὑποδήμασιν, οὐ

cupidinem. At a nobis illa abſit, & plus *aequo* habere nunquam ego concupiſcam, minus contra me habere poſſim tolerare!

16. Habes rationem noſtram, multum ſane diverſam a vulgi voluntatibus: nec mirum, ſi habitu ab illis differimus, qui tam diverſo ſimus inſtituto. Te porro miror, quomodo tandem citharoedi quendam veſtitum putes & habitum eſſe, & tibicinis habitum, & longam veſtem Tragoedi: viri autem boni habitum & veſtem non jam putes, ſed eundem illum habere *arbitreris* oportere, quem vulgus, idque cum vulgus malum ſit? Si quidem unus & ſuus habitus bonis convenit, quis magis deceat, quam ille, qui minime omnium delectet luxuriosos homines, quemque habere hi maxime deteſtentur?

17. Jam vero is eſt meus habitus, quod ſqualidus ſum, quod hirſutus, quod detritam geſto penulam, quod comatus, quod ſine calceis. Veſter autem ille cinaedico ſimilis eſt, quem diſcernere nemo poſſit, nec colore veſtimentorum, neque mollitie, neque tunicarum multitudine, neque amiculis, neque calceis, neque capillorum paratu,

[a] Μᾶλλον] Nihil variant Edd. [b] Ἀπεύξαιντ'] Lacuna hic in *Fl.*

96. Ἀναιδέστατον] Vox haec, ſi recte habet, ſenſu plane novo ſumitur. Non enim *inverecundum*, ut affolet, ſed *quod pudorem incutere valet.* hic neceſſario ſignificat, ſed ſanum eſſe locum, dubito. *M. du S.*

Ibid. Ὅτῳ ἀναιδέστατον μᾶλλον] Neſcio quid ſibi velit ἀναιδέστατος, quod *impudentiſſimum* notat; neque quid interpres, qui *pudendum* vertit. Puto corruptum eſſe inter dictantem & excipientem vocabulum, legendumque ἀνηδέστατον ſuperlativo quaſi gradus quarti ex ἀνήδης. Atque ſic interpretatus ſum interea. Niſi tamen potius audienda vetera Lexica, in quibus ἀναίδης eſt ἄμοιρος, ἄτιμος quae ſi ſequamur, σχῆμα ἀναιδέστατον τοῖς ἀκολάστοις fuerit habitus, cujus minime participes eſſe velint homines luxurioſi. *J. M. G.*

Ibid. Ἀναιδέστατον] Forte ἀνηδέστατον vel ἀνιδέστατον. *J. J. Weiſſ.*

2. Κομᾶν] Dixi jam ſupra ad cap. 1. & ad Παρ. c. 15. *M. du S.*

9. Τί ἂν δόξῃ τις ἀνδρὶ τὸν αὐτὸν τοῖς κιναίδοις ὀδμὴν ἔχοντι] Imperite verſum: *& quidem quid facies, cum vir eundem cum cinaedis odorem habeat?* Debuit: *Quid daret quis pro viro*, (quanti aeſtimaret virum) *qui eundem cum cinaedis oleat odorem?* Vide quae dixi in Ellipſi praepoſ. ἀντί. *L. BOS.*

Τί ἂν δόξῃ] Vid. *Lamb. Bos* de Ellipſi praep. ἀντί. *M. du S.*

29. Ὑμῖν δέ] Al. ἡμῖν δέ. *F. G.* Sed vulgatum praeſtat, quod *J. P. S.* &c. exhibent. *J. F. R.*

30. Καίτοιγε δὲ ἡμᾶς μεταπίθοιτε, καὶ ἐπανορθοῖτο τὰ ἡμέτερα ἀλλήλοις ἐπιτιμῶντων, κακῶς βουλευομένους πολλάκις περὶ ὧν πράττουσι, αὐτοὺς ἀσκέπτους ὄντας περὶ τῶν ἰδίων, &c.] Non ſemel haec verba inſpexi, & congruentem rei, qua de agitur, ſenſum in iis perſpicere conatus ſum. Sed fruſtra. Interpres vertit, *Atque haec ita cum ſint, jam nos in vitam veſtram traducere aequum cenſetis, noſtramque corrumpere, quum ſaepe male conſulta ſint, quae facitis, ipſique veſtris in negotiis minime circumſpecti ſitis.* Satis patet, Interpretem non ſecutum eſſe vulgatam lectionem; idque me de alia lectione, alibi forte exſtante, cogitare fecit. Et, ecce, ſic dederunt

ratu, nec odore. Etenim idem quoque jam oletis quod isti, vos, qui beatissimi estis, maxime. Quanti vero quis emat virum idem, quod Cinaedi, olentem? Itaque labores non magis quam isti sustinetis, voluptatibus vero servitis non minus: & iisdem rebus alimini, & somnum similiter capitis, & inceditis; quin incedere non vultis, sed onerum instar gestamini ab hominibus partim, partim a jumentis. At me pedes ferunt, quocumque opus est. Idem ego & frigus ferre possum & sustinere aestum, & Deorum his operibus non offendi, quia aerumnosus sum: vos vero vestram propter felicitatem nulla re earum quae fiunt contenti estis, & reprehenditis omnia, & praesentia ferre recusatis, absentia autem concupiscitis; hieme optatis aestatem, aestate hiemem; in aestu frigus, in frigore aestum, aegrorum instar nauseabundi, & vestra de sorte queruli: caussa vero istis morbus, vobis vestri mores.

18. Ac deinde nos retractare & corrigere nostram rationem postulatis, *ut* qui male

καλασκευῇ τριχῶν, οὐκ ὀδμῇ. ἢ γὰρ ἀπόζετε ἤδη ὥσθ' πλήσιον ἐκείνοις, οἱ εὐδαιμονέσταλοι ὄντοι μάλιστα. καίτοι τί ἂν δοίη τὶς ἀνδρὸς τ' αὐτῷ τοῖς κιναίδοις ὀδμὴν ἔχοντος; τοιγαροῦν τὰς μὲ πόνους ὑδὲν ἐκείνων μᾶλλον ἀνέχεσθε, τὰς δὲ ἡδονὰς ὑδὲν ἐκείνων ἧττον. ἢ τρέφεσθε τοῖς αὐτοῖς, ἢ κοιμᾶσθε ὁμοίως, καὶ βαδίζετε· μᾶλλον δὲ βαδίζειν οὐκ ἐθέλετε, φέρεσθε δὲ ὥσπερ τὰ φορτία, οἱ μὲ ὑπ' ἀνθρώπων, οἱ δὲ ὑπὸ κτηνῶν, ἐμὲ δὲ οἱ πόδες φέρουσιν ὅποι ποτ' ἂν δέωμαι. κἀγὼ μὲ ἱκανὸς καὶ ῥίγους ἀνέχεσθαι, ἢ θάλπους φέρειν, καὶ τοῖς τ' θεῶν ἔργοις μὴ δυσχεραίνειν, διότι ἄθλιός εἰμι· ὑμεῖς δὲ διὰ τ' εὐδαιμονίαν ὑδενὶ τ' γιγνομένων χρῆσθε, καὶ πάντα μέμφεσθε, ἢ τὰ μὲ παρόντα φέρειν οὐκ ἐθέλετε, τ' δὲ ἀπόντων [c] ἐφίεσθε· χειμῶνος μὲ εὐχόμενοι θέρους, θέρους δὲ χειμῶνα, ἢ καύματος μὲ ῥίγους, ῥίγους δὲ καῦμα, καθάπερ οἱ νοσοῦντες δυσάρεστοι, ἢ μεμψίμοιροι ὄντες· αἰτία δὲ ἐκείνοις μὲ ἡ νόσος, [d] ἡμῖν δὲ ὁ τρόπος.

Κἄπειτα δὲ ἡμᾶς μεταπείθεσθαι ἢ [e] ἐπανορθοῦν τὰ ἡμέτερα ἀλλήλοις [f] ἐπιτιμῶμεν, κα-

[c] Ἐφίεσθε] Ἀφίεσθε *J.* male. Prius cett. [d] Ἡμῖν δὲ] Ἡμῶν *Hi.* & 2. male. [e] Ἐπανορθοῦν] Bene *Fl. P. S. Amst.* Ἀπανορθοῦν *J. V2. Fr. H. B.* male. [f] Ἐπιτιμῶμεν] Ἐπιθυμῶμεν L. vel Exc. Ἀλλήλοις & ἐπιτιμ. abest a *Fl.*

runt Florentini, Καίτοιτα δὲ ἡμᾶς μεταπείθεσθαι ἐπανορθοῦν τὰ ἡμέτερα ἀξιοῦτε κακῶς βουλευομένων πολλάκις περὶ ὧν πράττομεν· αὐτοὶ ἄσκεπτοι ὄντες περὶ τ' ἰδίων. Unde tanta scripturae diversitas nata sit, non divino. Alium haud dubie *Aldus* (quem secuti sunt editores reliqui) quam Florentini, expressit codicem. Sed nec Florentina scriptura vitii expers, quantum ego video: legendum nimirum βουλευόμενοι. Id vult Cynicus, *Vosne, qui luxu estis perditi, multisque morbi ac infirmitatis generibus saepe affecti, aequum censetis, nos Cynicos componere nos ad vestram vivendi rationem; vos, inquam, qui saepe de iis, quae nos agimus, secus cogitatis, rerum vestrarum conditionem ipsi non habentes perspectam & exploratam?* Nam & per interrogationem haec prolata esse, nullus dubito. *J. J.*

31. Τὰ ἡμέτερα ἀξιοῦτε κακῶς βουλεύομαι πολλάκις περὶ ὧν πράττομεν] Sic *Fl.* nisi quod L. & *Jensii* conjecturam βουλευόμοι pro βουλευομένων scribere jubentium secutus sum. Grammaticus enim aliquis margini Cod. L. adscripsit ἴσως, βουλεύομοι. Reliqui Libri omnes haec verba sic exhibent. τὰ ἡμέτερα ἀλλήλοις ἐπιτιμῶμεν, κακῶς βουλευομένους πολλάκις περὶ ὧν πράττομεν. *M. du S.*

Τὰ ἡμέτερα — βουλευομένων] Florentinam lectionem interpretatus sum, quae sola sententiam convenientem huic loco efficiat: in qua etiam participium βουλευομένων servandum est, quod ad ἡμῶν refertur in τὰ ἡμέτερα delitescens. Μεταπείθεσθαι autem media, id est, reciproca significatione accipio, de his qui sua acta retractant, ut *Xenoph.* Memor. Socr. 4, 2, 19. Μεταπείθομαι τὰ εἰρημένα εἰπὼν ἕξεσι, & 4, 4, 14. Νόμως, ὅστις πολλάκις αὐτοὶ οἱ θεσμοὶ ἀποδοκιμάσαντες μεταπείθουσι. *Plutarchus* de discr. Amic. p. 58. C. Καὶ λόγῳ κατάσχοιτας ἐν σωφρόσι σωφρόνως, εἶτα ὠθήσαντας ὡς κρείττοσι, καὶ μεταπεμπόμενος ῥᾴστα πρὸς τὰναντίον. Lucian. *Jov. Conf.* c. 10. εἰ μὴ μεταμέλει σοι ἐκείνων, καὶ μεταπέπεισαι αὖθις τὰ εἰρημένα. (conf. *Galat.* I. 6.) *J. M. G.*

κακῶς [a] βουλευομένοις πολλάκις περὶ ὧν πράττουσι, αὐτοὶ ἄσκεπτοι ὄντες περὶ τῶν ἰδίων, καὶ μηδὲν αὐτῶν κρίσει καὶ λογισμῷ ποιοῦντες, ἀλλ' ἔθει, καὶ ἐπιθυμίᾳ. τοιγαροῦν οὐδὲν ὑμεῖς διαφέρετε τῶν ὑπὸ χειμάρρου φερομένων. ἐκεῖνοί τε γάρ, ὅπου ἂν ἴοι τὸ ῥεῦμα, ἐκεῖ φέρονται, καὶ ὑμεῖς, ὅπου ἂν αἱ ἐπιθυμίαι. πάσχετε δὲ ὥσπερ πλησίόν τι, ὅ φασι παθεῖν τινα ἐφ' ἵππου ἀναβάντα μαινόμενον· ἁρπάσας γὰρ αὐτὸν ἔφερεν ἄρα ὁ ἵππος· ὃς οὐκ ἔτι καταβῆναι, τοῦ ἵππου θέοντος ἐδύνατο. καί τις ἀπαντήσας ἠρώτησεν αὐτὸν, ποίαν ἄπεισιν; [b] ὁ δὲ εἶπεν, ὅπου ἂν τούτῳ δοκεῖ, δεικνὺς τὸν ἵππον. καὶ ὑμᾶς ἄν τις ἐροιτᾷ ποι φέρεσθε; τάληθῆ ἐθέλοιτε λέγειν, ἐρεῖτε ἁπλῶς μὲν, ὅπερ ἂν ταῖς ἐπιθυμίαις δοκῇ· κατὰ μέρος δὲ, ὅπερ ἂν τῇ ἡδονῇ· ποτὲ δὲ, ὅπου τῇ δόξῃ· ποτὲ δὲ αὖ, τῇ φιλοκερδείᾳ· ποτὲ δὲ ὁ θυμὸς, ποτὲ δὲ ὁ φόβος, ποτὲ δὲ ἄλλο τι τοιοῦτον ὑμᾶς ἐκφέρειν [c] φαίνεται. οὐ γὰρ ἐφ' ἑνὸς, ἀλλ' ὦ πολλῶν ὑμεῖς γε ἵππων βεβηκότες, ἄλλοτε [d] ἄλλων, καὶ μαινομένων πάντων, φέρεσθε. τοιγαροῦν ἐκφέρουσιν ὑμᾶς εἰς βάραθρα, καὶ χρημνούς. ἴστε δ' ὑδαμῶς πρὶν πεσεῖν, ὅτι [e] πεσεῖσθε μέλλετε.

Ὁ δὲ τρίβων οὗτος, ᾧ καταγελᾶτε, καὶ ἡ κόμη, καὶ τὸ σχῆμα τοῦτο, τηλικαύτην ἔχει δύναμιν, ὥστε παρέχειν μοι ζῆν ἐφ' ἡσυχίας, καὶ πράττοντι ὅ, τι βούλομαι, καὶ συνόντι οἷς βούλομαι. τῶν γὰρ ἀμαθῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀπαιδεύτων, ὐδεὶς ἂν ἐθέλοι μοι προσιέναι διὰ τὸ σχῆμα. οἱ δὲ μαλακοὶ καὶ πάνυ πόρρωθεν ἐκτρέπονται. προσίασι δὲ

saepius de actionibus noſtris conſulamus: cum ipſi veſtris in rebus inconſiderati ſitis, neque quidquam illarum judicio & ratione adminiſtretis, ſed conſuetudine *omnia* & cupiditate. Itaque nihil diverſi eſtis ab his, qui a torrente auferuntur. Nam cum illi, quocumque fluctus ierit, eo ferantur, tum vos, quo cupiditates. Idem autem vobis accidit, quod eveniſſe ajunt cuidam, cum equum conſcendiſſet furioſum: nempe raptum auferebat equus. Ille, qui non jam deſcendere ab equo currente poſſet, interrogatus ab eo, qui obviam forte fuerat, *Quorſum abiret?* reſpondit, *Quorſum huic*, equum monſtrabat, *viſum fuerit.* Sic vos interroganti, *Quorſum feramini?* ſi quidem verum reſpondere velitis, dicatis ſimpliciter quidem, *Quorſumcumque lubebit cupiditatibus:* per partes autem, *Quocumque lubuerit voluptati*; interdum, *Quo gloriae ſtudio*; interdum, *Quo lucri cupiditati.* Interdum vero iracundia, interdum metus, interdum aliud quiddam ex eo genere auferre vos videtur. Non enim uno vos, verum pluribus conſcenſis equis, alias aliis, furentibus quidem univerſis, abripimini. Igitur in barathra vos & praecipitia auferunt: adeo ante factum, quid ſitis facturi, nequaquam ſcitis.

19. At iſtaec detrita, quam ridetis, penula, & coma, & habitus iſte meus, eam vim habet, ut quiete vivendi copiam mihi praeſtet, & faciendi quod volo, & cum his verſandi quibuscum volo. Inſcitorum enim hominum indoctorumque nemo quisquam accedere ad me ob iſtum *habitum* voluerit: molles autem vel e longinquo devitant: accedunt commodiſſimi homines,

a Βουλευομένοις] Βουλεύμασι, ſeu L. Ἀξιοῦτε κακῶς βουλευομένων πολλάκις περὶ ὧν πράττουσιν Fl. In vulgus conſpirant cett. b Ὁ δὲ] Ὦ δὲ male *J.* & *Va.* c Φαίνεται] Δύνανται G. d Ἄλλων] Ἄλλως Fl. e Πεσεῖσθε] Πάσεσθε Fl. Πάσεσθε marg. *A1.*

32. Βουλευομένοις] An βουλευόμενοι; *F.G.*

52. Ποτὲ δὲ ἄλλο τι τοιοῦτο ὑμᾶς ἐκφέρειν φαίνεται] *Interdum aliud quidpiam hujusmodi vos auferre videtur.* Mſ. non male ἐκφέρειν δύνανται. *vos auferre poteſt.* Sed illud etiam tolerari poteſt. *J.G.G.*

53. Πολλῶν ὑμεῖς γε] Cum P. haberet πολλῶν γε ὑμεῖς γε, adii ceteras, & geminatum γε in omnibus inveni, excepta *Ba.* quae prius γε recte omiſit; hinc er-

nes, & aequissimi, & virtutis cupidi. Hi maxime ad me accedunt, cum his enim versari maxime ego gaudeo. Januas vero illorum qui homines vocantur non colo equidem. Aureas coronas, & purpuram fumum arbitror, hominesque derideo.

οἱ κομψόταλοι, ϗ ἐπιεικέσταλοι, ϗ ἀρετῆς ἐπιθυμοῦντες, ὅτοι μάλιστά μοι προσίασι. τοῖς μὲν τοιούτοις ἐγὼ χαίρω συνών. θύρας δὲ τῶν καλυμμένων ἀνθρώπων [f] ὐ θεραπεύω, τὰς δὲ χρυσᾶς στεφάνους, ϗ τὴν πορφύραν, τύφον νομίζω, ϗ τῶν ἀνθρώπων καταγελῶ.

20. Ut autem de habitu discas, quam illum non viros modo bonos, sed ipsos etiam Deos decentem, tu deinde derideas, simulacra Deorum adspice, utris similiora videantur, vobisne, an mihi? Neque Graecorum modo, sed barbarorum etiam templa circumiens inspice, utrum capillati sint Dii & barbati velut ego, an sicut vos tonsi fingantur pinganturque. Verum etiam sine tunicis plerosque, uti me, videbis. Quid igitur adhuc de hoc habitu, tanquam contemtibili, dicere audeas, quum ipsos illum Deos decere, appareat?

Ἵνα δὲ μάθῃς περὶ τοῦ σχήματος, ὡς οὐκ ἀνδράσι μόνον ἀγαθοῖς, ἀλλὰ ϗ θεοῖς πρέποντος, ἔπειτα καταγελᾷς αὐτοῦ, σκέψαι τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν, πότερά σοι δοκοῦσιν ὁμοίως ἔχειν ὑμῖν, ἢ ἐμοί; καὶ μὴ μόνον γε τῶν Ἑλλήνων, ἀλλὰ ϗ τῶν βαρβάρων τοὺς ναοὺς [g] ἐπισκόπει περιών, πότερον [h] αὐτοὶ οἱ θεοὶ κομῶσι, καὶ γενειῶσιν, ὡς ἐγὼ, ἢ καθάπερ ὑμεῖς, ἐξυρημένοι πλάττονται, ϗ γράφονται; ϗ μὴν ϗ ἀχίτωνας ὄψει τοὺς πολλούς, ὥσπερ ἐμέ. τί οὖν ἔτι τολμᾷς περὶ τούτου τοῦ σχήματος λέγειν ὡς φαῦλον, ὁπότε ϗ θεοῖς φαίνεται πρέπον;

[f] Οἱ] Omisit *Va.* [g] Ἐπισκόπει] Ἐπισκόπεις male *Ha.* [h] Αὐτοὶ] Nihil mutare *Bl.* addit *Solan.*

ergo expressi. *J.F.R.*

69. Θύρας δὲ τῶν καλυμμένων ἀνθρώπων] Corruptus haberi debet hic locus. Nam quod in *Va.* abest ὐ nihil juvat. *M. du S.*

70. Ἀνθρώπων] Vel ἰδιωτῶν omissum videtur, ut bene admonuit Cl. *J. J. Wetst.* vel id pro ἀνθρώπων substituendum est. *J.F.R.*

ΨΕΥΔΟΣΟΦΙΣΤΗΣ, Η ΣΟΛΟΙΚΙΣΤΗΣ.

ΛΥΚΙΝΟΥ ΚΑΙ ΣΟΛΟΙΚΙΣΤΟΥ.

Λ Υ Κ.

Ἄρά γε ὁ γιῶναι † σολοικίζοντα δεινὸς, οὗτος καὶ φυλάξασθαι μὴ σολοικίζειν δυνατός; ΣΟΛ. Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ. ΛΥΚ. Ὁδέ γε μὴ φυλάξασθαι, οὐδὲ γιῶναι †

PSEUDOSOPHISTA, SEU SOLOECISTA.

LUCIANI ET SOLOECISTAE.

L Y C.

NUmquid, si quis deprehendere perverse jungentem voces possit, idem etiam sibi cavere, ne male jungat, potest? SOL. Mihi quidem videtur. LYC. Et qui cavere nequeat, ille neque deprehendere

ΨΕΥΔΟΣΟΦΙΣΤΗΣ] Sic *Fl. J. Ald. Bt. H. P.* &c. *Ψευδοσολοικιστὴς Th. Mag.* male in v. *τιθηξιται*. Sed recte *ψευδοσοφιστὴ* idem v. ἀ. ΛΥΚ. ΚΑΙ ΣΟΛ.] Ita *Bt. P.* Reliquae omittunt in fronte. In ipso vero Dial. modo ΣΟΛ. modo ΣΟ. & ΛΥΚ. addunt. At *Fl.* modo ΣΟΛΟΙΚΙΣΤΗΣ integre, modo Σ. & Λ. tantum.

1. Ἄρά γε] * Βυλόμενος ἅπαντα εἰδέναι τὰ σόλοικα. ὃ ὢν Λουκιανὸς βυλόμενος † —— εἰσήγαγε σολοικίζοντα, ἵνα δείξῃ τὴν σοφιστὴν μὴ δυνάμενον ἐλέγξαι τὸ σολοικίζοντα. *V.*

* Βυλόμενος] Lacuna hic est in V. Deest nempe ἐλέγχειν, aut simile quid. *M du S.*

† Hoc fuit initium MS. in 4. in quo videtur linea aut aliquid amplius deesse. *J. Cav.*

ΨΕΥΔ. Η ΣΟΛ.] Negarunt multi hunc Dialogum esse Luciani, quoniam, inquiunt, nihil habeat salis: sed longe mihi videntur falli, nec attente hunc Dialogum explorasse. Est enim mire fabricatus propter varias texturæ significationes. De quibus copiose Ammonius qui Dialogi hujus sufficiens Interpres esse poterit. Dialogi sequentes nullo modo Luciani thymum Atticum redolent, atque ipse Lucianus hoc testatum voluit, dum his verbis huic tractatui finem facit *νῦν δὲ ἀφελύσωμεν † ἀφέλογον*. *J. B.*

ΨΕΥΔΟΣΟΦ.] Luciani non videtur. *F. G.* In eadem sententia est & Cl. *La Croze*, vid. ejus not. ad c. 7. v. *λέλογχα*. Ego sane non ausim adfirmare Luciani esse. Nimis enim, nimis frequenter iisdem alibi utitur, quae hic Soloecismi damnantur. Immo dimidia saltem pars eorum falso Soloecismi accusantur, quippe quae & alii probati Auctores, Atticismi non rudes adhibuere quod recte etiam sensit Cl. *Duker.* quem adlego ad c. 7. v. *τιθήξει*, quodque pluribus post Cl. *Graevium* offenderem; nisi notarum jam esset tantum, ut copioso esse non liceat. Si tamen Lucianus auctor est, jocari hic maximam partem credendus erit, ut qui alibi non sollicite *ὑπερατθικίζειν* necesse duxerit. *J. F. R.*

ΣΟΛΟΙΚΙΣΤΗΣ] Hic Dialogus inter eos est, quos nulla lingua alia expresserit, cum lepos omnis sit in quadam verborum imparilitate, perturbatione & miscela, quam, sententia verborum salva, raro licet transferre in sermonem alium. Quo itaque magis studeas exprimere omnia, tanto magis insulsus fatuusque his, qui comparare Graeca non possunt, evadas necesse est. Haec itaque, quam non sine molestia & pudore quodam damus, interpretatio non potest juvare nisi eos, qui de singulorum verborum sensu celerius quam ex Lexico edoceri cupiunt, & per haec ad indagandos Soloecismos deduci. Ne quis Graece qui plane nesciat, legere interpretationem velit, deprecor, cum metus sit ne Lucianum & interpretem, illum plane innoxium, hunc sola commodandi quibusdam voluntate peccantem, ineptiarum difficilium condemnet. Expressi autem in illis, quae *stribligi*nem habent locutionibus, naturalem singulorum verborum significationem, sive eam contextus admittat, quo facto Soloecismus non apparet Latine tantum scientibus, sive minus, ubi deinde laborat sententia, quam utcumque positis in Parenthesi verbis explicare studui. *J. M. G.*

1. Σολοικίζοντα] Σολοικισμὸς ab antiquis Latinis vocabatur *stribligo*. *A. Gell.* XX. 5. vocem improbat I. 7. tamen usurpat; *Plutarchus* saepius. Deducitur autem a Σόλοικοι, qui cum Attici essent, & habitarent *Solis* Ciliciae urbe, *τὴν εὐγενῆ παρεκόπησαν Ἀττικὴν γλῶτταν καὶ ἐξηγροικίθησαν ἀφὸ τῶν ἐν Σόλοις οἰκισμῶν*. Ut *Eustathius* loquitur in *Dionys.* de situ orbis. *E. L.*

12. Ἄρτι δὲ σολοικιῶ] Hoc est, *modo soloeciſſabo*. Quae locutio jam soloecismo foedatur. Ἄρτι enim non cum futuro jungebant Attici, sed aut cum praesenti, aut praeterito. Ἄρτι ἥκω, inquit *Thomas Magister*, ἀντὶ τοῦ

re sic habentem? (*loquentem*) SOL. Vera dicis. LYC. Tu vero ipse stribligine te labi negas, aut quid de te dicimus? SOL. Nempe indoctus valde fuerim, si a stribligine hoc aetatis cavere nequeam. LYC. Igitur alterum quoque deprehendere hoc agentem possis, & negantem convincere? SOL. Omnino equidem. LYC. Age ergo me deprehendito stribligine utentem. Modo autem utar. SOL. Dic ergo. LYC. Quin jam terribile illud opus, te non observante, peregi. SOL. Ludis tu homo. LYC. Non, ita me Dii ament. Quandoquidem soloecismo prolato te effugi, qui illum non intelligeres. Rursus vero consi-

ἕτως ἔχοιμι; ΣΟΛ. Ἀληθῆ λέγεις. ΛΥΚ. Σὺ δὲ αὐτὸς φὴς ἐ σολοικίζειν, ἢ πῶς λέγομεν περὶ σοῦ; ΣΟΛ. Ἀπαίδευτος ἂν εἴην, εἰ σολοικίζοιμι τηλικοῦτος ὤν. ΛΥΚ. Οὐκοῦν καὶ ἕτερον φαράσαι δυήσῃ τοῦτο δρῶντα, καὶ ἐλέγξαι τὸ ἐγκύμενον; ΣΟΛ. Παντάπασί γε. ΛΥΚ. Ἴθι νῦν, ἐμοῦ λαβοῦ σολοικίζοντος, ἄρτι δὲ σολοικιῶ. ΣΟΛ. Οὐκοῦν εἰπέ. ΛΥΚ. Ἀλλ' ἔγωγε ἤδη τὸ δεινὸν εἴργασμαι, σὺ δὲ οὐκ ἐπέγνως. ΣΟΛ. Παίζεις [a] ἔχων. ΛΥΚ. Μὰ τοὺς θεούς. ἐπεὶ σολοικίσας, ἔλαθόν σε ὡς οὐκ [b] ἐπιτάμνον. αὖθις δὲ σκόπει, εἴ γάρ σέ φη-

a Ἔχων] Nihil variare Edd. addit *Solan.* b Ἐπιτάμνον] Bene *Fl. B2. P.* Ἐπιτάμνῳ male *J. H. B1. Ald. Fr. 3.*

12. Ἄρτι δὲ σολοικιῶ] Τὸ ἄρτι μέλλοντι ἢ συμπέπτωται. οὐκ ἄρα λέγομεν ἄρτι σολοικιῶ. *V.*

πης ἀεὶ ἄρτι ἥξομαι ἢ ἀφικόμην. Et *Phrynichus* in Eclogis dictionum Atticarum: ἄρτι ἥξω μαθόντος εἴτης ἐπὶ μέλλοντος, ἀεὶ δ' ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος ἢ παρωχημένου, ἄρτι ἦκα, ἢ ἄρτι ἀφικόμην. Ubi male doctissimus interpres *Joannes Nunnesius.* Ἄρτι ἥξω *nuper veniam*, cum vertendum, *nunc veniam.* Et ἄρτι ἀφικόμην *modo veni.* Quibus significant ἄρτι particulam futuro junctam non carere soloecismo, caeterum praeterito & praesenti recte jungi. Fallitur interpres, qui vertit: *Fampridem enim soloecissare gestio.* quippe qui putarit σολοικιῶ hic desiderantis vim habere, & esse praesentis temporis, cum a themate σολοικίζω sit futurum Atticum. Secundam hujus futuri σολοικιῶ infra videbis, dum in verbo διέφθορας referemus Moschopuli verba. Idem male credidit ἄρτι non posse jungi praesenti, quod tamen contendit ex Gaza probare. Is quidem ἄρτι πεποίηκα scribit dicendum, non negat tamen τὸ ἄρτι etiam praesenti jungi. Alioqui parum Attice dixisset *Plato* in Critone ἄρτι δὲ ἥκεις ἢ πάλαι; Paria his *Pollux* & *Suidas*, quorum hic ἄρτι dicit ἐξ ὑστεροῦς significare, hoc est, modo, nuper, dicique de praeterito, ut αὐτίκα de futuro. Ille ἄρτι, inquit, ὅ ἐστι πρὸ μικροῦ, καὶ νῦν δὴ ὃ ἐστι ταυτόν. Quod igitur hic praecipimus de ἄρτι, idem infra repetemus in νῦν δή. Proinde αὐτίκα μάλα σολοικιῶ dicendum. Sic & *modo* futuro junctum invenies. *Terent.* Andria: *Modo ibo, ut apparetur dicam, atque huc renuncio.* Utriusque exemplum habes apud *Aristophanem.* In avibus: οὐκ ἄρτι θύω τὴν δικαίαν ταύτην ἐγώ· καὶ τἄνομα ἀσπὶρ παιδίων ὧν δὴ ἐθίμην. Idem in *pace*: Ἴθι νῦν ἄκυτον οἷον ἄρτι μ' ἤρετο. *Eustathius* ad Iliad. A. p. 75. male putavit ἤδη δὲ σολοικιῶ hic legi. Τὸ δὲ ἤδη, inquit, κατὰ τοὺς παλαιοὺς τοῖς τρισὶ χρόνοις συνεπιμερίζεται, τῷ παρωχημένῳ, ὡς ἐνταῦθα· οὐ τῷ ἤδη γάρ ποτε ἐγώ· καὶ τῷ δ' ἤδη δύο γενεαὶ ἔφθιτο. τῷ ἐνεστῶτι, ὡς τὸ ἤδη γάρ μοι εἰ-

κοστὸν ἔτος ἐστίν. καὶ τῷ μέλλοντι, εἰ ἐ δοκεῖ ὁ Λυκιανὸς οὕς τοῦτο ἀπαρίσκειν, ὡς τὸ ἤδη λοίγια ἔργα τάδ' ἔσεται. εἰ δέ τινες τοῦτο ἄλλως γράφουσιν, ἢ δὴ λοίγια ἔργα ἔσαι ἀντὶ τοῦ, ὄντως δή. Idem alio loco: Καὶ τοῦτο ὀρθὸν, ποῦ λοιπὸν θήσομεν τὸ Λυκιάνειον σολοικισμὸν, τὸ λέγοντα ἤδη σολοικιῶ. qui locus etiam a *Suida* refertur, sed ab interprete Latino male ille *Suidae* locus versus est & intellectus. Recte *Matthaeus* IX, 18. Ἄρτι ἐτελεύτησε, modo defuncta est, jam obiit. Sic III, 15. XXVI, 53. *Joh.* IX, 19, 25. XIII, 38. XVI, 12. Ἄρτι apud Latinos eleganter exprimitur per *tantum quod*, & *commodum.* quae & ipsa futurum respuunt. *Sueton.* August. cap. 94. *Juliam primum Marcello Octaviae sororis suae filio tantum quod pueritiam egresso, deinde ut is obiit M. Agrippae nuptum dedit.* Idem 94. *Vectores nautaeque de navi Alexandrina, qua tantum quod appulerat.* In Ner. cap. 6. *Nero natus est Antii* &c. XVIII. *Kalendas Januarias, tantum quod exoriente sole.* Vespas. c. 4. *Cic.* XV. ad Atticum ep. 13. *Hac cum scriberem, tantum quod exiisimabam ad te orationem esse perlatam.* *J. G. G.*

Ἄρτι δὲ σολοικιῶ] *Leopard.* 37. *M. du S.*

Ἄρτι δὲ σολοικιῶ] Vid. *Eustath.* p. 75. vel p. 100. Ed. Rom. *M. V. La Croze.* l. c. ad Iliad. A. 260. ubi docet ἤδη tribus temporibus jungi, quamquam id improbare videatur Lucianus. At Lucianus non hic de ἤδη, sed de ἄρτι agit, adeoque lapsus memoria *Eustath.* *J. F. R.*

15. Παίζεις ἔχων] Nihil varietatis desidero; est enim pleonasmus usitatus. Vid. *Bud.* Commentt. p. 211. Et supra ad *Asin.* c. 20. *J. F. R.*

16. Ὡς οὐκ ἐπιτάμνον] Sic *Fl.* & *B2.* ut oportuit. In reliquis ἐπιτάμνῳ. *M. du S.*

17. Ἐπιτάμνῳ] Ἐπιτάμνον legend. videtur. *F. G.* Id jam correximus. *J. F. R.*

φημὶ δύνασθαι καλαπῆσαι· ἐπεὶ ἃ μὲν οἶδ', ἃ δ' οὐκ οἶδα. ΣΟ. Εἰπὲ μόνον. ΛΥΚ. Ἀλλὰ καὶ νῦν σεσολοίκισταί μοι, σὺ δ' οὐκ ἔγνως. ΣΟ. Πῶς γάρ, σοῦ μηδὲν λέγοντος; ΛΥΚ. Ἐγὼ μὲν λέγω, καὶ σολοικίζω, σὺ δ' οὐχ ἕπῃ τοῦτο δρῶντι· ἐπεὶ ὄφελον καὶ νῦν ἀκολουθῆσαι δυνήσῃ.

dera. Nego enim te posse intelligere. Quandoquidem (*sunt*) quae scis, (*sunt*) quae nescis. SOL. Dic modo. LYC. Sed nunc quoque perverse voces junxi, tu vero non agnovisti. SOL. Quomodo enim agnoscerem, te nihil dicente? LYC. At ego dico & soloecismos facio: tu autem facientem non persequeris. Alioqui utinam vel nunc persequi possis!

ΣΟ. Θαυμαστὰ λέγεις, εἰ μὴ δυνήσομαι καταμαθεῖν σολοικισμόν. ΛΥΚ. Καὶ πῶς ἂν δύναιο τὸν ἕνα μαθεῖν, τοὺς τρεῖς ἀγνοήσας; ΣΟΦ. Τίνας τρεῖς; ΛΥΚ. Ὅλους ἀρτιγενείους. ΣΟΦ. Ἐγὼ μὲν σε παίζειν δοκῶ. ΛΥΚ. [a] Ἐγὼ δέ σε ἀγνοεῖν

2. SOL. Mira narras, si soloecismum ego observare non potero. LYC. Et qui possis unum observare, qui tres ipsos ignoraveris? SOPH. Quosnam tres? LYC. Universos prima lanugine florentes. SOPH. Ludere te puto equidem. LYC. At ego te ignoro-

a Ἐγὼ δὲ] Ἐγὼ δέ σε *B2.* & *Amst.* Non habent σε ceterae.

18. Ἃ μὲν οἶδ', ἃ δ'] Ἐχρῆν εἰπεῖν τὰ μέν, τὰ δέ. *V.*

23. Ὄφελον] Τὸ ὄφελον εὐθέτοτε μέλλοντος συντάττεται [*] ἀπαρεμφάτῳ, ἢ ὑποτακτικῷ, ἀλλ' ἐνίοτε ὁριστικῷ, ἑαυτοῦ δὲ παρεγχειμένου. Διττῶς οὖν ἐν τῷ ἐνὶ σεσολοίκισται. διὸ δὲ λέγω ὅτι τρεῖς σεσολοίκισται. *V.*

* Ἀπαρεμφ] Videtur ἀπαρεμφάτου hic abundare. Vid. not. Cl. *Graev.* *J. Cler.*

18. Ἃ μὲν οἶδα, ἃ δὲ οὐκ οἶδα] Hunc locum exponit *Thomas Magister*: Ἃ μὲν ἃ δεῖ, μὴ εἴπῃς, ἀλλὰ τινὰ μέν, τινὰ δέ, εἰ δὲ Λουκιανὸς λέγει, οὐκ οἶδα εἴτε παίζων, εἴτε σπουδάζων. λέγει γὰρ ἐν τῷ ῥητόρων διδασκάλῳ. Ἔπειτα δὲ ἐν αὐτὸς ἃ μὲν προϊόντι ἐπιδείκνυς κατὰ τὴν ὁδόν, ἃ δὲ καὶ θαμινῶς καὶ πάλιν ἐν Τίμωνι. Διδοὺς ἅπασι τοῖς δημόσιοις, ὧ μὲ πέντε δραχμὰς, ὧ δὲ μνᾶν, ὧ δὲ ἡμιτάλαντον. ὁ δὲ αὐτὸς ἔστιν ἐξηλέγχει τοῦτο ἐν ψευδοσοφιστῇ αὐτοῦ. Male legitur in editis ψευδολογιστῇ qui alterius dialogi index est. Hic vero *Thomas* duobus productis locis altero ex Rhetorum magistro, altero ex Timone, docet Lucianum eo ipso usum, quod in Pseudosophista suo damnat. Nec respuunt alii. *Herodianus* in tertio, ὧν μὲ ἐπιζολὰς οἷς δὲ δῶρα ὀνειδίζων. Idem in v, ὃς μὲν ἀπέκτεινεν, ὃς δὲ ἐφυγάδευσεν. & in octavo: ἃ μὲ ἐκφοβήσαιλας, ἃ δὲ καλαπήσαιλας. Ibidem in eodem: δύο δρα πάντα ἐξέκοπτον, ἃ δὲ ἐπέμπρασαν. *Josephus*: ὃς μὲ πατρῴα φιλία προσῆγεν, ὃς δὲ τὸ αὐτοῦ κλέος. *Polybius* in primo, ὃς μὲ ἐξέβαλον τῆς πολιτῶν, ὃς δὲ ἀπέσφαξαν. Et in decimo sexto: ὃς μὲν ἐτίτρωσκον, ὃς δὲ παρέλυον αἰεί τι πρὸς τὴν χρείαν ἀναγκαίων. Apostolus ad *Romanos* IX. ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν. Et ad *Timoth.* καὶ ἃ μὲν εἰς τιμὴν, ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν. *Aelianus*: Οὓς δὲ ἀπέδοντο, ὃς δὲ ἀπέκτειναν. *J.G.G.*

Ἃ μὲν οἶδα] Verum est τὰ μὲν, τὰ δὲ dici, ut *D. Sic.* XIV. c. 50. τὰ μὲν συνέτριψε, τὰ δ' ἔκαυσεν, ne plura in re nota. Sed & alterum usurpari, ad *Rhet. Graec.* c. 15. demonstravi. *J.F.R.*

23. Ὄφελον δώσῃ] Hic rursus *Thomas*: Ὄφελον ἀντὶ τοῦ εἴθε ὑπερ ἀεὶ οὐκτικῷ μὲν συντάσσεται, ἢ παρελκόντος. ὡς τὸ, ὄφελον κατεβυθίσαιμι αἱ ὁδοὶ μου. Παρελκύσει δὲ ὡς τὸ θεολόγου· ὄφελόν γε μηδὲ ἦν πρόοδος. καὶ ἀπαρεμφάτου δὲ ὅτε ἀντὶ τοῦ εἴθε ἔμελλον τίθεται. Ἡνίκα δὲ σὺν τῇ πρώτῃ, μόνῃ ἰδίᾳ ὄφελον. quo significat ὤφελον semper cum optativo jungi, quando significet utinam, & ponatur pro εἴθε, aut cum praeterito, aut cum infinitivo, praesertim cum pro εἴθε ἔμελλον accipiatur. vide & *Moschopulum* in collectione vocum Atticarum, qui pluribus hoc exemplis declarat. Vides igitur in ὄφελον δώσῃ soloecismum; hic enim conjunctivo conjungitur. *J.G.G.*

Ὄφελον δώσῃ] In Epist. ad *Gal.* V. vs. 12. ὄφελον ἀποκόψονται, & sic in N. F. cum indicativo plerumque, ut I. *Corinth* IV. 8. &c. Et ap. LXX. *Job.* XIV. 13. εἰ γὰρ ὄφελον σὺ ἂν μοι ἐφύλαξας. Sed & cum optativo *Psalm.* CXVIII. 5. Apud *Aristoph.* ac Demosth. vero ὤφελον, ὤφελις, verbi figura potius usitatum, & variis modis, ac plerumque temporibus praeteritis junctum. Ὡς ὄφελον *Homerus* jungit, & cum praes. infin. construit. Vid. Odyss. A. 217. Δ. 97. &c. *J.F.R.*

28. ΣΟΛ. Τίνας τρεῖς] Cur Cl. *Gesn.* hic & deinceps personam *Soph.* quae in Edd. non comparet, loquentem inducat, rationem non addidit. Jure quidem id suo videtur feciſſe; quod inscriptio *Pseudosophistae* id suadeat, & Editores priscos pro arbitrio quoque *Soloec.* personam ubique inseruisse credas, quum Lucianus forte una tantum litera eas designarit; vel in Codd. spatia tantum vacua relicta sint. Ego vero nomina

ignorare si quis peccet in dicendo. SOPH. Et quomodo quis percipiat, si nihil *ejusmodi* dictum sit. LYC. Dictum & stribligine peccatum quadruplici: tu vero non intellexisti. Magnum praemium (*certamen*) ergo confeceras, si intellexisses. SOPH. Non magnum illud quidem, sed *mihi jam* professo necessarium. LYC. Sed ne nunc quidem intellexisti. SOPH. Quando nunc? LYC. Cum praemium te dicebam confeciſſe. SOPH. Quid dicas nescio. LYC. Recte istuc dicis. Nescis enim. Et praecede saltem ad anteriora: neque enim sequi vis. Intellexero enim, si quidem volueris.

3. SOPH. Sed volo ego. At tu nihil

τ' ἁμαρτάνοιλα ἐν ταῖς λόγοις. ΣΟΦ. Καὶ πῶς ἄν τις μάθοι, μηδενὸς εἰρημένου; ΛΥΚ. Λέλεχλαι, καὶ σεσολοίκισαι [b] τέτραπλῆ, σὺ δ' οὐκ ἔγνως. μέγα ὖν ἆθλον κατέπραξας ἄν, εἰ σοφ ἔγνως. ΣΟΦ. Οὐ μέγα μέν, ἀναγκαῖον δὲ τῷ ὁμολογήσαντι. ΛΥΚ. Ἀλλ' οὐδὲ νῦν ἔγνως. ΣΟΦ. Πότε νῦν; ΛΥΚ. Ὅτε τὸ ἆθλον ἔφην σε καλαπρᾶξαι. ΣΟΦ. Οὐκ οἶδα ὅ, τι λέγεις. ΛΥΚ. Ὀρθῶς ἔφης. οὐ γὰρ οἶσθα. καὶ προίθί γε ἐς τὸ ἔμπροσθεν· οὐ γὰρ ἐθέλεις ἕπεσθαι. [c] συνήσω ἄν, εἴπερ θελήσειας.

ΣΟΦ. Ἀλλ' ἐγὼ βούλομαι· σὺ δὲ οὐδὲν εἰ-

[b] Τετραπλῆ] Ita *J. H. P. Bt.* &c. Τριπλῆ *Fl.* [c] Συνήσω] Συνήσων *Fl.*

34. Μέγα ὖν ἆθλον] Ἐπὶ τῷ ἀγῶνι οὐ λέγεται τὸ ἆθλον. *V.*

40. Καὶ προίθί γε ἐς τὸ ἔμπροσθεν] Κακῶς τὸ εἰς τὸ ἔμπροσθεν προσίθησιν. οὐ γὰρ λέγεται τῷ προβαίνοντι τι ἔμπροσθεν ἄλλο. κακῶς ὖν ἐς τὸ ἔμπροσθεν, ἐπὶ προίθι φησί. *V.*

mina in Graecis servaram, qualia inveni in *P.* Nam in *J.* ΣΟ. tantum ubique. in aliis ΣΟΛ. & interdum Σολοικισὴς integre. Vid. Lectt. var. ad init. Sed operae sponte ΣΟΦ. dedere, quod jam non doleo, quia & *Gesn.* sic voluit. *J.F.R.*

29. Ὅλως ἀρτιγενεῖς] Id est, *omnes pubescentes*, cum ἀρτιγενήτους *nuper natos*, *sive recentes* dicere debuerit. quemadmodum ea voce utitur in *Alexandro*, φίλων, inquit, ἅμα ἐς τὸ ἀρτιγένητον Ἀσκληπιόν. Idem in Deorum dialogis: αὐτὴν τι ἐς τὸ βρέφος αὐτῆς ἀρτιγένητον. pro quo alibi νεογνὸν, & ἀρτίτοκον dicit, de furto Mercurii adhuc infantis agens, qui cum id aetatis esset, fertur etiam testudinem, id est chelyn, fabricatus in cunis, de qua Aratus:

Καὶ χέλυς ἐτ' ὀλίγη, τὴν δ' ἀρ' ἔτι ἐν σπαργάνοις λίκνῳ
Ἑρμείας ἐτόρησεν.

Ubi recte vertit *Cicero*:

Inde fides leviter posita & connexa videtur,
Mercurius parvis manibus quam dicitur olim
In cunis fabricatus.

Sic enim legendum. vulgo ἀκροσδυνούσως *in fimis fabricatus*. *Appianus* in Libyca historia: διέπλευσαν ἐς Σικελίαν ἔχων ἀμφ' ἑαυτὸν ἀρτιγενείους ἐπιλέκτους τριακοσίους. ubi ἀρτιγενήτους non potuisset dicere. *J.G.G.*

Ibid. Ἀρτιγενεῖς] *Adultos.* qui nuper barbam emiserunt. *F.G.*

30. Ἐγὼ δέ σε] Ex *B2.* & *A.* est illud σε. in reliquis deest. *M. du S.*

34. Μέγα ὖν ἆθλον κατέπραξας ἄν] Hic μέγαν ἆθλον dicendum fuit, masculino genere. Proprie igitur Lucianus, ἆθλόν τινα τοῦτον τῷ βασιλεῖ ἐπιτελῶν. Idem in *Fugitivis*: Τρισκαιδεκαέτη γοῦν ἆθλον οἱ τοῦτον ὁ μισθὸς ἐπετέλεσεν. Et in *Deorum judicio*: τῷ δὲ ἀγῶνι τὸ ἆθλον ὖσπερ ἀναγκαῖον τὸ μῆλον. Ubi legendum: τὸ ἆθλον, ut praemium significet. Idem in *Gymnasiis* recte τὸν ἆθλα δίκαιον ἀναιρεῖσθαι. Et in *Saturnalibus*: καὶ ἆθλα ἀναιρεῖσθαι τὸν ἁλόντα. Quod autem Lucianus ἆθλα ἀναιρεῖσθαι dixit, id *Plato* in secundo de legibus φέρειν νικητήρια, accipere praemia. Ἆθλα, βραβεῖα, ἀριστεῖα, γέρα, ἐπίχειρα, ἔπαθλα & νικητήρια idem significant propemodum. *Demosthenes* in epistola ad Athenienses de Lycurgi liberis: καὶ μὴ γῆρας ἐς φυγὴν ἐπίχειρα τῶν ὑμῖν πεπονημένων ἔχων. *Ammonius*: ἆθλον, inquit, & ἆθλον διαφέρει. ἀρσενικῶς μὲν γὰρ τὸν ἀγῶνα δηλοῖ, οὐδετέρως δὲ τὸ ἔπαθλον. Paria his scribunt *Moschopulus* & *Thucydidis* interpres ἀνώνυμος. ἆθλον, inquit *Moschopulus*, τὸ βραβεῖον, ἆθλος ὁ ἀγών. *J.G.G.*

41. Συνήσω ἄν εἴπερ θελήσειας] *Intellexisses utique, siquidem voluisses.* Sic interpretare. Ut συνήσω dictum inusitate, pro quo Atticus dixisset συνῆκας ἄν. Medius scilicet aoristus pro activo. *Micyllus* tamen συνήσω putavit esse futuri activi primam personam, & in εἴπερ θελήσειας verbo optandi modo juncto solocismum esse. forte non male. Nam εἴπερ indicativo junctum omnino unitatis est. *J.G.G.*

Συνήσω ἄν εἴπερ ἐθελήσειας] *Micylli* rationem interpretando secutus sum. Excitat Lycinus Soloecisten, ut, quandoquidem male sequatur praeeuntem, id est Soloecismos a se commissos non sentiat; ipse permutatis vicibus jam praecedere velit, hoc est vitiose aliquid dicere, a se, Lycino, deprehendendum. Et in hoc ipso fallit per illud εἴπερ ἐθελήσειας, pro εἴπερ ἤθελες. Quin etiam συνήσω ἄν soloecum pronuntiat Scholiastes, qui ipse quoque de futuro intelligit. *J.M.G.*

ἅπας ὧν ἄνθρωποι σολοικίζοντες λέγουσι. ΛΥΚ. Τὸ γοῦν νῦν ῥηθέν, μικρόν τί σοι φαίνεται [a] κακὸν εἶναι; ὅμως δὲ ἀκολούθησον αὖθις, ἐπεὶ οὐκ ἔμαθες ἐκδραμόντα. ΣΟ. Μὰ τοὺς θεούς, οὐκ ἔγωγε. ΛΥΚ. Ἀλλὰ μὴν μεθῆκα θεῖν λαγὼ ταχέως, ἆρα

eorum dixisti, quae dicere soloeci homines solent. LYC. Nempe quod modo dictum est, minutum tibi malum videtur? Verumtamen sequere rursus, quia excurrentem non observasti. SOL. Per omnes Deos nihil equidem. LYC. Verum dimisi currere leporem celeriter. Num quid praeteriisti? sed

a Κακὸν] Sic *Fl.* & *P.* Κακῶν reliqq.

49. Μεθῆκα θεῖν λαγὼ] Καὶ τοῦτο σόλοικον γενικῇ χρῆσθαι ἀντὶ αἰτιατικῆς, ὁ λαγὼς, τοῦ λαγὼ ἡ γενικὴ, ἡ δ' αἰτιατικὴ τὸ λαγὼν μὴ τοῦ * νῦν, ἀλλ' ἡ χωρὶς τοῦ νῦ. *V.*

* Νῦ] Νῦν prave editum ante, & erat νῦν hic male in V. Sed mox ν. tantum habet, etsi in Impr. νῦν utrobique editum sit. *M. de S.*

46. Κακῶν] Κακὸν. *F G.* Bene; nam etsi κακῶν redolet Graecissimum usitatissimum, facile alibi defendendum, hic tamen κακὸν praeferrem, eoque magis, quia auctoritas accedit. *J.F.R.*

48. Ἀλλὰ μὴν μεθῆκα θεῖν λαγὼ] De hoc accusativo *Athenaeus* lib. IX. p. 400. Τιμῶν δὲ φησι, τὸ λαγὼν ἐπὶ αἰτιατικῆς σὺν Διαναΐσιν Ἀριστοφάνης ἀξυτόνως, καὶ μὴ τοῦ ν. λέγει. Λύσας ἴσως ἂν τὸ λαγων σωαρπάσειεν ἡμῶν· καὶ σὺν Δαιταλεῦσιν. ἀπόλαλα τίλλων τὸ λαγων ὀρθοτονοῦμεν. Ξενοφῶν δ' ὁ Κυνηγετικῷ χωρὶς τοῦ ν. λαγῶ ὃ περισπωμένως, ἐπεὶ τὸ καθ' ἡμᾶς ἐστι λαγός. Ὥσπερ δὲ ναὸν λεγόντων ἡμῶν ἐκεῖνοί φασι νεών, καὶ λαὸν λεών, ὅταν λαγὸν ὀνομαζόντων ἐκεῖνοι λαγῶν ἐροῦσι. τῇ δὲ τὸ λαγὸν ἐνικὴ αἰτιατικῇ ἀκόλουθός ἐστιν ἡ παρὰ Σοφοκλεῖ ὁ Ἀμύκλαι Σατυρικῷ πλαθυντικὴ ὀνομαστική·

Γέρανοι, κορῶναι, γλαῦκες, ἴκτινοι, λαγοί.

Τῇ δὲ λαγὼν ἡ Δῆ τοῦ ω. Ὀξυπλησίως προσαγορευομένη, λαγὼ παρ' Εὐπόλιδι σὺν Κόλακι, ἵνα μὴ παρὰ μὲ βατίδες καὶ λαγὼ, καὶ γυναῖκες ἀλίσποδες. εἰσί δ' οἱ ὃ ταῦτ' ἀλόγως κατὰ τὴν τελευτῶσαν συλλαβὴν περισπωμένως προφέρονται. δεῖ δὲ ὀξυτονεῖν τὴν λέξιν. ἐπειδὴ τὰ εἰς ὼν λήγοντα τῷ ὀνόματι ὁμότονά ἐστι, καὶ μεταληφθὲν εἰς τὸ ω. παρ' Ἀττικοῖς, ναὸς, καλῶν, νεὼς, κάλως. ὅτου δ' ἐχρήσατο τῷ ὀνόματι καὶ Ἐπίχαρμος, καὶ Ἡρόδοτος, καὶ ὁ τοὺς Εἰλωτας ποιήσας, εἴτα ἐστι τὸ μὲ Ἰακὸν λαγός.

Λαγὸν ταράξας πεῖθει τὸ θαλάσσιον.

Τὸ δὲ λαγὼς Ἀτθικόν. λέγουσι δὲ καὶ Ἀττικοὶ λαγὸς. ὡς Σοφοκλῆς·

Γέρανοι, κορῶναι, γλαῦκες, ἴκτινοι, λαγοί.

67. Λέγειν ἕκαστα δόξαν] Scio, δόξαν posse absolute intelligi, *cum videatur*. Scio, non hic solum tenebricosum esse prae ornandi studio auctorem. Et mihi verisimilis mihi videtur antiqua conjectura mea, legendum esse δοξαστα. Certe sic facilius fluere orationem, qui Graece sciunt, sentient: certe sine fraude fuerit Latinam interpretationem eo accommodasse. Ne-

quantum nobis licuerit, ſerviendo. Ergo jucundius aliquis paruerit formae felicis hominis, quam non tali imperaverit, & gratiam habuerit majorem injungenti multa, quam nihil praecipienti.

85 ὅσον ἂν ἡμῖν ἐξῇ δουλεύοντες αὐτοῖς. ἥδιον ἂν ἦν [e] ὑπακούσαι τις ὥρας εὐτυχηκότι, ἢ προστάξαι τῷ μὴ τοιούτῳ, καὶ πλείω χάριν ἂν εἰδείη τῷ πολλὰ προστάττοντι μᾶλλον, ἢ τῷ μηδ' ὁτιῶν ἐπαγγέλλοντι.

24. *Et reliqua bona, quorum indigemus, non ultra appetimus, cum ſumus conſecuti; pulchritudinis autem nulla unquam eſt ſatietas: verum ſi & illum Aglaiae filium qui cum Achivis venit contra Ilium, ſique Hyacinthum illum pulchrum, aut Lacedaemonium Narciſſum vincamus pulchritudine; non putamus ſatis nobis eſſe, ſed metuimus, ne ignari a poſteris forte ſuperemur.*

90 Καὶ τἆλλων ἀγαθῶν, ὧν ἂν ἐνδεεῖς ὦμεν, οὐ περαιτέρω σπουδάζομεν τῆς τυχεῖν· κάλλους δ' ἡμῖν οὐδεὶς οὐδὲ πώποτε γέγονε κόρος. ἀλλ' ἐάν τε τὸν Ἀγλαΐης, τὸν εἰς Ἴλιον ποτὲ συναναβάντα τοῖς Ἀχαιοῖς, ἐάν θ' Ὑάκινθον τὸν καλὸν, ἢ τὸν Λακεδαιμόνιον Νάρκισσον κάλλει νικῶμεν, οὐκ ἐχεῖν ἡμῖν δοκοῦμεν, ἀλλὰ δεδοίκαμεν μὴ λάθωμεν τοῖς ὀπιγιγνομένοις ἂν καλὰ λιπόντες ὑφολήν.

25. *Fere omnibus autem, ut ita dicam, rebus humanis commune quaſi, ad quod componantur, exemplum pulchritudo eſt: & neque imperatores non curant ad pulchritudinem ſtruere aciem; neque oratores componere orationem; neque pictores imagines ſuas pinxiſſe. Sed quid haec dico, quorum pulchritudo finis eſt? Quorum ad uſum neceſſitate quadam venimus, in his nihil ſtudii intermittimus, quo ea, quam poteſt, paremus pulcherrima. Neque enim Menelaus tam curabat uſum aedium, quam ut ingredientes admiratione percelleret: atque ea cauſa & ſumtuoſiſſimas ſimul paravit & pulcherrimas. Neque aberravit ab ſuo conſilio: Ulyſſis enim filius ita illas admiratus eſſe dicitur, requirendi patris cauſſa in eas cum perveniſſet, ut Piſiſtrati diceret Neſtoris filio,*

Talis num fuerit Jovis aula introrſus
Olympi?

1 Σχεδὸν δ', ὡς εἰπεῖν, πάντων τὰ ἐν ἀνθρώποις πραγμάτων ὥσπερ κοινὸν παράδειγμα τὸ κάλλος ἐστί· καὶ οὔτε στρατηγοὶ εἰς κάλλος μελέτην τὰ στρατεύματα συντάσσειν, οὔτε ῥήτορσι τοὺς λόγους συντιθέναι, οὔτε μὴν [f] γραφεῦσι τὰς εἰκόνας γεγραφέναι. ἀλλὰ τί ταῦτα λέγω; ὧν τὸ κάλλος τέλος ἐστίν· ὧν δ' εἰς χρείαν ἥκομεν ἀναγκαίως, οὐκ ἐλλείπομεν οὐδὲν σπουδῆς εἰς ὅσον ἔξεστι κάλλιστα καλασκευάζειν. τῷ τε δὴ Μενέλεῳ οὐ τοσοῦτον ἐμέλησε τῆς χρείας τῆς οἴκων, ἢ ὅσον τοὺς εἰσερχομένους ἐκπλήττειν· καὶ δὴ διὰ τοῦθ' οὕτω πολυτελέστατος ἅμα καλασκεύασε, καὶ κάλλιστος, καὶ οὐ γνώμης οὐκ ἥμαρτεν· ὁ δὲ Ὀδυσσέως οὕτως ἀγαθὸν εἶναι λέγεται τοῦτος, ὥστε τὸν παῖδα εἰς αὐτὸν ἀφιγμένον, ὡς εἰπεῖν Πεισιστράτῳ τῷ Νεστορίδῃ,

Ζηνός τοι τοιόνδε Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή.

Αὐ-

e Ὑπακούσαι] Ὑπακοῦσαι Edd. male. Ὑπακούσαιλο, ἴσως L. f Γραφεῦσι] Sic plurimae cum *Fl.* Γραφοῦσι *J.*

Neque turbare nos debet illud δεῖν λέγειν pro λέγεσθαι. Sic enim auctor etiam ſupra c. 15. m. μισημένων δὲ καὶ πρόσκλισιν ἀξιωμένων, ubi paſſivo non minus opus erat. *J.M.G.*

81. Πράττομεν, χαίη] Lege πραττόμενα χαίη. *F.G.* Idque omnino neceſſarium credidi. *J.F.R.*

Πραττόμενα χαίη] Sic legendum eſſe facile, credo, quisque videt, & viderunt, puto, ſuperiores interpretes. Τὰ πράγματα ἔχει εὖ πραττόμενα ſignificat εὖ πράττεται. *J.M.G.*

93. Τὸν Ἀγλαΐης] Nireus. *Hom.* Il. B. 672. Νιρεὺς Ἀγλαΐης θ' υἱὸς χαρόποιό τ' ἄνακτος Νιρεὺς ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε. *M. du S.*

19. Ζηνός πω] *Hom.* Od. Δ. 74. *M. du S.*

Ibid. Ἔνδοθεν] I. e. ἔνδοθι. *F.G.* Sic & ſupra de *Dea Syr.* c. 31. *J.F.R.*

Αὐτὸς δ' ὁ τῦ μειρακίυ πατὴρ οὐκ ἄλ-
λυ τυ χάριν μιλλοπαρήυς ἦγε τὰς ναῦς,
συστρατευόμενος τοῖς Ἕλλησιν ἐπὶ Τροίαν,
ἢ ὅπως τὺς ὁρῶντας ἐκπλήττειν ἔσχη. καὶ
κεδὸν εἴ τις ἑκάστην ἐξετάζειν βύλε-
τ τῶν τεχνῶν, εὑρήσ τάσας ἐς τὸ κάλλ ὁρώ-
σας, κ τύτυ τυγχάνειν [a] τῦ παντὸς τι-
θεμένας.

Τοσῦτον δὲ τὸ κάλλ τ ἄλλων ἁπάν-
των ὑπερέχειν δοκεῖ, ὥτε τ μ ἢ δικαιο-
σύνης, ἢ σοφίας, ἢ [b] ἀνδρείας μελεχόντων,
πολλά τις ἂν εὕροι τιμώμενα μᾶλλον τ
δὲ ταύτης τ ἰδέας κεκοινωνηκότων βέλτιόν
ὄτιν εὑρεῖν ἐδέν, ὥσπερ [c] δὴ κ τ μὴ μέλε-
χηκότων ἀτιμότερον ἐδέν. μόνυς γῶν τὺς
μὴ καλὺς ὀνομάζομεν αἰσχρύς, ὡς ἐδὲν ὂν
εἴ τι τις ἔχων τύχοι πλεονέκτημα τ
ἄλλων, κάλλυς ἐστερημέν.

Τὺς μ ὖν ἢ δημοκρατυμένοις τὰ κοινὰ
διοικῦντας, ἢ τυράννοις ὑποτελαγμένυς,
τὺς μ δημαγωγύς, τὺς δὲ κόλακας κα-
λῦμεν· μόνυς δὲ τὺς ὑπὸ ταύτῃ τῇ δυ-
νάμει γενομένυς θαυμάζομέν τε, φιλοπό-
νυς τε κ φιλοκάλυς ὀνομάζομεν, κ κοινὺς
νομίζομεν εὐεργέτας τὺς τ καλῶν ἐπι-
μελητάς. ὅτε τοίνυν ὕτω μ σεμνὸν τὸ κάλ-
λ ὄτιν, ὕτω δὲ τοῖς πᾶσιν ἐν εὐχῆς μέ-
σει τυχεῖν, κέρδ τε νομίζυσι τὸ τύτυ
τι προσκοπῆσαι δυνηθῆναι, πῶς ἡμᾶς εἰκό-
τως οὐκ ἄν τις ἐμέμφαιτο, εἰ τοσῦτον
ἔχοντες κέρδ κερδαίνειν, ἔπειθ' ἑκόντι
προϊέμεθα, μηδ' αὐτὸ τῦτο αἰσθέ δυνη-
θέντες, ὅτι ζημιύμεθα;

Ipse autem pater adoleſcentuli (Telemachi) *non alia cauſſa ſplendentes miniio naves Graecorum expeditionem juvans ad Trojam duxit, quam ut haberet, quo videntes percelleret. Et artes prope omnes ſo examinare aliquis velit, inveniet ad pulchritudinem eas collineare, & in illa conſequenda ponere omnia.*

26. *Tantum vero eminere in reliquis omnibus pulchritudo* (honeſtas) *videtur, ut multa obſervare liceat iis, quae vel juſtitiam, vel ſapientiam, vel fortitudinem ſibi adjunctam habent, honoratiora: his vero, quae hujus qualitatis partem habent, melius invenire nihil eſt: quemadmodum nimirum iſtis, qui nihil ejus habent, nihil contemtius. Quippe ſolos, qui pulchri non ſunt, turpes vocamus: quaſi nihil ſit, ſi quois aliquam caeterarum praerogativarum habeat pulchritudine idem privatus.*

27. *Atque illos, qui vel in populari imperio rem publicam adminiſtrant, vel tyrannis ſubjecti ſunt, demagogos illos, hos adulatores vocamus: ſolos, qui ſub hac* Pulchri & Honeſti *poteſtate ſunt, admiramur, laboriſque & honeſtatis amantes vocamus, & communes benefactores habemus illos, qui pulchrorum* (honeſtorum) *curam ſuſcipiunt. Cum igitur adeo auguſtum quiddam ſit pulchritudo, adeoque in parte votorum ſit omnibus illam conſequi, ut in lucro ponant, illi ſi qua ſervire poſſint: quomodo non merito nos vituperaverit aliquis, ſi tantum, cum liceat lucrum facere, ultro deinde illud abjiciamus, ac ne hoc ipſum quidem ſentire queamus, damnum nos facere?*

28. Tan-

a Τῦ παντὸς τιθ.] Ita omn, Edd. habere adjecit *Solan.* habeant, ut c. 23. &c. b Ἀνδρείας] Sic jam Edd. omn. cum alias & ἀνδρίας c Δὴ] Δεῖ male *Fl.*

20. Πατὴρ] Ulyſſes. *F.G.*
21. Μιλτοπαρήυς] *Hom.* Catal. 144. *M. du S.*
30. Ἀνδρείας] Mendoſe in omnibus legitur ἀνδρίας. *M. du S.*

Ἀνδρείας] Cur mendi hoc inſimulat *Solan?* An quia in emendationibus Auctorum codicibus ἀνδρίας potius invenias, teſte *Stephano*, qui tamen promiſcue inveniri fatetur. An quia ſic melius diſtinguitur ab adjectivo ἀνδρῖος, ἀνδρία? vel etiam ab ἀνδρεία, virilis aetas, tradente *Schol.* Demoſthenis ad Cherſoneſianae fin. p. m. 272. C. Tom. poſtremi. Verum in Edd. tam crebro confunditur, ut nihil mutare auſim; ἀνδρείας hoc Dial. ſaepius, item ſupra *Patr. Enc.* c. 8. & *Muſc.* c. 5. ubi contrariam Rhodomanni opinionem addidimus.

Ἀν-

28. Tantum & ego verborum feci, multis, quae in promtu mihi erat de pulchritudine dicere, abscissis, cum longius extrahi colloquium viderem. HERM. Felices vos quidem, qui tali colloquio fruiti sitis. Sed tuo beneficio fere non deteriori ego quoque conditione fui.

Τοσοῦτον μὲν δὴ καὶγὼ τὸν λόγον ἐποιησάμην, πολλὰ τῶν ἐνόντων μοι περὶ κάλλους εἰπεῖν ἀφελών, ἐπειδὴ τὴν συνουσίαν ὑπερτείνομένην ἑώρων. ΕΡΜ. Εὐδαίμονές γε, οἱ τοιαύτης ἀπολελαύκατε τὴν συνουσίας· ἧττον δ' ἤδη καὶγὼ ἀδὲν ἔλαττον ὑμῶν ἔσχηκα λέγ' σέ.

60 [d Οὐδ' ὅτῳ δοκεῖ τοῦ Λυκιανοῦ]

d Οὐδ' &c.] Non habet haec Graeca *P.* Habent *Fl. J. H. B. S.* &c.

Ἀνδρείας ἐπιμελοῦ *Epict.* Sent. 78. p. 128. f. σοφίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ *Aelian.* VIII. 16. f. aliique aequales & posteriores, ὅσα κόνις. *J.F.R.*

32. Τῆς ἰδίας κεκοινωνηκότων] Ἰδέα *species*, est *forma qualitas*, *notio*: commune quiddam & universale, quod partes plures, *individua* certe, complectitur. Τῆς ἰδίας τοῦ κάλλους κοινωνοῦσι vel κεκοινώνηκασι, qui sub notione & nomine, sub specie pulchrorum comprehenduntur. *Speciem* aut *formam* nolui ponere in interpretatione, ne quis pro ipsa pulchritudine ea nomina poni existimaret: idque tanto magis, cum auctor felici illa ad mores puerorum & adolescentulorum formandos linguae Graecae confusione, eodem nomine tum pulchrum, quod in corpora cadit, tum generosum illud in animis honestum complectatur. *J.M.G.*

60. Οὐδ' ὅτῳ δ'] Hoc Scholium ita haud dubie ad praecedentem Dialogum pertinet; cum titulo sequentis additum sit εἰ γνήσιον. Unde clare efficitur, Scholium praecedens ad *Philopatridem* pertinere. *M. du S.*

[Οὐδ' ὅτῳ δοκεῖ τοῦ Λυκιανοῦ] Quum *Junt.* haec verba superscripta haberet Dialogo sequenti, *Solanus* adjecerat, ea pertinere ad Dial. praecedentem; cumque in *Fl.* in qua hic *Charidemus* ultimo omnium loco collocatur, diserte ante τὸ ΤΕΛΟΣ ponat, ea eodem posui. In cett. ita inter utrumque Dialogum medio erant posita loco, ut non distinguas ad priorem, an ad seq. spectent. *J.F.R.*

ΝΕΡΩΝ, Η ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΡΥΧΗΣ ΤΟΥ ΙΣΘΜΟΥ, εἰ γνήσιος.

NERO, SIVE DE ISTHMO PERFODIENDO.

ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ ΚΑΙ ΜΟΥΣΩΝΙΟΥ.

MENECRATIS ET MUSONII.

ΜΕΝ.

MEN.

Ἡ Ὀρυχὴ τῦ Ἰσθμῦ ἁ σοὶ, Μυσώνιε, ἀφ' χειρὸς, ὥς φασι, γεγονυῖα τῷ τυράννῳ, νῦν εἶχεν Ἕλληνα. ΜΟΥΣ. Ἴσθι, ὦ Μενέκρατες, ἁ βελτίω ἐντεθυμῆσθαι Νέρωνα. τὰς γὰρ περιβολὰς τ Πελοποννήσυ, τὰς ὑπὲρ Μαλέαν, [a] ξυήρει τοῖς θαλαττευμένοις, εἴκοσι σταδίων τῦ Ἰσθμῦ ῥήγμασι. MEN. Τῦτο δ' ἂν ἁ τὰς ἐμπορίας ὤνησε, καὶ τὰς ὅπη θαλάττη πόλεις, ἁ τὰς ἐν τῇ μεσογείᾳ. καὶ γὰρ δὴ [b] καὐτοῖς ἀποχρῶν ὁ οἶκοι καρπὸς, ἢν τὰ ἐπιθαλάττια εὖ πράττῃ. ταῦτα δὴ διέξελθε, Μυσώνιε, βυλομένοις ἡμῖν ἀκροά-

AT Iſthmum certe perfodere, Muſoni, quod prae manu, ut ajunt, habuit tyrannus, Graeci res conſilii tuo etiam judicio fuit. MUS. Scito, Menecrates, etiam meliora in animo habuiſſe Neronem. Circuitus enim illos Peloponneſi ſupra Maleam navigantibus compendifaciebat, perrumpendo viginti ſtadiorum Iſthmo. MEN. Hoc vero & commerciis utile fuiſſet, & maritimis urbibus pariter atque mediterraneis. Nam his quoque fructus domeſtici ſufficiant, ſi res maritima bene habeat. Haec ergo, Muſoni, enarra nobis

Εἰ γνήσιος] Sola *B* 2. haec duo verba omittit. ΕΙΓΝΗΣΙΟΣ *Ald.* & *H* 1. ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ ΚΑΙ ΜΟΥΣ.] Ita *B* 1. 2. *P.* Aliae omittunt inſcript. perſon. *a* Ξυήρει] Ξυσῖρε *P.* *b* Καὐτοῖς] Bene ſic *Ald. P. H.* &c. Κἀκεῖναις male *S.* & *Amſt.*

ΝΕΡΩΝ Η ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΡ.] Neque hic Luciani dialogus eſt, quemadmodum facile omnibus veſtigiis colligi poteſt, ac praeſertim fine dialogi. Scriptus nempe hic dialogus ſuperſtite Nerone, ac Luciano necdum nato, ut patet antedictis ad Philopatrin. *Th M.*

ΝΕΡΩΝ] In *Fl.* Ed. non extat hoc opuſculum. *M. du S.*

ΝΕΡΩΝ] Quisquis eſt hujus libellii auctor (Lucianum quidem non puto ſcabro adeo ac difficili genere ſcribendi uſum) in eo certe non peccavit, quod ſupervixiſſe fingit Neroni Muſonium. Pulchre oſtendit *Olearius* ad *Philoſtr.* V. Apollo. 4, 36, 2. *Suidam* qui ἀναιρεθῆναι dicit a Nerone Muſonium, non hoc velle, interfectum eſſe, ſed exilio ejectum & velut e medio ſublatum. Porro quam commode hic ad Iſthmum ſtatuatur Muſonius, inde apparet, quod idem *Philoſtratus* 5, 19. narrat, hunc philoſophum inter vinctos illos fuiſſe, quorum operis foſſa illa duceretur. Verba ſunt, Demetrius Philoſophus Μυσωνίῳ ἔφασκεν ἐντετυχηκέναι πέρι τῦ Ἰσθμοῦ, διὰ μόνῳ τε, καὶ κελευσαμένῳ ὀρύττειν· καὶ αὐτὸν μὲ ἀνευφημῆσαι τὰ νικητήρια· τῦ δ' ἕνεκα τῦ σμινύης, καὶ ὅρμωμένους τῇ γῇ ἐμβάλλειν, ἀναπόψασθαι δὲ λυπῶ σε ἄν, ὦ Δημήτριε, τῦ Ἰσθμὸν ὀρύττων τῇ Ἑλλάδι; εἰ δὲ καὶ κιθαρῳδῶντά μοι εἶδες, ὥσπερ Νέρωνα, τί ἂν ἔπαθες; pro illo ἀνευφημῆσαι, quod *lamentari* vertitur, malim retinuiſſet *Olearius* vulgatum ante ἀπευφημῆσαι, *deteſtari*. Caeterum hinc intelligitur, quid ſibi velint mox verba, προσεζευγμένων ἡμῶν τῷ Ἰσθμῷ. *J. M. G.*

ΝΕΡΩΝ &c.] In *Fl* totus hic Dialogus non conſpicitur, conſulto omiſſus. *J. F. R.*

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΡ. ΤΟΥ ΙΣΘΜΟΥ] Vide *Philoſtr.* in vita Apoll. IV. p. 162. cum notis. *M du S.*

1. Ἡ ὀρυχὴ τῦ Ἰσθμοῦ ἁ σοὶ, Μυσώνιε] Qui poteſt Muſonius haec iſta de Iſthmi perfoſſione diſſerere a Nerone interfectus jam olim, ut apud *Suidam* eſt, atque alios? Hic autem Muſonius ſic agit, quaſi qui Neroni ſupervixerit, ut cum de Vindice narrat cap. 5. Mitto jam ſtili indolem minime Lucianicam, aliaque id genus argumenta. *Th. M.*

Ἡ ὀρυχὴ τῦ &c.] Muſonius diu vixit poſt Neronem. Vid. *Philoſtr.* & *Orig.* contra Celſ. *M. V. La Croze.*

Ibid. Μυσώνιε] A Nerone in exilium miſſus, non in-

bis audire cupientibus universis, nisi quid aliud serium agere cogitas. MUS. Faciam ac lubens. Nec enim scio, in quo potius gratum facere vobis possim, qui studendi caussa insuave adeo auditorium ingressi sitis.

2. Neronem igitur in Achaiam egerunt carmina, & quod firmiter sibi persuaserat, nec Musas canere suavius. Volebat autem etiam Olympia, certaminum omnium maxime gymnicum, ob cantum coronari. Quantum enim ad Pythia, haec magis ad se pertinere, quam ad Apollinem: qui nec ipse citharam cantumque opponere sibi audeat. Verum Isthmus non inter ea, quae e longinquo cogitaverat: sed cum in naturam loci incidisset, magnificentiae quodam amore correptus, & regem illum Achivorum quondam ad Trojam *profectorum* cogitans, ut is Euboeam a Boeotia abscideret illo circa Chalcida Euripo; atque insuper Darium, ut Bosporo pons contra Scythas ab illo impositus sit; Xerxis autem *opera* forte ante haec ipsa cogitavit, magnificorum operum maxima. Ad haec videri sibi poterat, se permiscendis tam parvo inter-

σασθαι πᾶσιν, εἰ μή τι σπουδάσαι ἄμεινον ἕτερον. ΜΟΥΣ. Δίειμι βυλομένοις. εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι χαριζοίμην ἂν μᾶλλον τοῖς γε ἀφιγμένοις ἐς ἀηδὲς ὅτω φροντιστήριον ὅπου τῷ σπουδάζειν.

Νέρωνα τοίνυν ἐς Ἀχαΐαν ᾠδαὶ ἤγον, καὶ τὸ σφόδρα αὐτὸν πεπεικέναι, μηδ' ἂν τὰς Μούσας ἀναβάλλεσθαι ἥδιον. ἐβούλετο δὲ καὶ τὰ Ὀλύμπια (τὸ γυμνικώταλον τῶν ἀγώνων) στεφανοῦσθαι ᾄδων. τὰ γὰρ Πύθια, τούτων μὲν ἑαυτῷ μετεῖναι μᾶλλον, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι. μὴ γὰρ ἂν μηδ' ἐκεῖνον ἐναντίαν αὐτῷ κιθάραν τε καὶ ᾠδὴν θέσθαι. ὁ δὲ Ἰσθμὸς, ὃ τῶν ἄποθεν αὐτῷ βεβουλευμένων· ἀλλ' ἐντυχὼν τῇ φύσει τοῦ τόπου, μεγαλουργίας ἠράσθη, τόν τε βασιλέα τὸν ἐπὶ τὴν Τροίαν ποτὲ Ἀχαιῶν ἐνθυμηθεὶς, ὡς τὴν Εὔβοιαν τῆς Βοιωτίας ἀπέτεμεν Εὐρίπῳ τῷ περὶ τὴν Χαλκίδα· ἔτι γε μὴν καὶ τὸν Δαρεῖον, ὡς ὁ Βόσπορος ἐγεφυρώθη αὐτῷ ἐπὶ τοὺς Σκύθας· τὰ δὲ Ξέρξου καὶ πρὸ τούτων ἴσως ἐνενόησε, μέγιστα τῶν μεγαλουργιῶν ὄντα· καὶ πρὸς τούτοις, τὸ δὶ ὀλίγου ἀλλήλοις ἐπιμίξαι

interfectus est: vid. supra Παρ. c. 18. *Tac.* ann. XV. C. 71. H. III. f. *Philostr.* in vita Apoll. IV. p. 175. cum not. & 187. Deest hic Dialogus in *Fl.* neque Lucianeus censendus est. Neronem quidem ea molitum fuisse, quae hic narrantur, verum est. Quod & in votis post eum Herodes Atticus ὁ πάνυ habuisse traditur a *Philostr.* in ejus vita p. 278. De Neronis in Graeciam itinere & agonibus ibi susceptis, videndi *Suet.* in Ner. c. 22. 24. *Dio* L. LXIII. p. 719. *Plut.* in Flamin. *Dio Chrys.* in Rhodiaca, & *Philostr.* in Apoll. IV. 24. & V. 7. *M. du S.*

10. Καὶ γὰρ δὴ καὶκείνας ἀπόχρων ὁ οἶκος παρὸς, ἢν τὰ ἐπιθαλάττια εὖ πράττῃ] Corrige ex *Aldina* καὶκείναις πόλεσι scilicet ἐν τῇ μισογείᾳ, quibus abunde ait esse proventuum, si floreat res maritima. *J. J.*

11. Καὶκείνας ἀπόχρων] An καὶκείναις ἀπόχρῃ? *Bas.* edit. καὶκείναις ἀπόχρων ferri potest. *F. G.*

15. Εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι χαριζοίμην] Haec sententiam sanam ut habere possint vereor. Legendum puto, tenui admodum in Mss. discrimine, Οὐ γὰρ οἶδ' ὅ, τι κ. τ. λ. & sic interpretatus sum. *J. M. G.*

17. Ἐς ἀηδὲς ὅτω φροντιστήριον] Videtur fingere auctor, Musonium in carcere vel vinculis certe scholam hic habere, circa ipsum forte opus paullo ante relictum a Nerone. *J. M. G.*

22. Τὰ Ὀλύμπια] Vid. *Philostr.* p. 192. *M. du S.*

23. Τὰ γὰρ Πύθια] Absolute, ut Lucian. *Prom.* §. 7. Τὸ γὰρ τῆς κλειδὸς. *J. M. G.*

29. Τόν τε βασιλέα τὸν ἐπὶ τὴν Τροίαν] Rex Achivorum Trojam oppugnantium, qui Euboeam abciderit Boeotiae, nescio an usquam memoretur. Certe nihil Homerus, nihil Geographi. Contra a natura abscissam omnes affirmant. Suspicari licet aliquid hic excidisse: nempe dixit forte auctor de illa *Homerica* fossa Il. H. Nestoris suasu facta; deinde Neptunum commemoravit, qui Libyam Hesperia, id est Hispania, circa Gades disjunxerit, Siciliam abruperit ab Italia, a Boeotia Euboeam. Omissis quae interjecta fuerant, male jam Agamemnoni tribuitur opus Neptuni, hoc est, ipsius naturae. Haec suspicari fas fuerit, ne nimis incredibile aliquid hic dicatur ex persona Musonii. Caeterum qui perfossionem Isthmi Corinthiaci tentarint vid. *Plin.* H. N. 4, 4, f. 5. Neronis conatum describit, admixtis superstitionis quibusdam credulitatis certe vestigiis, *Xiphilinus* e Dionis l. 63. p. 722. *J. M. G.*

36. Καὶ πρὸς τούτοις τὸ δὶ ὀλίγου ἀλλήλοις ἐπιμίξαι πάντας εἰσαῦθις τὴν Ἑλλάδα λαμπρᾶς ἐσιέσθαι τοῖς ἔθνεσι] Perobscure dictum ac neutiquam Lucianice. Accessit non notatus interductus post πάντας. Nam esse debuit

μίξαι πάντας, εἴσαιτο τὴν Ἑλλάδα λαμπρῶς ἐγιάζ[ει] τοῖς ἔξωθεν· αἱ γὰρ τύραννοι φύσεις μεθύουσι μὲν, φαύουσι δέ πη καὶ ἀκοῦσαι τοῦτο φθέγμα.

Προελθὼν δὲ ὁ σκηνῆς ὕμνον μὲν Ἀμφιτρίτης τε καὶ Ποσειδῶνος ᾖσε, καὶ ᾆσμα οὐ μέγα Μελικέρτῃ δὲ καὶ Λευκοθέᾳ. ὀρέξαντος δ' αὐτῷ χρυσῆν δίκελλαν [b] τοῦ τῆς Ἑλλάδος ἐπιτροπεύσαντος, ὡς τὴν ὀρυχὴν ἦξε, κροτούμενός τε καὶ ἀδόμενος, καὶ καθηκόμενος τῆς γῆς, τρὶς, οἶμαι· τοῖς τε τῆς [c] ἀρχῆς ἐπισπευσθεῖσιν ὑπὸ κελευσάμενος ξυμπόνως ἅπτεσθαι τοῦ ἔργου, ἀνῆκεν εἰς τὸν Κόρινθον, τὰ Ἡρακλέους δοκοῦντα ὑπερβεβλῆσθαι πάντα. οἱ μὲν δὴ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου, τὰ σκληρότατά τε καὶ δύσεργα ἐξεπόνουν, ὁ στρατιὰ δὲ τὰ γεώδη τε καὶ ὀπίπεδα.

[d] Ἑβδόμην δέ που καὶ πέμπτην ἡμέραν προσεζευγμένων ἡμῶν τῷ Ἰσθμῷ, κατέβη τις ἐκ Κορίνθου λόγος οὔτω σαφὴς, ὡς δὴ τοῦ Νέρωνος μεταγνωκότος τὴν τομήν. ἔφα-

vallo omnibus, ſplendido Graeciam munere & velut epulis excipere. Ingenia enim tyrannorum, ebria illa quidem, tamen interdum etiam ejusmodi vocem audire geſtiunt.

3. Progreſſus autem de tentorio, hymnum canebat Amphitrites ac Neptuni, & carmen non magnum Melicertae & Leucotheae. Cum vero raſtellum illi aureum porrexiſſet praeſes Graeciae, ad foſſam acceſſit inter plauſus atque cantus, humoque ter, puto, percuſſa, hortatusque eos quibus cura operis permiſſa erat, ut ſtudioſe illud aggrederentur, Corinthum rediit, omnes a ſe Herculis ſuperatos labores, exiſtimans. Atque ergaſtulorum vincti ſaxoſa & difficilia elaborabant, terrena autem ac plana exercitus.

4. Septimo vel quinto adeo die, cum Iſthmo velut affixi haereremus, ingruit aliquis e Corintho nondum tamen certus rumor, de mutato a Nerone abſcindendi conſilio.

a Τοῖς] Bene ſic vett. Τὴν male S. & *Amſt.* b Τοῦ] Sic P. ut *Marcil.* voluit. Καὶ Edd. cett. c Ἀρχὴν] Legi etiam poteſt ἐφορὴν *Pell.* d Ἑβδόμην — καὶ πέμπτην] Sic eſſe in Edd. omnib. notat *Solan.*

buit καὶ πρὸς τούτοις τὸ δ' ὀλίγῳ ἐπιμίξαι πάντας, εἴσαιτο τὴν Ἑλλάδα λαμπρῶς ἐγιάζ[ει] τοῖς ἔξωθεν. *Praeter haec* cogitavit, *etiam, quod ſi omnes* Graecos *compendio iſto ſic inter ſe permiſcuiſſet, videretur extraneis Graeciam ſplendido quaſi epulo excepiſſe.* Nunc pretium advertere, quemadmodum *Jac. Micyllus* interpres, qui de non peſſimis eſt, rem geſſerit. *Supra omnia autem haec,* inquit, *etiam illud putabat: Graeciam per hoc, quod brevi adeo omnes inter ſe miſceri poſſent, contra exteros ſplendide adeo ſtabilitum iri.* Proh Apollo & Muſae Pſeudolucianicae! Ita? ἰσθιάσθαι *eſt ſtabilitum iri?* Haud vidi magis: miſerum Lucianum, qui ſub tam lentis maxillis, & hunc Pſeudolucianum, qui ſic ſub Luciani pelle vapulat. Ἐσθιάζ[ει] autem Ἑλλάδα hic Pſeudolucianus dixit ad Olympiorum celebritatem cogitatione ſe referens. *Th. M.*

Ibid. Τὸ δ' ὀλίγῳ] An ſic legendum videtur: τὸ δ' ὀλίγῳ ἀλλήλοις ἐπιμῖξαι πάντας τοὺς Ἕλληνας ἐς τὴν Ἑλλάδα λαμπρῶς ἐγιάζ[ει] ὑπὸ τῶν ἔξωθεν. *F. G.*

Τὸ δ' ὀλίγῳ ἀλλήλοις ἐπιμῖξαι] Legendum arbitror τῷ, quod quale ſit, ex interpretatione intelligitur. Illud εἴσαιτο per *videri poterat* interpretatus ſum auctoritate *Heſychii*, apud quem eſt εἴσατο, δόξειν. *Permiſcere* ἐπιμίγνυσθαι eſt commerciorum ſocietate inter ſe devincire. Τὰ ἔξωθεν ſunt merces facilius jam importandae. *J. M. G.*

39. Ἀκοῦσαι τοῦτο φθέγμα] Notari debuit aſteriſco hic locus, & proclamari: hic foſſa eſt ingens! *Th. M.*

41. Ὕμνον μὲν Ἀμφιτ.] *Olear.* ad *Philoſtr.* p. 159. 7. *J. F. R.*

42. Καὶ ᾆσμα] An καὶ ἀ. οὐ μ. Μελικέρτῃ τε καὶ Λ. Placet. *F. G.*

43. Ὀρέξαντος δ' αὐτῷ χρυσῆν δίκελλαν τοῦ τῆς Ἑλλάδος ἐπιτροπεύσαντος] Relege ὀρέξαντος δὲ αὐτῷ χρυσῆν δίκελλαν τοῦ τὴν Ἑλλάδα ἐπιτρ. Intelligi vult Procos. Achajae. Non dixit ἐπιτροπεύοντος, ſed ἐπιτροπεύσαντος quia principis adventu finitum Procos. imperium. De ritu autem hoc iſto principum in operibus novis, ad Caji *Suet.* Veſpaſian. narravi c. VIII. Ridere autem qui volet, videre illi tempus genium interpretis. *Cum autem aureum ipſe ligonem porrexiſſet, Graeciamque tamquam in tutelam commendaſſet.* &c. Quid pote capitalius? *Th. M.*

54. Ἑβδόμην — καὶ πέμπτην] Hoc ea aetate ſcriptum ſit neceſſe eſt, qua per ſeptimanas numerari jam coeptum eſſet. Imo vero ἑβδομηκοστὴν ἢ π. legere jubent viri docti apud *Olearium* ad *Philoſtr.* p. 163. a. 13. Sed quo codice auctore? quaeve haec licentia? *M. du S.*

57. Νέρωνος μεταγνωκότος τὴν τομήν.] In marg. *Ald. Weſſ.*

filio. Dicebant autem Aegyptios, dimenſo utriusque maris faſtigio, non ejusdem illa libramenti deprehendiſſe, ſed altius arbitrari illud, quod ex Lechaeo *ſinu allabitur*, atque Aeginae proinde metuere, ne tanto mari ad inſulam illam appellente, plane ſubmerſa Aegina auferatur. Verum Neronem quidem a ſecando Iſthmo neque Thales ille ſapientiſſimus, & conſultiſſimus naturae demoviſſet: magis enim ſecare illum jam cupiebat, quam *ipſum* publice canere.

5. At Occidentis populorum motus, & acerrimus ille *vir*, qui rempublicam ibi capeſſiverat, nomen ei Vindex, a Graecia & Iſthmo abduxit Neronem, frigida quaedam de Geometria cauſſantem: maria enim pari undique faſtigio librata novi. Ajunt autem illi etiam ipſas ſuburbanas regiones jam labare, & cédere. Hoc ipſi quoque heri audiſtis e tribuno, qui huc appulit.

6. MEN. Sed vox, o Muſoni, propter quam ita furioſe Muſicus eſt, & Olympiadum Pythiadumque amore flagrat, quomodo habet tyranno? eorum enim,

σαν δὲ τὺς Αἰγυπτίυς γεωμετρῆντας τ' ἑκατέρας θαλάττης τὰς φύσεις, ὅτι ἰσοπεδοις αὐταῖς συντυχεῖν, ἀλλ' ὑψηλοτέραν ἡγεμένης τ' ἐκ τῦ Λεχαίυ τῇ Αἰγίνῃ δεδοικέναι. τελάγυς γὰρ τοσύτυ νήσῳ ἐπιχυθέντ@, καὶν ὑποβρύχιον ἀπενεχθῆναι τ' Αἴγιναν. Νέρωνα δὲ τ' μὴ τῦ Ἰσθμῦ τομῆς μᾶλλον ἂν ὁ Θαλῆς μετέσησεν ὁ σοφώτατός τε καὶ φυσικώτατ@. τῦ γὰρ τεμεῖν αὐτὸν ἦρα μᾶλλον, ἢ τῦ δημοσίᾳ ᾄδειν.

Ἡ δὲ τ' Ἑσπερίων ἐθνῶν κίνησις, καὶ ὀξύτατ@, ὡς τῆς ἐκείνης νῦν ἀπτόμν@, ὄνομα δὲ αὐτῷ Βίνδαξ, ἀπήγαγεν Ἑλλάδ@ τε καὶ Ἰσθμῦ Νέρωνα, ψυχρῶς γεωμετρήσαντα. τὰς γὰρ θαλάσσας ἰσογαίους τε καὶ ἰσοπέδους οἶδα. Φασὶ δ' αὐτῷ καὶ τὰ ὑπὸ τ' Ῥώμης ὁλισθαίνειν ἤδη, καὶ ὑποδύναι. τυτὶ καὶ αὐτοὶ χθὲς ἠκούσαμε τῦ προπλαίσαντ@ χιλιάρχυ.

MEN. Ἡ φωνὴ δὲ, Μυσώνιε, δι' ἣν μυσομανεῖ, καὶ τ' Ὀλυμπιάδων τε καὶ Πυθιάδων ἐρᾷ, πῶς ἔχει τῷ τυράννῳ; τ' γὰρ Λή-

e Θαλῆς] Θαλλῆς Edd. hac priores. f Ὡς τ' ἐκείνης] Nihil varietatis invenio.

Weſſ. adſcriptum, vid. *Cael.* L. II. §. 3. Sed nihil ibi invenio. Quare adi *Cael. Rhodig.* L. XXI. c. 19. ubi enarrat quinam Iſthmum perfodere praeter Neronem conati ſint. *J.F.R.*

58. Αἰγυπτίυς] Idem apud *Philoſtratum* narratur p. 163. *M. du S.*

64. Νέρωνα — Ἰσθμῦ] *Olear.* ad *Philoſtr.* p. 162. a. 7. & 8. Item p. 192. ubi idem fere. *J.F.R.*

65. Θαλῆς] Corrupte antea in omnibus legebatur Θαλλῆς. V. Ἰσσ. c. 2. ad quem locum haud dubie hic Auctor reſpicit. *M. du S.*

68. Καὶ ὀξύτατ@ ὡς] Locus corruptus, arbitror, quem ita forte emendare liceat, καὶ ὁ ὀξύτατ@, (int. ἀνὴρ) ὡς τ' ἐκείνου νῦν ἀπτόμν@, eo ſenſu, quem expreſſi. Nomen viri eſt non Βίνδαξ, ſed Βίνδιξ, *Vindex*. De ὀξύτατ@ non diſſimulo, mihi in mentem veniſſe legere, αὐξύτατ@ vel ὁ ὀξύτατ@ Exconſul. ſ. Exconſule, quae ſatis blanda fuerit mutatio. Regebat tum Galliam pro praetore Vindex, *Sueton.* Ner. c. 40. & poteſt fieri, ut conſulatu ante functus fuerit, quo reſpectu ſit ὀξύτατ@. Docet enim *Dio* l. 53. p. 504. ab Auguſto inſtitutum, quos ipſe in ſuas provincias mitteret, Legatos & Propraetores vocari, licet Conſulares eſſent, πρεσβευτὰς αὐτοκρατόρας τε ὀνομάζεσθαι, καὶν ὦσι τ' ὑπατικοῦτον ὄντες. Hactenus itaque mirifice blandiebatur mihi conjectura. ſed refrigeravit iſtum amorem ex aliqua parte illud, quod inferioris aevi, & vel tum rariſſima vox ὀξύτατ@ itaque in medio interim relinquenda res videtur: ac ne in verſionem quidem recipere Vindicem Exconſulem auſus ſum. Interim nec illud diſſimulo, libellum mihi ſatis recentem videri, quem ὀξύτατ@ non dedeceat: ſed non aliis adhuc, quam ſtili argumentis. *J. M. G.*

69. Ὡς τ' ἐκείνης νῦν ἀπτόμν@] Melius ὁ τ' ἐκείνου νῦν ἀπτόμν@. *Th. M.*

Ὡς τ' ἐκείνης &c.] Malim ὁ τ' ἐκεῖ νῦν. Vett. Codd. inſpiciendi. *F.G.*

74. Ὑπὸ τ'] Lege ἀπὸ. F.G. Non opus eſt, ſi loca Urbi proxima cum *Geſnero* intelligas, quamquam qui hoc hiſtoriae reſpondeat, non plane dijudico. In ipſa enim Urbe multi favebant Vindici, vid. *Suet.* Ner. c. 40. Sed cum, teſte etiam *Tacito*, a Gallis incepit motus Vindicis, omnia jam inde ei ad Urbem usque patere, poſſet hic narrari. *J.F.R.*

Ibid. Ὑποδύναι] *Subſidere, fondre ſous lui.* F.G.

76. Προπλαίσαντ@] Scripſerat haud dubie προστλαίσαντ@, qua voce ſtatim utitur. *M. du S.*

79. Τῶν γὰρ Δίμνῳ προσταξάντων] Fingitur igitur, niſi

Δήμνῳ προσπλεόντων οἱ μὲν ἐθαύμαζον, οἱ δὲ καλεγέλων. ΜΟΥΣ. Ἀλλ' ἐκεῖνός γε, ὦ Μενέκρατες, οὔτε θαυμασίως ἔχει τῷ φθέγματος, οὔτ' αὖ γελοίως· ἡ γὰρ φύσις αὐτὸν ἀμέμπτως τε καὶ μέσως ἥρμοκε. Φθέγγεται δὲ κοῖλον [a] μὲν φύσει, καὶ βαρύ, ἐγκειμένης αὐτῷ τῆς φάρυγγος· μέλη δ' ὅτῳ καλεσκευασμένα βομβεῖ πως. οἱ δέ γε τόροι τῆ φθόγγων ὀπιλεαίνουσι [b] τοῦτον, ἐπεὶ μὴ θαρρεῖ [c] αὐτῷ· χρωμάτων δὲ φιλανθρωπίᾳ, καὶ μελοποιΐᾳ, εὐαγώγῳ μὲν δή, καὶ κιθαρῳδίᾳ εὐτάλει, καὶ ἓ χαιρὸς βαδίσαι, καὶ στῆναι, καὶ μέλαστῆναι, καὶ τὸ νεῦμα ἐξομοιῶσαι τοῖς μέλεσιν, αἰσχύνην ἔχοντος μόνῳ τῷ βασιλέα δοκεῖν ἀκριβῶν ταῦτα.

80 qui Lemnum appulerunt admirati quidam ſunt, alii deriſere. MUS. Verum iſte, Menecrates, neque admirabilis eſt quantum ad vocem, neque ridiculus. Natura enim illum ſine reprehenſione & mediocriter inſtruxit. Cavum autem quiddam & grave 85 praeter naturam ſonat, depreſſo ad interiora gutture. Cantica vero ita paratus quodammodo ſtridit ac ſtrepit. Interim toni vocum muſicarum mitigant illum, *tolerabiliorem faciunt*, cum ſibi non confidit, colorum muſicorum humanitate, & modulatione flexibili ſane, & bene compoſito ad 90 citharam cantu, & quod ubi tempus eſt ingreditur, & ſtat, & transfert ſe, & quod nutum accommodat cantibus: qua in re illud ſolum turpitudinem habet, quod Imperator videtur ſtudioſe ac ſubtiliter iſta tractare.

Εἰ δὲ μιμοῖτο τοὺς χρείττονας, φεῦ γέλωτος, ὡς πολὺς τῶν θεωμένων ἐκπίπτει, καίτοι μυρίων φόβων ἐπηρτημένων, εἴ τις ἐπ' αὐτῷ γελῶν εἴη. νεύει μὲν δή, τῷ μετρίῳ πλέον ξυνάγων τὸ πνεῦμα, ἐπ' ἄκρων δὲ τῶν ποδῶν ἀνακλώμενος, ὥσπερ

7. Quoties vero imitatur ſuperos, vah riſum! quam multus excidit ſpectatoribus, licet ſexcenti terrores impendeant, ſi quis illum derideat. Nutat enim ſupra modum collecto ſpiritu, ſummis pedum divaricatorum digitis inſiſtit, retrorſum inflexus, ut qui

a Μὲν] Μὴ Edd. Μὲν (ἴσως) L. b Τοῦτον] Nihil mut. Edd. c Αὐτῷ] Αὐτῷ Edd. priores.

niſi hic etiam aliquid corruptum eſt, Menecratem hunc Lemnium fuiſſe, neque inſula illa ante haec egreſſum. *J.M.G.*

80. Λήμνῳ] Ubi ſcriptor hujus Dialogi, quod & ad Φιλοπ. c. 3. monuimus. *M. du S.*

85. Φθέγγεται δὲ κοῖλον μὲν] De voce Neronis *fuſca*, *Suet.* Ner. 20. *Dio* . . . & *Philoſtr.* IV. c. 44. V. 7. In omnibus Impr. μὴ pro μὲν erat, quod ut conjecturam tantum exhibet L. *M. du S.*

Φθέγγεται δὲ κοῖλον μὴ φύσει] De voce Neronis *Xiphil.* e Dione l. 61. p. 699. A. βραχὺ δὲ μᾶλλον φώνημα ἔχων. *Sueton.* Ner. c. 20. *Exiguae vocis & fuſcae.* Κοῖλον igitur illud ſ. *cavum* in voce erat ab affectatione, cum majorem & graviorem, quam a natura habebat, vellet efficere, quod depreſſo & introrſum adacto gutture hodie etiam conantur interdum adoleſcentuli. *J.M.G.*

Ibid. Κοῖλον μὲν] Ita legendum animadverterat etiam *La Croze*. Cumque & in L. idem adſcriptum, ſenſusque videatur poſtulare, non dubitavi ſic edere. Interim verſionem ad μὴ aptatam non attigi. *J.F.R.*

86. Ἐγκειμένης] An ἐγκεχρισμένης; *F.G.*

Ibid. Μέλη δ' ὅτῳ κατεσκευασμένα] Nihil praeceſſit de praeparatis carminibus; ſed de voce praeter naturam amplificata. Malim ergo legere κατεσκευασμένῳ. Ita certe interea converti, dum meliora edocear. Statim ſequitur βομβεῖ πως — ὀπιλεαίνουσι. Horum verborum interpunctionem pariter atque interpretationem juvat locus *Epiphanii* e libro de menſ. & ponder. mox a principio, quem obſervavi indicio *Caſauboni* ad *Suet.* Neron. c. 20. Ita autem de ſeptuaginta interpretibus loquitur, ἀντὶ τοῦ εἰς δύο τόπους κεῖσθαι τὸ ὄνομα τοῦ ἴτυς, ἵνα τόπῳ χρησάμενοι, τὴν διπλοῦν ἴτυα βόμβησιν, εἰς λειότητα μετέβαλον κ. τ. λ. Βόμβησις eſt ingratus ex repetitione ſonus; hunc mollierunt voce, quam repetit Ebraeus ſermo, ſemel tantum ponenda? Hoc certe diſcimus, βόμβος eſt ſonus aſperior, qui dicitur junctura λειότητα. Hoc ad noſtram rem ſatis eſt. Nam βόμβον eſſe *obſcurum* & *raucum murmur*, ut apum & id genus animalculorum, ſatis conſtat: quod cum *fuſca* Neronis voce pulchre convenit. *J.M.G.*

88. Τόροι τῆ φθόγγων] Nempe huic etiam loco lucem adfert illa inter φωνὴν & φθόγγον diſtinctio, quam docet *Arrian.* Epict. 3, 6. Κοινή τις ἀκοὴ λέγοιτ' ἂν ἡ μόνον φωνῶν αἰσθητική, ἡ δὲ τῶν φθόγγων ἔτι τινὰ, ἀλλὰ τεχνική. *J.M.G.*

Ibid. Ἐπιλεαίνουσι τοῦτον, ἐπεὶ μὴ θαρρεῖ] Melius ἐπιλ. τοῦ-

qui rotae *alligati sunt*. Cumque natura sit rubicundus, magis etiam incensa illi facie rubescit. Spiritus illi exilis, neque usquam sane sufficiens.

8. MEN. Qui vero contra illum certant, quomodo se submittunt, Musoni? Nempe arti hoc forte gratificantur? MUS. Arti illi quidem, ut qui in lucta concedunt. Sed tu cogita, Menecrates, tragicum actorem, qui in Isthmo periit. Aequalia enim pericula etiam circa artes, si intendant *se* artifices. MEN. Et quid hoc, Musoni? plane enim nihil ea de re audivi. MUS. Audi igitur rem incredibilem illam quidem, sed in oculis Graeciae factam.

9. Cum lex esset ludis Isthmiis, ne Comoedia certaretur, neque Tragoedia: visum est Neroni, Tragoedos vincere, cumque venirent ad illud certamen plures alii, tum Epirotes, voce optima praeditus, qui eo nomine in fama atque admiratione hominum esset, clarius etiam quam solebat alias, fingebat se & coronae amore captum, neque concessurum prius, quam decem sibi talenta Nero pro victoria dedisset. At hic

οἱ ὅπλ τῦ τροχῦ. Φύσ δ' ἐρυθρὸς ὢν, ἐρευθεῖ μᾶλλον, ἐμπιπραμένυ αὐτῷ τῦ προσώπυ· τὸ δὲ πνεῦμα ὀλίγον, κ οὐκ ἀποχρῶν πυ δῆ.

MEN. Οἱ δ' ἐν ἀγῶνι πρὸς αὐτὸν πῶς ὑφίενται, ὦ Μυσώνιε; τέχνη γάρ πυ χαρίζονται. MOYΣ. Τέχνη μὲν, ὥσπερ οἱ ὑποπαλαίονλες, ἀλλ' ἐνθυμήθηλι, ὦ Μενέκρατες, τ τ τραγῳδίας ὑποκριτὴν, ὃς Ἰσθμοῖ ἀπέθανεν. ἴσοι γὰρ κίνδυνοι κ περὶ τὰς τέχνας, ἢν ἐπιτείνωσιν οἱ τεχνάζονλες. MEN. Καὶ τί τῦτο, Μυσώνιε; σφόδρα γὰρ ἀνήκοός τῦ λόγυ. MOYΣ. Ἄκυε δὴ λόγυ ἀτόπυ μὲν, ἐν ὀφθαλμοῖς δὲ Ἑλλήνων πεπραγμένυ.

Ἰσθμοῖ γὰρ νόμυ κειμένυ, μήτε κωμῳδίαν ἀγωνίζεσθαι, μήτε τραγῳδίαν, ἐδόκει Νέρωνι τραγῳδὸς νικᾶν. κ παρῆλθον εἰς τ ἀγωνίαν ταύτην πλείυς μὲν ὁ Ἠπειρώτης, ἄριστα φωνῆς ἔχων, εὐδοκιμῶν δ' ἐπ' [d] αὐτῇ, κ θαυμαζόμενος, λαμπρότερα τῆ εἰωθότος ἐπλάττετο κ τῆ στεφάνυ ἐρᾶν, κ μηδ' ἀνήσειν πρότερον ἢ δέκα τάλαντα δῦναι οἱ Νέρωνα ὑπὲρ τ νίκης.

d Αὐτῇ] Sic *Pell.* Αὐτὴν Edd. vulgo.

τῦτο, ἐπεὶ μὴ θ. τῦτο. Nempe τὸ βομβῶ. Alia erant, & quidem ψευμυκοσιογάργαρα, quae in Luciano & Pseudolucianis notarentur; sed operae non est. Haec autem qualiacumque illa, ex paginis libri mei fimbriatis olim stylo aetatis meae verno, nunc παρὰ τὴν ἀδιεπορίαν exscripsi. *Th. M.*

94. Μόνυ τῦ] Lege μόνυ τῦ. *F.G.* Non displicet, etsi & vulgatum defendi potest. *J.F.R.*

95. Μιμοῦντο τοὺς κριτὰς νας] Apollinem videri voluisse Neronem loquuntur historiae, & numismata. *J.M.G.*

8. Ὥσπερ οἱ ὑποπαλαίοντες] Quid sit ὑποπαλαίειν docet *Plutarchi* Periphrasis de discr. Amici p. 58. F. οἱ δὲ πάλαις τ πλούσιον — ἀποφαίνυσι ῥωμαλέον, ὑποπίπτονλες εἰ τῦ παλαίειν. Et — κολακεύει — ὁ προσπαλαίων ὑποκαλακλινόμεν. *J.M.G.*

10. Τὸν τ τραγ. ὑπ. ὡς Ἰσθμοῖ] Vid. *Plut.* in Flaminio. *M.du S.*

17. Ἰσθμοῖ γὰρ νόμυ κειμ.] Musicos agonas ex Isthmiis ante Neronem exulasse hinc observarat *Casaubonus* (ad *Suet.*) *Spanhemius* vir Amplissimus de Comicis Tragicisque ludis concedit, de musicis, quae non nominantur, non item (Ep. ad *Morell.* I. p. 41.) Adducitque, ut suam sententiam fulciat, *Philostratum* vit. Apoll. lm. IV. 24. Cui loco Doctissimus interpres addi jubet & VIII. 18. Julianique ad Argivos epistolam, quorum locorum primus & tertius *Casauboni* sententiam non tangunt; quippe qui de temporibus quae Neronem antecesserunt, non de sequentibus, statuat. Secundus *Patrium* Musicum ibi agonem vere facit. *M.du S.*

Ibid. Μήτε κωμῳδίαν ἀγωνίζεσθαι] Moverat forte Isthmiorum judices quod postea Praesides Pythiorum, ubi sua adhuc aetate Tragoedorum certamen fuisse, sed de eo abrogando, propter judicum molestias, actum, memorat *Plut.* Sympos. 5, 2. p. 674. qui ibidem docet, in Sicyonio thelauro dedicatum fuisse χρυσοῦν βιβλίον Ἀριστομάχης ἀναθημα — πανηγύρεις Ἰσθμια νικητηρίας. *J.M.G.*

18. Μήτε τραγῳδίαν] *Olear.* ad *Philostr.* 163. a. 12. & 15. *J.F.R.*

22. Ἐπ' αὐτὴν] Lege ἐπ' αὐτῇ. F.G. Recte, cumque & *Pell.* ita haberet, non haesitavi ita edere. *J.F.R.*

κης. ὁ δ' ἠγριαίνετο, καὶ μανικῶς εἶχε· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἠκροᾶτο ὑπὸ τῇ σκηνῇ, ἐπ' αὐτῷ δὴ τ' ἀγῶνι. βοώντων δὲ τῶν Ἑλλήνων ὑπὲρ τῷ Ἠπειρώτῃ, πέμπει τὸν γραμματέα, κελεύων ὑφεῖναι αὐτῷ τῦτον· αὐτὸς δὲ ὑπεραίροντος τὸ φθέγμα, καὶ δημοτικῶς ἐρίζοντος, εἰσπέμπει Νέρων ἐπ' ὀκριβάντων τὺς ἑαυτῦ ὑποκριτὰς, οἷον προσήκοντάς τε τῷ πράγματι. καὶ γὰρ δὴ καὶ δέλτυς ἐλεφαντίνας καὶ διθύρας προβεβλημένοι αὐτὰς ὥσπερ ἐγχειρίδια, καὶ τὸν Ἠπειρώτην ἀναστήσαντες πρὸς τὸν ἀγχῦ κίονα, κατέαξαν αὐτῦ τὸν φάρυγγα, παίοντες ὀρθαῖς ταῖς δέλτοις.

exasperari & furere. Etenim in tabernaculo etiam audiebatur sub ipsum tempus certaminis. Clamore autem laudantibus Epiroten Graecis, scribam mittit, submittere hunc sibi vocem jubens. Illo vero magis etiam tollente vocem, & populariter contendente, immittit Nero in pulpita suos histriones, tanquam qui negotio huic apti essent. Hi ergo qui pugillares eburneos biparentes pugionum instar protendebant, erecti ad proximam columnam Epirotae guttur directis illis tabellis ferientes elidunt.

ΜΕΝ. Τραγῳδίαν δὲ ἐνίκα, Μυσώνιε, μιαρὸν ὅτῳ πάθος ἐν ὀφθαλμοῖς τοῖς Ἑλλήνων ἐργασάμενος; ΜΟΥΣ. Παιδικὰ ταῦτα νεανίᾳ τῷ μητροκτονήσαντι. [a] εἰ δὲ [b] τραγῳδίας ὑποκριτὴν ἀπέκτεινεν ἐκτεμὼν αὐτῦ τὸ φθέγμα, τί χρὴ θαυμάζειν; καὶ γὰρ δὴ καὶ τὸ Πυθικὸν τάμιον, πρὸ ἧς αἱ ὀμφαὶ ἐνέπνεον, ἀποφράξαι ὥρμησεν, ὡς μηδὲ τῷ Ἀπόλλωνι φωνὴ εἴη· καίτοι τὸν Πυθίᾳ καλαλέξαντος αὐτὸν εἰς τὺς Ὀρέστας τε καὶ Ἀλκμαίωνας, οἷς τὸ μητροκτο-

10. MEN. Tragoediam vero vicit, Musoni, tam impuro facinore in oculis Graeciae perpetrando? MUS. Lusus iste juveni interfectori suae matris. Si vero Tragicum histrionem, exstirpanda illius voce, interemit, quid mirandum est? Qui etiam Pythicum ostium, e quo divina adspirabantur oracula, obturandi impetum ceperit, ut neque sua Apollini vox *porro* esset: Pythio licet annumerante illum inter Orestas & Alcmaeones, quibus matrum peracta ab ipsis

a Εἰ δ.] Personam MEN. Edd. hic ingerunt, quam delevi cum *Solan.* & *Gesn.* b Τραγῳδίας] Τραγῳδίαις Edd. antea male.

33. Τὺς ἑαυτῦ ὑποκριτὰς] Forte ex illo plausorum suorum numero, quos describit *Sueton.* c. 20. *Adolescentulos equestris ordinis, & quinque amplius millia e plebe robustissimae juventutis undique elegit, qui diviss in factiones plausuum genera condiscerent* &c. Hi quidem plausuum ὑποκριταὶ fuere. *J. M. G.*

43. ΜΕΝ.] Delendum censeo. *M. du S.*

44. Τραγῳδίαις] Lege τραγῳδίας. *F. G.* Idem notarat *La Croze.* Omnino ita corrigendum duxi, quidquid ad excusandum vulgatum possit adferri, quasi esset plur. pro sing. & ellipsi τῶ, οὐ, uti apud *Sophocl.* Oed. Tyr. 19. Ἀγφαῖσιν ἕδραις, bene habet. vel ut supra τὸν omittitur *Asin.* c. 24. quod tamen & ibi suspectum dixi. Vel ut ib. c. 52. f. πάντων ὀφθαλμοῖς ἀναβήσας. Ne plura simili ellipseos alibi adlegata repetam, quibus effici posse videatur, ut τραγῳδίαις sit: *in tragoediarum quadam*, uti: *Isthmiis, quinquatribus; Ludis, munere, Circensibus*, & similibus spectaculis dici amat (vid. *Suet.* Jul. c. 39.) At haec omnia nihil hic ad rem facere mihi visa; ita simplicitate ac veritate sese commendat genitivus τραγῳδίας; nec displicebit mediocriter peritis, sed ignoscent postremae huic & parcius antea usurpatae audaciae. Sin minus, culpam deprecor, neque in Luciano faciam iterum. *J. F. R.*

49. Εἰς τὺς Ὀρέστας τε] Versiculum proscriptum refert *Sueton.* c. 39. Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων, μητροκτόνοι. Sed nihil de oraculo. Inimicitias furiosas Neronis contra oraculum describit ex *Dionis* l. 63. Xiphilinus p. 721. C. Τὸν δὲ δὴ Ἀπόλλωνα (εἴτ' ἐν ἀγανακτήσας ὅτι λυπρά τινα προεῖπεν αὐτῷ, εἴτε καὶ ἄλλως μανείς) τήν τε χώραν τὴν Κιρραίαν ἀφῆλετο, καὶ τριακοσίους ἔδωκε, καὶ τὸ μαντεῖον κατέλυσεν, ἀλλ' ἐκ τὸ ἱερὸν πνεῦμα ἔτι, σφάξας. Ultima verba ita intelligo, interfectos, & cruentos palpitantesque adhuc homines abjectos in ostium. Eadem occasione videtur illas quingentas hominum Deorumve statuas aeneas sustulisse, de qua re *Pausan.* Phoc. p. 620, 31. *J. M. G.*

50. Ἀλκμαίωνας] Vid. Ἀλεξ. c. 19. & Not. Respicit istud Apollinis secundum quosdam:

Mi-

ipsis caedes etiam gloriae quoddam genus peperit, cum patres sic ulciscerentur. At hic cum dicere non posset, quem ultus esset, contumelia se affectum a Deo putabat, cum tamen mitiora veris audiret.

11. Sed dum loquimur, quaenam navis accedit? ut illa bonum quiddam videtur advehere! Coronati enim sunt capitibus, tanquam chorus boni ominis. Atque de prora aliquis protendit manum, bono nos animo esse jubens & gaudere: clamat autem, nisi quid me fallunt aures, periisse Neronem. MEN. Enim vero sic clamat, Musoni, & disertius quo propius terram venit. MUS. Bonum factum, o Dii! MEN. Sed ne quid imprecemur: negant enim hoc decere in defunctis.

ῆσαι, καὶ λόγον τινὰ εὐκλείας ἔδωκεν, ἐπειδὴ πατράσιν ἐτιμώρησαν. [c] ὁ δὲ μηδαμῶς εἰπεῖν ἔχων ὅτῳ ἐτιμώρησεν, ὑβρίζεσθαι τὸ τοῦ θεοῦ ἤετο, πρᾳότερα τῶν ἀληθῶν ἀκούων.

Ἀλλὰ μέλαξυ λόγων, τίς ἡ προσιοῦσα ναῦς; ὡς ἐπάγειν τί ἀγαθὸν ἔοικεν. ἐστεφάνωνται γὰρ τὰς κεφαλὰς, ὥσπερ χορὸς εὐφημῶν, καί τις ἐκ πρώρας προτείνει τὴν χεῖρα, κελευόμενος ἡμῖν θαρρεῖν τε, καὶ χαίρειν, βοᾷ τε, εἰ μὴ παραυδῶ, Νέρωνα οἴχεσθαι. MEN. Βοᾷ γὰρ, Μουσώνιε, καὶ σαφέστερόν γε, ὅσῳ τῆς γῆς ἄπτεται. ΜΟΥΣ. Εὖγε, ὦ θεοί. MEN. Ἀλλὰ μὴ ἐπευχώμεθα· ὅτι γὰρ τοῖς νεκροῖς οὐ φασι δεῖν.

TRAGOPODAGRA.

PODAGRICUS, CHORUS, PODAGRA, NUNCIUS, MEDICI, TORTORES.

P O D.

HEu triste nomen, invisum nomen Diis,
Podagra lacrimosa, Cocyti genus.

ΤΡΑΓΟΠΟΔΑΓΡΑ.

ΠΟΔΑΓΡΟΣ, ΧΟΡΟΣ, ΠΟΔΑΓΡΑ, ΑΓΓΕΛΟΣ, ΙΑΤΡΟΙ ΚΑΙ ΒΑΣΑΝΟΙ.

Π Ο Δ.

Ω Στυγνὸν ὄνομ', ὦ θεοῖς στυγούμενον,
Ποδάγρα, πολυστέναχτε, κωκυτοῦ τέκνον,

Ἦ

[c] Ὁ δὲ μηδ.] Persona ΜΟΥΣ. his praefixa in Edd. At necessario omittenda, quum praecedens deleta est.

Νέων, Ὀρέστης. Ἀλκμαίων, μητροκτόνος. Vid. *Philostr.* p. 481. & *Suet.* Ner. c. 39. *M. du S.*

42. ΜΟΥΣ.] Et hoc nomen delendum. *M. du S.*

57. Ἐσταφάνωνται γὰρ τὰς κεφαλὰς] Vid. *Spanhem.* ad illud *Aristoph.* Plut. 765. Κἄπειτ' ἀναδήσει βούλομαι στεφάνους σ' ὡς χρηστὸν ἄνδρα, τοιοῦτ' ἀπαγγέλλοντα. *J. M. G.*

ΤΡΑΓΟΠΟΔΑΓΡΑ] Non solus Podagrae encomium scripsit noster. Audi juvenem apud *Philostrat.* in vita Apoll. IV. p. 170. Ποδάγραν ἐγκώμιόν τι μοι ξυντάττειν ἢ τῷ τυφλῷ τινα ἢ κωφὸν εἶναι. Sed an ob hunc lusum *Tragicis* accenseri mereatur, viderint, qui post *Fabricium* novum eorum nobis Catalogum contexent: sic *Thersitae laudes quaesivit Favorinus* teste *A. Gellio* XVII. 12. & *febrim quartis diebus recurrentem* laudavit. *M. du S.*

ΤΡΑΓΟΠ.] Moliebar paullo ampliores in hunc libellum annotationes, quibus intexturus eram bonam partem Commentarii in hunc libellum ab *Erasmo Schmidio* Witebergae praelecti 1631. qui beneficio Viri Doctissimi *Julii Caroli Schlaegeri* ad me pervenerat. Sed tempestive monitus contraxi vela, & *Schmidianum* Commentarium, tuae, Doctissime *Reitzi*, fidei commendo, ut quae ferre videbitur numerus chartarum, volumini huic destinatus, inde in usum lectorum decerpas. De interpretatione mea hoc solum praedico, me non praestare bonos versus, sed qui singuli singulis Lucianicis respondeant, & sententiam eorum, quantum potuit a nobis fieri, exprimant. In choris praesertim & metrum, & sententiam singulorum versuum, assequi nobis datum non fuit. Sed neque diu torquere ingenium tanti putabamus. Claudicare igitur in podagra versus quam sententiam malebamus. *J. M. G.*

ΤΡΑΓΟΠ.] Quia variis conjecturis metrum horum versuum emendari potest, potissimas variantt. lectt.

Ἣν ταρτάρῳ κευθμῶσιν ἐν βαθυσκίοις,
Μέγαιρ' ἐρινὺς γαστρὸς ἐξεγείνατο,
Μαζοῖσί τ' ἐξέθρεψε, καὶ στικρῷ βρέφει
Εἰς χεῖλος ἐστάλαξεν Ἀληκτὼ γάλα,
Τίς τ' δυσώνυμόν σε δαιμόνων ἄρα
Εἰς φῶς ἀνῆκεν; ἦλθες ἀνθρώποις βλάβος.
Εἰ γὰρ τεθνεῶσιν ἀμπλακημάτων τίσις
[a] Βροτοῖς ὀπηδεῖ, τ' ἔδρασαν ἐν φάει,
Οὐ Τάνταλον ποτοῖσιν, οὐδ' Ἰξίονα
Τροχῷ στρόβητον, οὐδὲ Σίσυφον πέτρᾳ
Ἔδει κολάζειν ἐν δόμοισι Πλουτέως·

Quam Tartari receſſibus in abditis
Megaera Erinnys utero fudit ſuo,
Et ubere aluit, & amarae parvulae
Stillavit in labella Alecto lac *malum*.
Quis ergo te, male ominatam Daemonum
Emiſit in lucem, labem mortalibus?
Si namque poena peccatorum mortuos
Homines manet, quae vivi perpetrant:
Non unda Tantalum *fugiente*, aut Ixionem
Rota torquendum erat, neque ſaxo Siſyphum
Punire oportuit domo in Plutonia,
Omnes

a Βροτοῖς] *Fl.* uti *Boiv.* em. Βροτῶν cett.

quidem inſerui, parum tamen in contextu propter Codicum inopiam mutavi, etſi metrum ſaepe adparet corruptiſſimum. „ Scopus hujus dramatis eſt exponere malignitatem ac pertinaciam podagrae, quae „ medicamentis magis exaſperatur quam ſanatur, ſecundum tritum illud *Ovid.* I. Pont. El. 4. *Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.* Praeterea ludibrio habere medicaſtros vana promittentes, aeque ac „ podagricorum mores, eosque ad patientiam hortari. Quod & *Semertus* c. 8. de Arthridite fatetur, „ aitque eum cauſſam tempusque invadendi melius „ expreſſiſſe, quam nonnullos medicos". Haec poſteriora ex Cl. *M. Eraſm. Schmidii* praelect. Mſſ. a Cl. *Geſn.* mecum communicatis, unde potiſſima quaeque deinceps quoque delibabimus, plurimis Ethicis & medicis ratiociniis omiſſis. *J. F. R.*

3. Ταρτάρῳ κευθμῶσιν] Materia podagrae eſt ichor, i. humor acris, &, ut Chymici vocant, tartareus. Hunc foetum dicit produci in ταρτάρῳ κευθμῶσι βαθυσκίοις. h. eſt in intimis penetralibus corporis, ubi *tartari* non inepte mentionem fecit, quod non tantum *infernum* notet, ſed & materiem calculoſam, tartaream, articulorum juncturis ſe inſinuantem & cruciatus intolerabiles efficientem. Nutricem τὴν Ἀληκτὼ unam Furiarum facit, quo notatur mala concupiſcentia & pravus appetitus naturae noxius. ἡ Ἀληκτὼ enim ab α privativo & λήγω *deſino*, nomen habet. Omnino enim huic morbo alimonia ſuppeditatur, quando cauſſae ἃ λήγουσι, *non ceſſant*. Creſcit enim indulgens ſibi, ut dirus hydrops. *Er. Schmid.*

4. Ἐξεγείνατο] Simpliciter pro τίκτειν ſatis notum. At *Heſych.* Ἐξεγίνατο exponit, ἐξεπονήσατο. Si legas ἐξεγείνατο, ſignificabit τὸ ἐξεπονήσατο, *aegre ac multo cum labore ſeu dolore peperit*, uno verbo, *enixa eſt*. Quae expoſitio quam apte huic loco conveniat, nemo non videt. Fuerit igitur hoc ominis inſtar futurorum cruciatuum, quibus adulta Podagra homines torqueret. Si cui autem videatur ἐξεγίνατο non a capite ſcribendum ap. *Heſych.* ſed cum praecedentibus connectendum hoc pacto: Ἐξέδλω (l. ἐξέδλωσιν) ἐξέτρωσιν, ἐξεγιάσθη, ἐξεπονήσθη. ſignificatio erit, *partum abegit*, vel medicamentis; vel alio quocumque modo, cujus deteſtandae conſuetudinis mentio apud vett. paſſim, *Ovid.* Am. 2. El. 14. *Cic.* pr. Clu. c. 32. *Clem. Alex.* Paed. 2. p. 1. 3. Haec doctiſſ. *J. Gavel* in Animadv. ad hunc Dial. vid. Miſc. Obſ. anni 1739. p. 417. Cui de mutatione in *Heſychio* non contradico; ſed poſteriorem expoſitionem de *partu abigendo* ad hunc Tragopodagrae locum non pertinere dico (quod nec ipſe voluit) nam qui partus mox dicitur uberibus matris alitus, is certe abortus non eſt, qualem ſi quae mulieres ſibi procurant, occidendi foetus, non alendi cauſſa id faciunt. *J. F. R.*

5. Στικρῷ βρέφει] *Amarulento infanti*, propter cruciatus quos efficit. Forte leg. πικρῷ βρέφει, ut ad γάλα referatur. Poſſet etiam legi μικρῷ βρέφει, cum initia hujus morbi ſint exilia, iisque facile occurri poſſet, niſi cauſſae eſſent ἄληκτοι, & continuatione parvum hunc foetum alerent. Βρέφος autem modo eſt foetus in alvo latitans, ut ap. *Dioſc.* V. c. 74. Et *Luc.* I. 41. & 44. modo nuper natus. 1. *Petr.* II. 2. modo infans alicujus aetatis, ſed minoris, ut in ὑποθέσει III. *Iſthm. Pind.* & Ep. ad *Timoth.* III. &c. *Er. Schmid.*

Πικρῷ] Idem *J. Gavel* editioni Iſingrinianae (id eſt Baſilienſi primae) adſcriptum ait, forte legendum μικρὸν βρέφος. Sed nullam eſſe cauſſam cur a vulgato recedamus, bene exiſtimat. *J. F. R.*

8. Εἰς φῶς] Indignatur Podagram in intimis penetralibus corporis genitam in apertum produci, & in membris externis evidenter ſentiri; cauſſamque ad infelicem Genium refert: innuens cauſſam eſſe occultam. *Er. Schmid.*

9. Τεθνεῶσιν] In Edit. Iſingr. adſcriptum: Εἰ τεθνεῶσι δ' ἀμπλ. teſtatur modo laudatus *Gavel.* ſed malle ſe εἰ γὰρ τεθνεῶσιν legere, per ſynizeſin. At poteſt id in dimetiendo verſu tamen fieri, etſi vulgatum retinemus, ut in verſu primo Il. *Hom.* — Πηλεϊάδεω Ἀχιλῆος. Et ut Θέοισιν ſaepiſſime fit diſyllabum ap. *Theognidem*, ut vſ. 358. &c. Item Θεοῖς & Θεῶν monoſyllabum, ib. vſ. 171. Θεοῖς εὔχε, ὡς ἐστι μάγοις κράτος· ἔστι γὰρ ἔστιν Θεῶν. Iterum vſ. 202. atque alibi. Sic Θεόγνιδος trifyllabum vſ. 22. Quin & anapaeſtus hic po-

Omnes ad unum; ſed maleficii reos
Tuis aptare membrifragis cruciatibus.
Ut aridum atque aerumnabile corpus meum
Manibus a ſummis ad pedum veſtigia
Sanie mala atque amaro ſucco felleo
Violento ſpiritu clauſis meatibus
Conſtitit! ut clauſum dolores exacuit!
Quin viſcera per ipſa ignitum currit malum
Vorticibus flammarum carnem populans meam.
Qualis crater Aetneis plenus ignibus.

Ἁπλῶς δὲ πάντας τοὺς κακῶς δεδραχότας
Τοῖς σοῖς προσάπλευ ἀρθροκηδέσιν πόνοις·
Ὡς μὲ τὸ λυπρὸν ᾗ ταλαίπωρον δέμας,
Χειρῶν ἀπ' ἄκρων εἰς ἄκρας ποδῶν βάσεις,
[b] Ἰχῶρι φαύλῳ, ᾗ πικρῷ χυμῷ χολῆς
[c] Πνεύματι βιαίῳ [d] τῷδε λῃσφίγγον πόρους
[e] Ἔσχε, ᾗ [f] μεμυκὸς ὀπιτείνει πόνους.
Σπλάγχνων δ' ἐπ' αὐτῇ λῃπυρον τρέχει κακὸν,
Δίναισι φλογμῷ σάρκα πυρπολέμμον,
Ὁποῖα κρητὴς μεστὸς Αἰτναίου πυρὸς,

Ἡ

b Ἰχῶρι &c.] Ἰχὼρ ὁ φαυλὸς & πικρὸς χυμὸς *Pell.* *c* Πνεύματι] Πνεῦμά τι βίαιον τὸ δὲ *Pell.* *d* Τῷ δὲ] Τὸ δὲ *Guj.* *e* Ἔσχει] Ἔτηξε, ᾗ διδυκὸς *Pell.* *f* Μεμυκὸς] Μεμυκὼς *Fr.*

23. Ὁποῖα κρητὴρ] Κρατῆρας appellat ἐν τῷ περὶ τῆς Περεγρίνου τελευτῆς. (c. 4.) *G.*

poteſt manere in ſecunda ſede; etſi id durius. *J.F.R.*

10. Βροτῶν] Malim βροτοῖς. *Boivin.* Ceteras ejus ac *Gujeti* conjecturas in his notis non comparentes, variantibus lect. inſerui, ne quid omiſſum credas; niſi forte ejusmodi notulas, ubi *Gujet.* unicum verbum Latine reddidit, quod in verſione nunc comparet. Omitto & hic, quia jam nimis eſt notarum, *Jenſii* obſervata in Lect. Luc. p. 384. ſeq. ubi nimis multis probat, τοῖς τεθνηῶσι βροτῶν vulgarem eſſe Graeciſmum, adeoque non opus eſſe βροτοῖς; quod ut concedo, ita *Fl.* lectionem tamen praefero, quae propter praemiſſum ἀμβλακημάτων magis perſpicua eſt: nam etſi & Latine, aeque dicas *multi mortalium* ac *multi mortales*, accedente tamen novo genitivo, intricatior fieret oratio, ſi dixeris *multos mortalium criminum poena manet.* Etſi duplicem illum genitiv. analogis quoque exemplis probari poſſe ſcio, quid tamen opus eſt obſcuriora ſequi, quando meliora Editio princeps exhibet? *J.F.R.*

Ibid. Ἐν φάει] I.e. in vita, dum fruerentur lumine vitali. *Er. Schmid.*

12. Στροβητὸν] Hanc vocem aliasque ad ſexdecim ex hoc Dial. collectas, Lexicis ignotas vid. in iisdem Miſcell. p. 419. *J.F.R.*

15. Προσάπτειν] Scil. ἰδὶ, δὸὶ κοσῶ, ex vſ. 13. Nempe τοὺς δικαστὰς Aacum & Rhadamanthum. Alias paſſive dicendum fuiſſet προσάπτεισθαι. Sicut paullo ante etiam pro κολάζειν, κολάζεσθαι locum habuiſſet, ſi ad ſubjectum patiens referatur. *Er. Schmid.*

16. Ὡς μὲ τὸ λυπρὸν] *Squallidum*, *ſqualleus*. *F.G.* Syntaxis eſt: ὡς τὸ δέμας μὲ λυπρὸν & ταλαίπωρον χειρῶν ἀπ' ἄκρων &c. ἔσχε, ᾗ μεμυκὸς ἐπιτείνει πόνους, ἰχῶρι φαύλῳ &c. τόδε λῃσφίγγον πόρους πνεύματι βιαίῳ. ἰχῶρι φαύλῳ. i.e. λῃ τῷ ἰχῶρι φαύλῳ. Τόδε δὲ λῃσφίγγον. i. τῷδε λῃσφίγγοντι. Accuſativus abſolutus, cujusmodi paſſim exempla occurrunt. *Ea re poros ſtringente* ob ſpiritus incluſi vim &c. pro τῷδε itaque legendum eſt τόδε cum *Gujeto*, qui tamen non τόδε ſcripſit, ſed τοδὶ, calami puto, ac manus lapſu. *Boiv.*

Ibid. Ταλαίπωρον] Eſt miſere cruciatum, proprie ταλαίπωρος eſt τάλας κατὰ πόρον, miſer circa vel propter ingentes lapides in lapicidinis, ubi laborantes gravi vexabantur labore, & ſegnes flagris caedebantur. Poſtea in genere eſt quocumque modo valde miſer. Τὸ δέμας denique a δίδυμαι *ligatus ſum*, ſemper corpus vivum notat, cui anima adhuc colligata eſt; cum τὸ σῶμα non tantum de vivo, ſed & de mortuo corpore dicatur. Vid. *Plutarch.* de Homer. *Er. Schmid.*

20. Ἔσχε] *Diſtentum eſt.* *F.G.*

Ἔσχε &c.] Variis modis hunc & ſequentem verſum invertendo tentat Doctiſſ. *Gavel* in Miſcell. p. 419. *J.F.R.*

XXXI. Σοὶ μορφῆς] *Anthol.* IV. c. 12. *Fr.* p. 463. *Steph.* 323.

Σοὶ μορφῆς] In Cod. *Palat.* & in aliis nullus auctor laudatur. *J. P. D'Orv.*

XXII. Εἰς τὸ κενὸν] *Anth.* IV. 712. *Fr.* 477. *Steph.* 338. Ne frustra versio *Grotiana* mecum communicata sit, ecce illam:

Arida me posuit propter sarmenta Priapum,
Ut meri morem sic gerat Eutychides.
Ambior & fossa; si quis tamen adveniat fur,
Nil sit, custodem me nisi, quod rapiat.

Lector eligat, quod velit. Cl. *D'Orville* adjecerat: Luciani est, Codd. testibus. Duo ultimi versus a codice absunt. In inscriptione vero habetur: εἰς ἕτερον Πρίηπον, scil. ἄγαλμα. *J. F. R.*

XXXIII. Ἀπὸ γυναικῶν] Remove illud ἀπὸ γυναικῶν, & repone, ἐπὶ τοῦ κατόπτρου τῆ Λαΐδι ἀνατιθέντι τῇ Ἀφροδίτῃ. Licet autem hoc Epigramma sit omnino dignum Luciano, dubitandi ansam praebet, quod in Cod. *Vat.* habeatur τοῦ αὐτοῦ. quasi non Λουκιανοῦ, sed Ἰουλιανοῦ esset. *J. P. D'Orv.*

1. Ἑλλάδα &c.] Postremo ferme loco hoc epigr. collocatur in *Anthol.* nempe L. VI. c. 8. Vel p. 556. *Francof. Steph.* 421. Cumque in omnibus Luciano adscribatur, in *Fr.* tamen addit Cl. *Drakenb.* nomen ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ, pro ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ. *J. F. R.*

6. Σκιόεντα] I. e. speculum. *F. G.* Immo umbratilis in speculo effigies. *J. F. R.*

Ἀπὸ ναυηγῶν. XXXIV. *De Naufragis.*

Γλαύκῃ τε καὶ [a] Νηρεῖ, καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ,
Καὶ βυθίῳ Κρονίδῃ καὶ Σαμόθρηξι θεοῖς,
Σωθεὶς ἐκ πελάγους Λυκίλλιος ὧδε κέκαρμαι
Τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς· ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

Glauce, tibi & Nereu, Matutaque & Melicertae,
Saturnoque, Sami Threïciaeque Deis,
Sospes ab insano Lucillius aequore, crines
Tondeor hic: aliud quippe ego nil habeo.

a Νηρεῖ] Νηρεῖ Cod. *Vat.*

XXXIV. Ἀπὸ ναυηγῶν] In *Vaticano* est Λευκιανοῦ ἀνάθημα Λευκιλλίου. Non solum *J. Brodaeus* ad hoc Epigramma putat auctorem esse non Lucianum, verum Lucillium, cujus quam plurima habemus epigrammata in *Anthologia*; sed etiam sic censuit F. Ursinus in *Virgilio* cum Graecis collato, p. 113. Fraudi fuit Viris eruditis, quod Lucilii nomen in ipso Epigrammate occurrit, sed non ut auctoris versuum, sed uti dedicantis. Nomen Λευκίλλιος saepius in Vaticano Λεύκιλλος & Λεύκυλλος exaratur; sed Λευκίλιος adseritur ex L. II. c. 13. Ep. 2. Porro primum versum esse Parthenii, constat ex *A. Gellio*. L. XIII. c. 25. Qui observat, *Virgilianum* versiculum ex L. I. Georg. 437. desumtum fuisse ex isto poëta: *Glauce & Panopeae & Inoo Melicertae*. Parthenii autem versus apud Noct. Att. scriptorem sic se habet: Γλαύκῃ καὶ Νηρεῖ & ὠκαλίῳ Μελικέρτῃ. Uti adeo, quemadmodum *Gellius* animadvertit, *Virgilius* pro Νηρεῖ substituerit *Panopeae*: pro ὠκαλίῳ, *Inoo*. Sane utrumque magno judicio: cum sit *Panopea* longe sonantius vocabulum quam *Nereus*: & elegantius patronymicum a matre repetitum exornet Melicertam. Verum enim vero dubitare licet, utrum mutatio illa secundo loco facta debeatur *Virgilio*: an vero re vera sic ipse dederit Parthenius, quo Magistro in Graecis usus fuit *Virgilius*, & *Gellius* corruptis usus sit codicibus, ὠκαλίῳ pro Ἰνοῖ exhibentibus; nimirum apud *Macrob.* in Saturn. L. V. c. 17. sic plane legitur: Γλαύκῃ & Νηρεῖ καὶ Ἰνοῖ Μελικέρτῃ. Quin etiam hujus tituli nostri auctor sic, vel non multum diverso modo legisse videtur, quam hic exaratum sit: Νηρεῖ & Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ. Quam tamen lectionem minime ex tribus probo. Scriptum praeterea puto Parthenio & Luciano:

Γλαύκῃ καὶ Νηρεῖ καὶ Ἰνοῖ Μελικέρτῃ.

Νηρεῖ dubito an non in codice quodam inveniatur. In Cod. autem Vaticano Νηρεῖ conspicitur. Sed Nireo inter marinos Deos nullus locus. Secundo versiculo Σαμόθρηξι membrana Vaticana sistit, quae forma placuit quoque Automedonti, L. 2. *Anthol.* 15. 3. Miror autem *Grotium* τὸ βύθιον Κρονίδῃ reddidisse *Saturnum*. quum sit Marinus Saturnius, sive *Neptunus*. & procul dubio ita in animo scribere habuit virorum maximus.
J. P. D'Orv.

1. Γλαύκῃ &c.] V. *Anth.* 919. *Steph.* 439. In notis *Francof.* L. VI. p. 572. monetur, Λευκιλλίου reponendum pro Λευκιανοῦ. At Cl. *Drakenb.* hujus epigrammatis titulo adposuit, Parthenii esse, videndumque *Abram.* ad *Cic.* pro Coel. N°. 53. Is autem ad verba *Ciceronis*, quae occurrunt c. 14. *ex barbatis illis, non hac barbula*, multa de coma barbaque Diis consecranda, commentatus p. 435. ed. *Cic.* Paris. ait: „ Hos „ versus Luciano vulgo attributos, arbitror esse Par„ thenii, quo Grammatico *Virgilius* usus est. primus „ enim nomine citatur a *Macrobio* L. V. Sat. c. 17.
J. F. R.

2. Βυθίῳ Κρονίδῃ] Neptuno Saturni filio, maris Deo, addunt notae *Francof.* Ed. Et Σαμοθρῄξι θεοῖς, exponunt, *Cabiris*. Horum meminit *Herodotus* in Euterpe. *Varro* Libro de L. Lat. IV. *Pausanias* in Boeoticis & Apollonii primo Argonaut. *Scholiastes*. τὰς τελετὰς λέγει τὰς ἐν Σαμοθράκῃ ἀγομένας· ἃς εἰ τις μυηθείη, ἐν τοῖς κατὰ θάλασσαν χειμῶσι λῃστεύεται. quae exscribere non sum veritus.
J. F. R.

3. Ὧδε κέκαρμαι τὰς τρίχας] *Artemidorus* Oneirocr. a. ναυαγήσαντες μὲ ἢ ἐκ μεγάλης σωθέντες νόσου ξυρῶνται οἱ ἄνθρωποι, legas ibid. (Sed ξυρῶνται a ξυράω radit, non ξυρῶντας ibi legendum, res ipsa clamat) Lucian. περὶ τοῦ ἐπὶ μισθῷ συνόντων. καθάπερ ναυαγίαν τινὰ, καὶ σωτηρίαν ὡμολογον διηγουμένων, οἷα εἰκὸς οἱ πρὸς τοὺς ἱερεῖς ἐξυρημένοι. Idem in *Hermotimo* apertius circa finem. *Juvenal.* Sat. 12. — *ibi vertice raso Garrula* securi narrare pericula nautae.
J. F. R.

Sequebatur in Edd. Luciani *P. S.* & *Amst.* totum primum Eidyllium *Moschi*, Ἁ Κύπρις, &c. quod cum nullo jure huc irrepserit, removimus.

EPI-

EPIGRAMMATA LUCIANI OMISSA,

Ex Anthologia, quae e Codicibus ipsi nunc primum vindicantur.

Ex *Anthol.* L. 2. p. 129. Ed. *Steph.* Ita hoc & sequentia vertit *H. Grotius.*

SObrius in potis dum quaerit Acyndinus esse,
Solus ab his potus cur habeatur, habet.

Ἐν πᾶσιν μεθύουσιν Ἀκίνδυνος ἤθελε νήφειν,
Τἤνεκα καὶ μεθύειν αὐτὸς [a] ἔδοξε μόνος.

Ibidem.

Lumen ut extinxit vexatus pulice multo
Morio, jam me non invenietis, ait.

[b] Ἔσβεσε τὸ λύχνον μῶρος ψυλλῶν ὑπὸ πολλῶν
Δακνόμενος, λέξας, οὐκ ἔτι με βλέπετε.

Ibidem.

Si caput absque pilis, humerosque & pectora cernas,
Dicere ne dubites, calvus hic & fatuus.

[c] Ἢν ἐσίδῃς κεφαλὴν μαδαρὰν, καὶ στέρνα, καὶ ὤμους,
Μηδὲν ἐρωτήσῃς, μωρὸν ὁρᾷς Φαλακρόν.

Anthol. L. 2. p. 135.

Tinge comas, si vis: tingi negat ipsa senectus:

Τὴν κεφαλὴν βάπτεις, [d] γῆρας δέ σου ἔστε βάπτεις,

Οὐ-

a Ἔδοξε] Ἤθελε Cod. *Vat.* male. b Ψυλλῶν] Φύλλων *Vat.* c Ἐρωτήσῃς] Ἐρωτήσεις Cod. quidam. d Γῆρας δέ σου] Codd. & Edd. quaedam male τὸ δὲ γῆρας.

I. Ἐν πᾶσιν] In *Wechel.* additur hoc Schol. Διαβάλλει τοὺς εἰς συμποσίων ὑποκρινομένους, καὶ τὸ Ἰσοκράτους ἐπόμνημα παραβαίνοντας, ὅτις δὲ ἐν ἀντιθέσεις μηδὲν ἔχειν τὸ συμπόσιον ἡδὺν λέγοιτος ἄνευ ὁμιλίας· ὥσπερ ἐν πλοῦτον ὄντων ἀριστῆς. Οἱ δὲ τοιοῦτοι βουλόμενοι δοκεῖν εἶναι καὶ σοφοὶ τοῖς συμπόταις μόνοι μεθύειν δοκοῦσιν, ὥσπερ ἐν ὁ Ἀκίνδυνος. μέθη δὲ ἐστιν ἀκράτου χρῆσις σφοδροτάτη. παροινία δὲ ἡ ἐκ τῆς χρήσεως ἀκοσμία· κραιπάλη δὲ ἡ ἐκ τῆς μέθης ἀηδία ἐν δυσαρέστησις, λύπη τῆς χαρᾶς μᾶλλον ἀπομαστμένη. (pro ἀντιθέσεις Cl. *J. J. Weist.* conjicit leg. Ἀντισθένης)

Ἐν πᾶσιν] Luciano adserit Cod. *Vat.* in quo vitiose pro ἤθελε scribitur ἤθελε. *J. P. D'Orv.*

Εἰ πᾶσι μεθύουσιν] Legendum & corrigendum est ἐν πᾶσιν. Praeposterа est ejus sapientia & sobrietas, qui caeteris compotationi indulgentibus, solus sobrietatem colit, nec ei in mentem venit veteris proverbii, *aut bibendum, aut abeundum esse.* Itaque merito tales hic damnantur stultitiae. Quod ipsum *Theognis* quoque stultum & ineptum factu judicavit, ita scribens:

Αἰσχρὸν τοι μεθύοντα παρ' ἀνδράσι νήφοντα εἶναι,
Αἰσχρὸν δ' αἰ νήφων παρ' μεθύουσι μένει. *V. Obsop.*

Ἐν Edd. nostrae jam recte habebant.

In Edd. *Theognidis* legitur vers. 1. νήφουσ' cum apostropho; & recte pro νήφουσι. In 2. μόνη pro μένει. At hoc parvi. Sententia interim Luciani satis declaratur ab *Obsopoeo.* Sed non indiget nostra juventus praecepto *Theognidis* priori, eique ut pentametro ejus potius obsecundet, auctor essem. *J. F. R.*

2. Καὶ μεθύειν] Nec loci nec temporis rationem habens. *J. Brod.*

II. Ἔσβεσε] Eidem imputat Cod. idem. Et pro ψυλλῶν habet φύλλων, quod eodem redit. *J. P. D'Orv.*

III. Ἢν ἐσίδῃς] Vult omnes calvos esse stultos, & caeteris hebetiores: quod tamen Synesius in encomio calvitii docte & scite refellit. *V. Obsop.*

Ἢν ἐσίδῃς] Eumdem auctorem habet, eodem teste.

Μαδαρὰν] Cujusdam nomini parcit poeta, quem ut opinor Thersitae comparat. *Homer.* Il. B. Τὼ δὲ οἱ ὤμω κυρτὼ, ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε. αὐτὰρ ὕπερθε Φοξὸς ἦν κεφαλὴν, ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη. *J. Brod.*

IV. Τὴν κεφαλὴν] Luciani est, si fidem Cod. *Vat.* ha-

Οὐδὲ παρειάων [a] ἐκτανύσεις ῥυτίδας.
Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε,
Ὡς τε προσωπεῖον, κ' οὐχὶ πρόσωπον ἔχειν.
Οὐδὲν γὰρ πλέον ὄφελ. τί μαίνεαι; ὕποτε φῦκος
Καὶ ψίμυθος τεύξει ἢ Ἑκάβην Ἑλένην.

Nec dabitur rugas explicuisse genis.
Parce, precor, vetulum cerussa pingere vultum:
Personam videor cernere, non faciem.
Stulta, labor totus perit hic tibi: fucus, & omne
Hoc genus ex Hecuba non facient Helenam.

Anthol. L. 2. p. 142.

Οὐδέποτ' εἰς πορθμεῖον ὁ κηλήτης [b] ἐμβαίνει,
Μέλλων εἰς τὸ πέραν ἀπιέναι Διοφῶν.
Τῆς κήλης δ' [c] ἐπάνωθι τὰ φορτία [d] πάντα τεθεικὼς,
Καὶ τ' ὄνον, ἀμφιπλεῖ σινδόν' ἐπαράμενος.
Ὡς τε μάτην τρίτωνες ἐν ὕδασι δόξαν ἔχουσιν,
Εἰ χ' κηλήτης ταὐτὸ [e] ποιεῖν δύναται.

Navi nil opus est Diophanto, ut transeat amnem,
Inplet enim turgens hernia navis opus.
Huic nam sarcinulas ipsumque inponit asellum,
Et sinuosa levans lintea transit aquas.
Frustra se jactant igitur Tritones in undis;
Cum Diophas magno ramice praestet idem.

Ibidem.

Ὁ γρυπὸς [f] Νίκων ὀσφραίνεται οἶνα ἄριστα,
Οὐ δύναται δ' εἰπεῖν οἷος ἂν ᾖ ταχέως.

Olfacit egregie nasatus pocula Nicon,
Sed cito sit vinum dicere quale nequit.

Nam

a Ἐκτανύσεις ῥυτίδας] Edd. vulgo male ῥυτίδας ἐκτανύσεις. b Ἐμβαίνει] In ora *Wech.* Γρ. ἐμβαίνειν Μέλλων εἰς τὸ πέρ' ἀπίναι, adscriptum manu Cl. *Drakenborch.* c Ἐπάνωθι] Ἐπάνωθε *Vat.* d Πάντα] Male omittit *Vat.* e Ποιεῖν] Bene Edd. Πιεῖν alicubi invenerat *Brod.* Sed ποιεῖν legend. monuit. f Νίκων] Sic *Wech.* νικᾶν *Steph.*

habeamus: nec sane eo indignum. In Edd. tribuitur Lucilio. *J. P. D'Orv.*

2. Ἐκτανύσεις ῥυτίδας] Ita inverti; cum ante legeretur ῥυτ. ἐκταν. admonitus a Cl. *D'Orv.* qui adscripserat: in ora Ed. *Wechel.* γράφεται καὶ, ἐκτανύσεις ῥυτίδας. ita certo reponendum. nam constans usus primam corripit in hoc vocabulo. L. III. p. 232.

Ἂς ἐκτὶ ῥυτίδων ὁ γλυκὺς ἴζεται ἵμερος.

Quem versiculum *Athenaeus* L. XIII. p. 589. scribit πικρὸς ἕπεσιν ἵμερος. L. VI. 421. Γηραλέων συγγίει μαρτυμένη ῥυτίδων. L. VI. p. 430. Καὶ ῥυτιδόφλοιον σῦκον ἐπομφάλιον. L. VII. p. 468. Καὶ χρὼς ἀῤῥυτίδωτος ἔτ' ἀμβροσίην, ἔτι πειθώ. Vid. *Aristoph.* Plut. vs. 1052. Epigrammate superiore dixit τῶν παρειῶν. Duo Scholia in eadem edit. adposita, manu Arsenii, Monembasiae Archiepiscopi, qui etiam Aristobulus dicitur, exarata vidi. Legendum ibi κέντημ. σρόφιον. ἐπισθοσφενδόνιον. ὀπισθοκάλυμμα. ex Cod. Ms. Confer *Pollucem* L. VII. c. XXII. § 95. *J. P. D'Orv.*

4. Ὡς τε προσωπεῖον] In *Wech.* hoc legas Schol. Πολυδ. 2. κατὰ τὸ Λοκρὸν, ὃ πρόσωπον, ἀλλὰ προσωπεῖον φέρει.

5. Φῦκος] Ὦ καλλωπίζουσι τὴν ὄψιν αἱ γυναῖκες. Καὶ Μιναδρος δὲ ἀλλαλλαι αὐτὰς, φησὶ, τῶν σὺ δ' ἀπ' οἴκων τὴν γυναῖκα τὴν σώφρονα ἐ δεῖ τὰς τρίχας ξανθὰς ποιεῖν, κ' ἐδὲ τὰς παρειὰς φυκοῦν, ἐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογράφειν. Καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ἐν ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις ἐπιτίγαν τ' γυναικῶν κόσμον φησὶ μίτρας ἀναδήσεται, πίτυρα ἐ σιδήριον, κ' κημιτρόφιον. ὄπισθεν σφενδόνην, ὀπισθοκάλυμμα, φῦκος ψελιόρριζα.

V. Οὐδέποτ'] Luciano restituendum, jubente Cod. *Vat.* ex quo malam quoque Planudis manum hic grassatam fuisse constat. primum enim distichum sic legendum:

Οὐδέποτ' εἰς πορθμεῖον ὁ κηλήτης Διόφαντος
Ἐμβαίνει, μέλλων εἰς τὸ πέραν ἀπίναι.

Scilicet non cepit homo vocem ἀπίναι, idemque totum distichon corrupit. *J. P. D'Orv.*

Οὐδέποτ'] Διόφαντος esse hoc Epigr. pro varia Lectione adscriptum in Exemplari *Wechel.* manu Cl. *Drakenborchii.* In Edd. est Incerti. *J. F. R.*

4. Σινδόν' ἱπαίρ.] Velum faciens & pandens. *J. Br.*

5. Τρίτωνες] In *Fr.* p. 206. additur hoc Scholion: Περὶ τοῦ χήματος τῶν τριτώνων πολλὰ διηγεῖται Παυσανίας ἐν τοῖς Ἀρκαδικοῖς. μέμνηται δὲ αὐτῶν ὁ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ δ. καὶ Πίνδαρος ἐν Πυθιονίκαις ἐν τῇ εἰς Ἀρκεσίλαον ᾠδῇ. Cl. *D'Orville* autem addit: hoc schol. manu Arsenii quoque scriptum in quodam Libro. *J. F. R.*

VI. Ὁ

Nam tribus aestivis vix ipse id percipit horis
Bis centum quoniam nasus it in cubitos.
Egregius nasus, qui si quem forte per amnem
Ducat iter, pisces non semel ipse capit.

Ἐν τρισὶν ὥραις ᾗ θεριναῖς μόλις αἰσθάνετ' αὐτός,
Ὡς ἂν ἔχων πηχῶν ῥῖνα διακοσίων.
Ὦ μεγάλε μυκτῆρ, ὅτ' ἂν θάλαμον διαβαίνῃ,
Θηρεύει τούτῳ πολλάκις ἰχθύδια.

Anthol. L. 2. p. 146.

Surripis, o pictor, formam: at vox sola recusat
Artificis dextram victa colore sequi.

Ζωγράφε, τὰς μορφὰς κλέπτεις μόνον· ἡ δὲ δύνασαι δὲ
Φωνὴν συλῆσαι χρώμασι πειθομένην.

Anthol. L. 2. p. 171.

Miramur Rhetor qui factus sit Bytus, is quem
Communis sensus deficit & ratio.

Θαυμάζειν μοι ἔπεισιν, ὅπως Βύτος ἐστὶ σοφιστής,
Μήτε λόγον κοινὸν, μήτε λογισμὸν ἔχων.

Ibidem.

Albus erit corvus prius, & testudo volabit,

Θᾶττον ἔην λευκὸς κόρακας, στρεπτάς τε χελώνας

Εὖ-

g Τούτῳ] Τοῦτο *Vat.* Sed cum *Salmasio* τούτῳ recte praetulit Cl. *D'Orv.* h Βύτος] Βίτος alius Cod.

VI. Ὁ γραπτὸς] De nasuto quodam, qui quidem vinum cito subodorabatur: interrogatus tamen cujusmodi fuisset, cito & promte propter nasi longitudinem respondere non poterat. quod vini odor vix in tribus horis, idque aestivis, ad nares se quibat diffundere. Ultimum versum hic restituere non potuimus. *V. Obsp.*

Ὁ γραπτὸς] Et hoc Epigramma deberi Luciano, si Cod. *Vat.* creditmus. Sed misere adhuc truncatum circumferri, at sic supplendum, ut jam fecimus, docuit *J. P. D'Orv.* Nempe tres tantum priores versus comparebant in Edd. *J. F. R.*

2. Ταχίως] Propter nasi longitudinem. *J. Br.*

3. Ὥραις — θερμαῖς] Has *Vitruvius* solstitiales vocat in cancri signo & circa solstitium amplissimas, scil. aestivas. *Martial.* L. XII. *Hora nec aestiva est.* Hinc quidam *Virgilium* magnos menses Junium & Julium ibi, *& incipiant magni procedere menses* dixisse existimant. Asconius Pedianus Quintilem & Sextilem, quia nomina de Imperatoribus Julio Caesare & Augusto sumpserunt, magnos nominatos ab eo credit. Idem *Vitruv.* brumales horarum brevitates appellat, & *Plaut.* in Pseudol. hibernam horam pro brevissima, cum angusta lux est, posuit. cum vero aequalia sunt spatia in Ariete & Libra, aequinoctiales vocantur horae. Lege *Manilium* L. Astron. 3. c. 32. At cum horas absque adjectione audio (quomodo loquitur saepe *Galenus* ἡμερινὰς minime addens, uti cum tradit τριακοστὸν πυρετὸν ἐντὸς τ δεκάτης ὥρας παύσαι) has ipsas aequinoctiales sumendas reor, id est partem totius diei vigesimam quartam. Porro horarum originem quarum tempus cum luce augeri vel decrescere jam contexuimus, narrat Victorinus in *Ciceronis* rhetor. vol. 1. *J. Brod.* Ἐν τρισὶ δὲ θερμαῖς ὥραις cum Cl. *J. J. Weissenio* malim. *J. F. R.*

VII. Ζωγρ.] Forma pingi, vox pingi non potest. *V. Obs.*

Ζωγράφε] Cod. *Vat.* Lucianum facit auctorem: & exhibet, χρώμασι πειθόμενον. bene, *Salmasio* consentiente. *J. P. D'Orv.* Τὸ κλέπτειν & συλῆσαι hic respondent Gallico *attraper*, quo & hi de pictoribus formam probe imitantibus utuntur. *J. F. R.*

VIII. Θαυμάζειν] Luciani esse Cod. *Vat.* indicat, qui exhibet vs. 2. Οὔτε λόγον κοινὸν, οὔτε λογισμόν. Planudes timuit ultimae syllabae in κοινὸν. *J. P. D'Orv.* In Edd. *Ammiano* tribuitur.

Ὅπως βύτος] Proverbium est *Buthus obambulat*, ad hoc forte nil pertinens. *J. Brod.*

IX. Θᾶττον ἦν λευκούς] Ab impossibili, negat ullum spectatum & laude dignum oratorem Cappadocem unquam reperiri posse. Suffragatur hujus poëtae sententiae & *Philostratus* L. 2. de Sophistis, in vita *Pausaniae*. De cujus pronuntiatione inter caetera haec quoque refert, πολλὰ δὲ ἁμαρτάνων τ Ἡρώδου πλεονεκτημάτων, ᾗ μάλιστα τὸ αὐτοχειριάζειν ἀπέγνωκε δὲ αὐτὸ πρὸς τῇ γλώττῃ, ᾗ ὡς Καππαδόκαις ἔνεστι, ξυγχεούσῃ μ τὰ σύμφωνα τ φωνήεντι, συγίλλων δὲ τὰ μακρόγλωσσα, ᾗ μιμούμενον τὰ βραχέα. ὥθεν ἐκάλει αὐτὸν οἱ πολλοὶ μάγειρον, πολυτελῆ ὄψα ποιοῦντα. *V. Obs.*

Εὑρεῖν, ἢ δόκιμον ῥήτορα Καππαδόκην. Quam doctum videas rhetora Cappadocem.

Anthol. L. 2. p. 186.

Πολλὰς μυριάδας [a] ψηφίζει Ἀρτεμίδω- ρος, Artemidorus habet decies quod computet, & nil

Καὶ μηδὲν δαπανῶν, ζῇ βίον ἡμιόνων, Erogat: haud aliter vivere mula solet;

Πολλάκις αἰ χρυσῷ τιμαλφέα φόρτον ἔχυσαι Bajula quae multo cum sudet pressa sub auro

Πολλὸν ὑπὲρ νώτου, χόρτον ἔδυσι μόνον. Tam pretiosa gerens pondera, gramen edit.

Anthol. L. 2. p. 188.

Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα [b] δοκεῖ σοφίαν ἀπο- ποιεῖν, Si promissa potest sapientem reddere barba,

Καὶ τράγος εὐπώγων, εὖτολμός ἐστι Πλάτων. Barbatus poterit jam caper esse Plato.

Ad-

a Ψηφίζειν] Ψηφίζων *Vat.* melius. b Δοκεῖ] Δοκεῖς *Vat.*

Θεῖον] Et hoc Luciani est, teste eodem Libro. Alius Ms. haec duo Epigrammata sine auctore sistit. *J. P. D'Orv.*

Ἀσυκοὺς κόφανος] Proverbium est de raris inventu. *J. Brod.* At hoc nisi puerile, nihil puerile erit. Addidi tamen, ut rursus adpareat; male ne fecerim, talia omittens, ubi *Obsop.* similia dedit. *J. F. R.*

2. Ῥήτορα Καππαδόκην] Rhetorem Cappadocem sugillat Lucillius, Pausaniam fortasse, cujus vitam perstringit Philostratus, vel Basilium & Gregorium. Sozomenus. Simulque Basilius & Gregorius Cappadoces illius temporis rhetores Christiani. *J. Br.*

X. Πολλὰς] Luciani esse, e Cod. *Vat.* constat. in quo bene ψηφίζων pro ψηφίζειν pro αἱ versu 3. αὖ scribendum *quae*, uti in aliis editur. *J. P. D'Orv.* Itaque sic jam edi curavimus. *Vincentii Obsop.* notam qua versionem solutam exhibet, rursus omitto; addit tamen & hanc ligatam:

Vivens ut muli, dum sumptus praecavet omnes,
Supputat innumeras Artemidorus opes.
Auri saepe gerunt ingentia pondera dorso
Muli: sed siccum non nisi gramen edunt.
J. F. R.

XI. Εἰ τὸ τρέφειν] Luciani Epigrammatibus adjungitur in eodem libro; qui non male habet δοκεῖς. Sed ridicule pro εὔτολμος exhibet αἰτόλμος. Platonis enim nitor in vestitu usque ad reprehensionem celebratus est. *J. P. D'Orv.*

Εἰ τὸ τρέφειν] Morus:

Si promissa facit sapientem barba, quid obstat,
Barbatus possit quin caper esse Plato? *V. Obs.*

2. Καὶ τράγος] Et hircus barbatus Plato esse poterit. *J. Br.*

Εὔτολμος] Εὔτολμος ornatum significat. *V. Obs.*

XII. Τῷ πωγωνοφόρῳ] In Cynicum abstinentem a lupinis & raphanis in convivio, quod virtuti obessent, sed bulbos esitantem. *V. Obsop.*

Τῷ πωγωνοφόρῳ] Nostrum quoque parentem habet, secundum testem saepe productum. In Cod. alio ἄδολον vocatur. Vs. 2. *Vat.* habet εὐδόμοις & σοφίαν. Sed illud vitiosum, licet & in alio Codice, hoc leve. *J. P. D'Orv.*

Βακτροκερσαίτῃ] Cum baculo mendicantis. *J. Br.*

3. Θέρμων] A lupinis abstinebat. Γαστρὶ, ventri, gulae. Χιονώδεα. album. *J. Br.*

5. Βολβὸν] Bulbum. Venerem stimulantem. *J. Br.*

Βολβὸν] Hic & vs. 8. majoris momenti occurrit varietas, ubi enim nunc legitur (procul dubio interpolatore Planude) βολβὸν, reponendum est βόλβον. Vox ex Latinitate in Graeciam translata est: apud Romanos enim *sulla vulva*, *Volva*, βόλβα. In primis deliciis fuisse illud *Horatii* probat Ep. I. 15. 41. *Nil melius turdo, nil vulva pulcrius ampla.* Et sic emendavit dudum magnus *Salmasius*, pene puer, ut ait ad Æl. Lamprid. Ant. Heliogabulum cap. 21. ipsum audi. „ Vide Lector, & ride simul patientiam eruditorum „ Interpretum, qui hactenus tam bono stomacho fue- „ re, ut concoquerent illum βολβὸν, cum adjecto ge- „ neris sequioris [βολβὸν τροφὴν] tanti non erat bul- „ bus, ut omissis lupinis & rapulis repente ad illius „ occursum adsurgeret cynicus ille φιλοσοφιστὴς, & „ repente gulam suam proderet. At vulva sane tan- „ ti, quam in delicatissimis cibis posuere veteres gu- „ lones". Necesse autem fuit, cum haec scriberet *Salmasius*, ut ipsi non ad manus fuerit collatio codicis Heidelbergensis; alioquin enim conjecturam auctoritate membranae hujus suffultissset, quod inde quoque

Anthol. L. 2. fin. f. p. 189.

Mendici quae ſit Cynici ſapientia (barba
Quid facit aut baculus,) coena videre dedit.
Caulibus abſtinuit primo tenuique lupino:
Nam virtus ventri non famulatur, ait.
At poſtquam vulvam vidit niveamque bonamque,
Clam vires animi noluit eſſe ſui.
Nam nec opinato petiit, vereque comedit:
Virtuti vulvam poſſe nocere negans.

Τῷ πωγωνοφόρῳ κυνικῷ τῷ βαλλοπροσαίτῃ

[c] Εἴδομεν ἐν δείπνῳ τ' μεγάλην [d] σοφίην.
Θέρμων μὲν γὰρ πρῶτον ἀπέχετο καὶ ῥαφανίδων,
Μὴ δεῖν δυλεύειν γαστρὶ λέγων ἀρετήν.
Εὖτε δ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεν χιονώδεα [e] βολβὸν
Στρυφνὴν, [f] ἃ πίνυτὸν ἤδη ἔκλεπτε νόον·
Ἥπτησεν πρὸς προσδοκίαν, καὶ ἔτραγεν ἀληθῶς,
Κοὐδὲν ἔφη βολβοῦ τ' ἀρετὴν ἀδικεῖν.

Ibidem.

Mendicos fugiens, domitrix Dea divitiarum,
Exemplum vitae quae potes eſſe bonae.
Alterius pedibus nam quamquam incedere gaudes,
Sunt unguenta tuis crinibus, arma manu.
Serta nec, Auſonii nec deſit copia Bacchi,

Μισόπλουτε θεὰ, μύστις πλούτου δαμάτειρα,
Ἡ τὸ καλῶς ζῆσαι πάντοτ' ὀπιταμένη.
[g] Εἰ δὲ καὶ ἀλλοτρίοις ἐπιζωμένη ποσὶ χαίρεις,
Ὁπλοφορεῖν [h] τ' οἶδας, καὶ μύρα σοι μέλεται.
Τέρπει καὶ στέφανός σε, καὶ Αὐσονίη πόμα Βάκχου.

Ταῦ-

c Εἴδομεν] Εἴδυμεν male *Vat.* d Σοφίην] Σοφίαν *Vat.* e Βολβὸν] Βόλβαν hic & vſ. 8. in *Vatic.* f Οὐ] Abeſt a *Vat.* aliisque Codd. g Εἰ δὲ] Sic *Vat.* Cod. aliique & Ed. prima. Ἐν δὲ Edd. cett. h Τ'] Abeſt a *Vat.* & aliis membranis ac prima Ed. Adeſt in Ed. *Steph.* & *Fr.*

que ſit probabilius, quia ſcribit: Epigramma eſt Palladae, ne quis miretur Graecum ſcriptorem in verſu Latinam vocem poſuiſſe. At Luciano idem Heidelbergenſis, poſtea in Vaticanum ablatus, codex vindicat; nec magis incongruum, ut Lucianus voce Latina uſus fuerit, quum apud alios Scriptores voces tot Latinae, neceſſitate & uſu cogente, occurrant. In *Hakkiana* autem Aug. Hiſt. Scriptorum editione male vſ. ultimo publicatum βόλβας pro βόλβαν. Quamvis vero haec ſcriptura omnino ſe probare poſſit, neſcio qui ſcrupulus haeret, quod illa βόλβα, illa *vulva* ornetur epitheto στυφνὴ, *auſtera, adſtringens.* quod an laudatum ſit in *vulva ſuilla*, dubito. In bulbis inerat ſaporis acrimonia. praeterea aliquid hic latere ſuſpicor, quia non ſolum in Cod. *Vaticano*, verum & in aliis deſideretur vocula ἐ poſt στυφνὸν. Quid quod θέρμων & ῥαφανίδων comes non ineptus ſit *bulbus.* quin ita Stoici occulta libido taxari poſſet videri, quum bulbi ad Venerem incitandam faciant. Sed haec accuratiore indagine indigent. *J.P.D'Orv.*

Βολβὸν] Si *bulbi* nomen retineas, non ſatisfactum erit difficultati generis, cur femininum ſcil. fiat, quod hic tamen in στυφνὸν mutare non licet; etſi mox τὸ ὃ in πίνυτον ob caeſuram producitur. Nec στυφνὴ rurſus aptum eſt *vulvae* epitheton, niſi *denſam* exponere liceat, quod non credo. Quare ἐπίχυ. *J.F.R.*

6. Στρυφνὴν] Marg. *Wech.* στερεὴν, ἰσχνὴν, αὐστηρὴν, πυκνὴν. Cl. *Drakenborch.* in eod. marg. bene monuerat adeundum *Salmaſ.* ad Lamprid. Elagab. c. 22. *J.F.R.*

Στρυφνὴν] Στρυφνὸν νόον rigidum, acerbum. *J.Brod.* Vix credo bene typis expreſſa haec *Brodaei* verba in Ed. *Wech.* Qui enim potuit haec jungere? An ergo non ſcivit τ' νοῦν maſculinum eſſe? *J.F.R.*

Στρυφνὴν] Lego στρυφνόν τ'. *Athenaeus* II. p. 64. B. βόλβοι λευκοὶ. E. βόλβοι πικροὶ. *J.J.Wetſt.*

Ἔκλεπτε νόον] Occultavit animum: non potuit amplius diſſimulare ſuam hypocriſin. *V. Obſ.* Immo οὐκ ἔκλεπτε non occultavit amplius, connectendum. Qui enim, quaeſo cohaeret? occultavit, i.e. aperuit ſ. non diſſimulavit. *J.F.R.*

XIII. Μισόπλουτε θεὰ] Podagra. *J.Br.*

Μισόπλουτε] In *Vaticana* membrana auctor Lucianus comparet, qui toto poëmate podagricos defricuit. *J.P. D'Orv.*

3. Ἀλλοτρίοις — ποσὶ] A ſervis vecta, aut eis ambulando inſiſtens, aut utrinque ſuſtinentibus pendens. *J.Br.*

4. Ὁπλοφορεῖν] Baculos ferunt podagrici, quibus ſuſtentantur. Lucian. *Tragop.* Ὦ τρὶς ποδὸς μοῖραν λελογχὼς βάκτρου. quidam ὁπλοφορεῖν ἀντὶ τοῦ ὁπλοφορεῖσθαι enarrant. *J.Br.*

5. Αὐσονίου] Italici. *J.Br.*

Ταῦτα σοὶ πτωχοῖς γίγνεται ἐδέσματα.
Τοὔνεκα [a] καὶ φεύγεις πενίης τ' [b] ἀχάλκεον οὐδόν,
Τέρπῃ [c] δ' εἰς πλούτου πρὸς πόδας ἐρχομένη.

Mendici praebet qualia nulla domus.
Unde & egestatis furiosum limen abhorres,
Ad dominique venis in lare dite pedes.

Ex Cod. *Vaticano.*

Πολλάκις οἶνον ἔπεμψας ἐμοὶ, καὶ πολλάκις ἔγνων
Σοὶ χάριν, ἡδυπότῳ νέκταρι τερπόμενος.
Νῦν δ' εἴπερ με φιλεῖς, μὴ πέμψῃς· αἰτέομαι γὰρ
Οἶνον τοιοῦτον, μηκέτ' ἔχων θρίδακας.

Sic vertit D'ORVILLIUS.

Saepe merum mihi misisti, gratesque peregi,
Sparsus nectarei pectora rore meri.
At mihi ne mittas posthac, rogo. quo mihi acetum?
Lactucis & qui caulibus abstineam.

Est etiam aliud Epigramma ineditum Luciano adscriptum: sed quo chartam conspurcari nolim. Sic primum distichon se habet:

Αἱ τρίορχαί τοι ταῦτα τὰ παίγνια θῆκαν ἑταῖραι,
Κύπρι μάκαιρ', ἄλλης ἄλλη ἀπ' ἐργασίης.

a Καὶ] Νῦν *Vat.* b Χάλκεον] Ἀχάλκεον *Vat.* c Δ' εἰς] Δ' ἂν τι *Vat.* Fr. ἀντὶ, adleverat Cl. *Brakenb.*

7. Τοὔνεκα κ.τ.λ.] Sic exaratur Romae: Τοὔνεκα νῦν φεύγεις πενίης τ' ἀχάλκεον οὐδόν. quae scriptura merito arrisit *Salmasio.* ἀχαλκεῖν & ἀχαλκεῖν dicitur de pauperibus: de carentibus aere, numis. eleganter igitur paupertatis limen vocatur ἀχάλκεον. non ex aere factum: quum alioquin aerati postes memorentur aliasque domus partes apud divites hoc ex metallo fieri non insolitum esset. Simul *Homero* saepe celebratus χάλκεος οὐδὸς respicitur. *J. P. D'Orv.*

Πενίης — οὐδόν] Podagram hodie divitum morbum vulgus quoque nostrum appellat. qua tamen eorum divitiae domantur, cum, quibus abundent, frui nequeunt. *J. Br.*

8. Τέρπῃ δ' εἰς] In Cod. primario τέρπῃ δ' ἂν τι πλούτου. In alio codice γ in τέρπῃ in rasura cubat. εἰς πλούτου corruptum videtur. Sed varia illa lectio parum juvat, nisi quod indicet ulcus. An legendum: Τέρπῃ δ' εὐπλούτου εἰς πόδας ἐρχομένη; In collatione quadam habetur. Fr. περίποδας. At qui περίποδας vel sensui vel metro congruant, non perspicio. Sequens Epigramma Εἰς τὸ πανὸν —— (quod supra jam exhibuimus) in prima Ed. male cum hoc coaluit. *J. P. D'Orv.*

Εἰς πλούτου] Ἐν τῷ τοῦ πλούτου, οἴκῳ, subaudi. ἐρχομένη πρὸς πόδας ἐκείνου τοῦ πλούτου. aut sic: τέρπῃ δ' εὐτυχομένη πλούτου (locupletis cujusdam) πρὸς πόδας, quos dolore infestas. *J. Br.* Verum propemodum vidit ille, & simplex expositio τέρπῃ ἐρχομένη εἰς πλοῦτον (scil. οἶκον, quod ita frequenter omitti, non semel in Luciano vidimus) πρὸς πόδας scil. αὐτοῦ, mihi nihil difficultatis relinquere videtur. Πλούτου autem pro πλουσίου lusus est haud inficetus. *Obsop.* hic multis narrat, quomodo divites podagram commereantur, & ad *Nic. Gerbelli* fabulam de podagra & aranea remittens, ἐπλοφορεῖν significare putat, quod podagrici semper sint in armis, i. e. rixae & iracundiae pleni, indigne ferentes vel muscam praetervolantem pedibus infidere. Ego ad baculum podagricorum tantum respici crediderim, quo semper utentes, eodem etiam minantur irati. *J. F. R.*

Πρὸς πόδας] In *Wech.* hoc Scholion legas: Παίζεται λέγει. οἱ δὲ πλούσιοι ὑπὸ τροφῆς ἐ ἀσελγείας ποδαγρῶσι. καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Πλούτῳ. παρ' αὐτῷ μὲν δὴ ποδαγρῶντες ἐ γαστρώδεις, καὶ παχύπεπλοι, καὶ πίονες εἶεν ἀσελγῶς.

PALINURUS.

ARGUMENTUM BOURDELOTII.

Duo hi dialogi ſequentes, Luciani non ſunt, neque Graece ſcripti etiam: ſed quia a doctis Italiæ cum Lucianicis eodem titulo conjunctos accepimus: ne horum quidem lectione fraudare quenquam voluimus, praeſertim cum ad exemplum Lucianicorum aliquo modo efficti & ipſi eſſent.

PALINURUS, CHARON.

PAL. OBſecro te, ô Charon, ſine me ut jam navim conſcendam. CHAR. Quis me appellas? PAL. Ego navita quondam illius, quem nuper viventem transvectaſti, Aeneæ Trojani. CHAR. Tune ille es, qui apud portus Velinos inhumatus jacebas? PAL. Ille ipſe ſum. Sed crede coeleſtium nutu fieri ut transvehar, quorum prodigiis longe lateque actae finitimae gentes, & oſſa mea jam expiaverunt, & tumulum mihi, tumuloque inſuper ſolennia ſtatuerunt. Quare te oro, ô juſtiſſime Charon, patere tandem ut ingrediar. ſic proſpera ſemper ſit navigatio tua, ſit ſolida navis tua, atque inconcuſſa. CHAR. Rem juſtam petis, Palinure, ingredere ut libet. Vos vero tam confertae umbrae, quid fatigatis me precibus? Quid fatigatis? Quaenam haec vis deſiderii? Expectate tantiſper, dum trans flumen hunc porto: regrediar quamprimum. PAL. Habeo tibi, Charon, immortales gratias, qui me his tandem eripuiſti è malis, qui me dira hac tandem qua detinebar transfretandi cupidine liberaſti. CHAR. Amo te equidem, Palinure, tum propter Æneam regem, quem mihi nominaſti, qui & ſuper omnes, quos unquam viderim mortales, viſus eſt mihi ſingulari quadam praeditus pietate: tum propter meum etiam, quod olim commune fuit tibi, magiſterium: Par enim ſibi quisque parem affectat: delectatque magis, quae inter pares fit vel confabulatio, vel vitae actio. Afficiebar porro non modico dolore, quum videbam jamdudum te in citeriore hac ripa errantem, incertumque ſedis tuae. Neque licebat tibi ſuccurrere, propter legem mihi datam, ne quemquam niſi humato prius corpore tranſportem. Sum enim ego minimus inter infernos habitatores, ſubjectusque alienae poteſtati, cui parere non tam pulchrum mihi, quam alias neceſſe ſit. Gaudeo autem nunc & laetor, quod ea aliquando ſe ſors tibi obtulerit, qua & tuum implere deſiderium, & meum relevare dolorem ſalva lege officii mei poſſum. PAL. Imo ego non minus propter te dolebam, ô Charon, quia perſpiciebam tot te graves aſſiduosque labores perferentem ſine ulla relaxatione. Neque enim me latet, quot quantisque vexari malis ſolent navium gubernatores, qui nihil aliud in vita quam navigationem exercui: atque ita exercui, ut nihil illa gravius, nihil periclitantius contingere mortalibus putem: propter quod credibile magis tibi videri poteſt, ſi angebat me utique fatigatio tua, repetentem animo antiquas, quas juvenis etiam ſuſtinebam, nauticas fatigationes meas: quarum experientia jam edoctus ſciebam probe, pari malo tuo condolere. CHAR. Fruſtra propter me dolebas, Palinure: nam nihil moleſta mihi eſt ars mea. PAL. Quid ais? CHAR. Ajo gratam me habere & jucundam artem meam. Vides ut cruda viridisque ſenectus eſt mihi? Memini haud unquam ab ipſa, qua jam omnium annos ſupero, longaeva aetate mea pertaeſum me eſſe laboris mei, qui quotidie inſto alacrior atque valentior. Sed intelligo, cur tu aliter tibi perſuadeas. Eſt enim communis hic morbus mortalium, ut ſortis ſuae quemque diſtaedeat ſemper, vivatque contentus nemo ſtudiis ſuis, laudent vero longe, ac

beatiores existiment omnes, qui diversas a se artes atque actiones sequuntur: verum falluntur maxime opinione sua. Nam si recte intueri velint, cognoscent perspicue, nullum esse in vita eorum statum, qui non magnis scateat miseriis, quem non magnae gravesque perturbent undique molestiae & vexationes. Et si detur aliquando, ut alter in alterius studia transferatur, quam videas tunc sua cuique levia videri, quae prius prae gravitate accusabat: contraque ea graviora, quae prius levia videbantur? Itaque si bene consideres, Palinure, non est ita gravis mea conditio ut censes, neque propterea quod nauclerus sim, sum eo miserabilior. Sed tu (ut video) sequeris vanos errores mortalium, ego vero integritatem tantum, judiciique veri lucem secutus, dego contentus ac laetus sorte mea, neque adscribo mihi calamitatem, quod desudem quotidie navigando, & defatiger. Neque ob hoc arbitror quempiam horum qui mecum simul ultimas sedes colunt, me esse beatiorem, non ipsos judices, Minoëm, Rhadamanthum & Æacum, quanquam magna omnes emineant potestate: non ipsum Ditem, quamquam sceptro potens sit, atque regna ista moderetur. Sunt namque & illis sui labores, suaeque molestiae, & majores forte, quo & majore regiminis sarcina premuntur. PAL. Potes de te tibi, Charon, persuadere ut libet: mihi enim de me nunquam persuadere poteris, quin ars nostra sine ulla comparatione caeteras laboribus & periculis excedat: quod liquido tibi probarem, nisi quod vereor ne taedio te afficeret fortasse longior narratio nostra. CHAR. Imo summa me afficeret recreatione. Nam & delectat me tecum sermocinari, & navigantibus etiam magnam animorum refocillationem afferre solent hujusmodi confabulationes. PAL. Quando igitur non est tibi injucundum, prosequar suscepti sermonis nostri rationem, ut intelligamus, non esse duriorem ullam, quam nautarum sortem: quod tibi facile persuadebo, si animadvertas, quos aestus & frigora tolerare eos, quos perhorrescere tonitrus & fulgura, quibus perfundi imbribus, qua ventorum rabie agitari quotidie necesse sit. Si cognoscas, quoties eos torqueri fame & siti, quoties squalore etiam teterrimo consumi contingat: si attendas habitationem eorum instar carceris, supellectilem vel nullam, vel sordidissimam, strata dura, cibaria aspera, potum immundissimum, indumenta spurca, incommoditatem rerum omnium, noctes insomnes, & sub divo semper, & inquietas: taceo perpetuum alioqui quoddam eorum exilium: quos patriae eorum exteros, profugos, vagos, palantes, ignaros quietis, privatos omni (quo nihil est in vita dulcius) conjugis sobolisque fructu ac jucunditate, quis non abjectissimos, longeque omnium mortalium miserrimos esse judicabit? Praeterea Scyllam, Charybdim, Syrtes, Symplegades, tot infesta navigantibus maris pericula. Omitto tempestates, quibus nec visu quicquam est tristius, nec horribilius, quibus & ad summum vitae usque discrimen quotidie jactantur, quatiuntur, & (quod saepe accidit) submersi tandem obruuntur. In qua re nemo est, qui idoneus magis quam ego testis adhiberi queat: qui cum multis fuerim quassatus tempestatibus, tum ea maxime quae me ex Sicilia in Italiam navigantem invasit, tam saeva atque horrens, ut horrori sit adhuc mihi ejus recordatio. Non possum certe, ut par esset, explicare tibi acerbitatem illius tempestatis; sed quanta extiterit, ex hoc facile conjecturam facere potes, quod Æneam ducem, cujus summa constantia & animi fortitudo ubique decantatur, vidi ego contrementem *graviter* atque ingementem, extentisque *ad coelum* manibus beatos longe inclamantem *eos*, quibus ad Trojam oppetere contigisset, *lamentantemque* pari ab eorum morte, *ac fortissima*, a Diomedis gladio se ereptum *extitisse*. Crudelem equidem tum illuxisse omnibus ultimum, neque ex numero nostro quenquam putavi evasurum, non ipsum Æneam, non Ilioneum, non Achatem, non Abantem, grandaevumve Alethem, quorum naves longe disiectas, ad summumque pene exitium adductas, nescio quae vis illa nisi divina liberavit. CHAR. Non incognita mihi narras: haec ea ipsa die rescivi. PAL. Quo id mo-

modo? CHAR. Quo id modo, rogas? An acrem illum fidumque Orontem ignoras, ductorem Lyciæ navis? Is quidem tunc submersus conceſſit ad me illico, exponens mihi ex ordine omnia quæ tu diſſeruiſti, implorans deinde opem, rogitansque multum ut ſe ulteriore in ripa ſiſterem: quod nunquam paſſus fui, quum inter fluctus adhuc corpus ſuum ſine ſepulchri honore jactaretur. Nunc agit ſeſe circum haec ſtagna moeſtus atque errabundus: vidiſti illum? PAL. Et tum vidi, & unicum meorum ſolatium habui, dum tantiſper in ripa moratus, pari cum eo detinebar infelicitate. Nec enim falſa de triſti ejus interitu retuliſti, cujus adhuc imago ſubit mihi, dum excuſſum e puppi, contortumque ter eum atque circumactum (horrendum) a fluctu, *rapidus tandem aequore vortex Abſorpſit.* Sane quod ad me pertinet, nihil ediſſeram: qui licet eam evaſerim tempeſtatem, amarum tandem aliquando etiam vitæ meæ finem inveni, excuſſus & ipſe pariter atque jactatus inter undas: quod deerat, inſuper ferro praeterea obtruncatus. Ex quo nec tantum mihi timui, quam Æneæ meo, ne tantis undis ſurgentibus ſpoliata magiſtro navis deficeret. Haeccine eorum deliciæ, opes, tranquillitas? Sic illis vivitur, ſic moritur. Tui nunc & aliorum defende ſtudia & artes, contendeque, ſi libet, majorem eſſe etiam eorum miſeriam & calamitatem, qui patrias incolentes ſuas, uxorumque ac filiorum ſocietate beati, quieſcunt, gaudent, ludunt, hortantur, amicitias colunt, exercentur commode, habitant magnifice, veſtiuntur culte, convivantur laete, cubant molliter, jucundos ſuos ac geniales agunt dies. Adde qui in urbibus optimates & primarii magnam ſibi vendicant auctoritatem, habenturque ſummo in pretio atque honore, qui jus dicunt, qui cauſſas agunt aliorum, qui faſces gerunt, qui ducunt exercitus, qui vel aſſiſtunt principibus, vel principes ipſi magni illuſtresque ſunt: quibus nec optabilius quicquam in vita eſſe video, neque beatius. CHAR. Falleris longe, Palinure: nam quos beatiores eſſe arbitraris, miſeriores illi ſunt ulla ſine dubitatione. Neque enim negaverim ſortem ſubjectam eſſe nautarum magnis malis: ſed ita ſubjectam, ut comparatione aliarum, quæ majoribus etiam gravantur incommodis, minus certe miſera judicanda ſit. Quid enim triſtius, ut ad tuos veniam, qui patrias ſuas colunt, quid miſerabilius, quam domi ſuæ agere, & ita agere, ut jucundiorem aliquando quam vitam mortem optes? Quæ ulla major calamitas, quam circundari urbem hoſtibus, ingruere bellum, volitare tela, ſtringi enſes, perfodi muros, fremere tormentis, ſaxo dirui, domos tremefieri & concuti? Quamque fame ſitique deficere, corrumpi aërem, occupari moenia, ſpoliari templa, diripi patrimonia, publicari bona, incendia parari, malos exultare, bonos torqueri, affici convitiis, expelli domibus, vulnerari, carcerari, relegari, deportari, trucidari filios ante parentum ora, vim pati uxores, ſtuprari gnatas? Videntur an haec tibi mala, Palinure, & an his, quæ tu meminiſti, ulla ex parte comparanda? PAL. Quam vera narras, ô Charon! quam nunc vel audiens iſta perhorreſco! Venit enim mihi in mentem gravis illa & deploranda patriæ meæ deſolatio, Trojæ, inquam, tam praepotentis olim atque praedivitis, cujus everſione nihil credo referri poſſe crudelius aut lacrymabilius: tantaque fuit calamitatis ejus magnitudo, ut longe plura etiam atque triſtiora, quam tu ſupra memoraveris, ſibi contigerint: quæ ſi velis, omnia tibi, ut rem certius agnoſcas, explicabo. CHAR. Haud opus eſt, Palinure, quoniam & tempus non patitur, & ego haec omnia non ſecus ac tu nota atque comperta habeo. Nam & mihi renunciaverunt, ut quaeque adventabant, animæ ex illo bello profectæ. Nihil certe, ut nunc tu dixiſti, pervenit ad aures meas crudelius aut lacrymabilius. PAL. Faxo ut jubeas: ſed advertas, Charon; graviſſima licet haec ſint, rariora tamen contingere, quam ea nautarum, quæ ſupra expoſui. CHAR. Referam ergo alia frequentiora, & ex ipſis quidemmet civitatibus, quarum relatio augebit etiam earum miſeriam. Vade, oro, & per civitatem, plateas porticusque diſcurre: quid aliud offendes, quam oblatrantium maledicta, inſimu-

mulationes peſtilentiſſimas, optimi cujusque dilacerationem, quid non? exploratorum inſidias, invidentiumque venena. Diverte modo greſſum, & artificum mercatorumque tabernas ac conventus pete: quid aliud deprehendes, quam ſermonum nebulas, fucos, mendacia, deceptionesque manifeſtas? Transfer dehinc te in fora publica, ſedesque judiciarias: quid aliud audis quam undique omnia magno ſtrepitu ac clamore miſceri? Quid intelliges aliud, quam caedes, hominum compilationes, furta, graſſationes, conſpirationes, proditiones? Quæ alia occurrent tibi, niſi litigatorum jurgia & contentiones, teſtium perjurationes, cauſidicorum praevaricationes, judicum corruptiones, praeſidum ambitiones ac rapinæ? Quos ibi alios obviam tibi habebis, quam exultantes improbos, lugentes bonos, oppreſſas viduas, proculcatos pupillos, egentes proſtratos? Attolle poſtea altius oculos, & atria principum perſcrutare, quam non videbis ibi aſſentatorum exaltationem, ſpeculatorum acceptionem, militum audaciam, foeneratorum voracitatem, quaeſtorum improbitatem, quam non potentum hominum in tenuiores vim atque inſolentiam? Quas non concuſſiones? quas non populationes? quos non innocentes accuſari, criminari, carcerari, proſcribi? PAL. Gravia haec nimis ac miſerabilia. CHAR. At reſtant alia, quæ non minus tibi graviora & miſerabiliora videbuntur. PAL. Perge. CHAR. Quæ fortaſſis etiam graviora & miſerabiliora judicabis, quoniam domeſtica ac frequens magna eſt eorum peſtis. PAL. Fare. CHAR. Nolo tibi Palinure afferre in medium graves longosque artificum & negotiatorum labores: non eos quibus afficiuntur agrorum cultores, non quibus milites, non quibus cauſidici, caeterarumque diſciplinarum ſectatores, aeſtus, algores, inediam, peregrinationes, anxietates vel pericula, vulnera, caedes, diſtrictas habitationes, infinitaque agendi, cubandi, veſcendi incommoda vel faſtidia, laſſitudines, vigilias, ſolicitudines, odia, & infamationes. Nam ſi complecti cuncta ſermone meo atque exequi voluerim, tot tantaque dicenda ſe offerent, ut præ longitudine malorum ac mole, citius navigatio noſtra quam oratio finem poſſit invenire. Omittam itaque, & commemorabo tantum, quas inter domeſticos parietes, tum ſervorum, tum uxorum ac filiorum moleſtias ac turbationes peſſimas perferre ſolent qui gubernationi praeſunt rei familiaris. Quam ſi ita ut navalem expertus eſſes, facile, quicquid dicturus ſum, me etiam tacente & intelligeres & approbares. Nam ſervorum primo in dominos ſemper prompta maledicta, furta, impoſitiones, fugas, arrogantiam, negligentiam rerum dominorum, temulentiam, edacitatem, ſomnolentiam, tarditatem, ignaviam, nemo eſt qui non videat magnam afferre his qui patiuntur, infelicitatem. Deinde filios, quorum amore nihil dulcius eſſe fertur, quanta animi cum amaritudine aſpiciant parentes vel aegrotare, vel mortem obire, quod frequenter admodum fit, ſatis exiſtimo etiam te intelligere. Quam vero gravem & anxiam credis eſſe eorum vel parturitionem, vel educationem, vel inſtitutionem? Quoties pro eis bonos parentes gemere, ſuſpirare, dolere, torqueri? Quanta etiam putas perturbatione affici, dum quos progenuerunt, immenſaque adeo cura aluerunt, vel parum ſibi audientes, vel rebelles ac infeſtos poſtea habere contingat? Quam dolenter eos ferre, arbitraris dum inſani & vecordes ſunt, dum hebetis & craſſi ingenii, dum effoeminati & molles, dum dilapidant & evertunt patrimonia, dum nulli bono operi & ſtudio intendunt, dum per praecipitia vitiorum omnium vitam ducunt ſuam? Quid de uxoribus loquar, quas dos tumidas, genus inſolentes, forma ſuſpectas, deformitas reddit inviſas? Quarum lingua nihil perniciosius, quarum audacia nihil prodigioſius, quarum improbitate nihil execrabilius. Quæ jurgiis ſemper & contentionibus obtundunt viros, quæ ſemper conqueruntur, ſemper exprobrant, ſemper inſidiantur. Quibus quum deſint caetera, nunquam tamen lacrymæ, gemitus & ſuſpiria. Quæ caeca ſua (qua tantum ardent) ornamentorum ambitione exhauriunt opes, labefactant domos, cogunt maritos in malos quaeſtus, in dira ſcelera. Non re-

refero turpissima adulteria, quibus nec punitur minus, nec peccatur magis quicquam. Ea quanto dolore afficiant bonos conjuges, nemo satis unquam meo judicio enarrare posset, sed magnum doloris argumentum praestant, & gravissimas caedes, & ingentia quae saepe propter corruptas uxores bella exarserunt. PAL. Hoc plus quam vellem, scio: nam arduum illud quod ego vidi Graecorum & Trojanorum bellum propter Helenae raptum, in eam excrevit rabiem, quam nulla mundi regio ignoravit. CHAR. Quae toti mundo manifesta sunt, ea tantum nosti, Palinure: at si singula, quorum nihil me latet, intelligeres, adducereris in tantum stuporem, ut stupescens etiam prae miseratione conjugalem vitam lacrymares. PAL. Hui quid narras? CHAR. Narro quae quotidie video & pertracto. PAL. Ergo connubia putas polluta & coinquinata? CHAR. Minime: id nunquam dixerim. PAL. Atqui multas memini me vidisse ea praeditas honestate, ea religione, ac vitae integritate, ut divinum quiddam magis quam humanum redolere viderentur. CHAR. Et multas utique ejuscemodi esse confiteor, sed eas quidem quae optimis honestissimisque ortae parentibus, ebiberunt a primis annis sobrios & castos mores: quae sanctis parentum suorum exemplis educatae, vitam instituerunt: peccare castigatae, sapienter ad mansuetudinem edoctae, ad pietatem, ad fidem, ad divinum cultum, ad rectum compositumque regimen rei familiaris. Quae se a thyasis, saltibus, jocis, quae se a spectaculis, ab immodestiore cultu, ab licentiore colloquio abdicarunt. Caeterum quae contra sanctitatem, quae malis institutis, perversisque parentum exemplis imbutae, molliter vixerint, assuefactae deliciis atque turpi otio, quae nihil nisi saltare, canere, fides pulsare didicerunt, quae praeterea oculis suis hauserunt matrum praesertim obscoenitates & immunditias: hasce qua fide & integritate esse putas erga maritos? Illabuntur siquidem tanquam venena tenellis mentibus parentum exempla: inde rarior etiam quam reris, est hymenalis honestas, quo qui eas vel emendatis instituant moribus, vel sancto invitent exemplo, parentes simul rariores habeantur. Prodeunt postea in publicum quaeque etiam procaciores, aperta fronte, directo gressu, quasi pudicitiam ipsae consecrasse videantur. Et quae secretum intra cubile probra gesserunt, cum vestem induerint, illa contexisse atque occultasse existimant. Vosque ea, vanum vulgus, ita ut cernitis, vera ducentes esse arbitramini. At ego nihil quam quod res habet, de eis judico: nuda enim hic omnia atque aperta sunt. Non veste hic teguntur maculae, non pallio obnubuntur scelera: exertos omnes ac nudatos, rerumque omnium vacuos prorsus huc ingredi oportet. Quicquid in vita male tentatum, maleque actum est, hic fronte coram ipsa demum gestatur, dispoliatur, ostentatur. Quare non mirum tibi videatur, si quorumcunque nota habeo crimina, qui quorumcumque etiam nudas, ita ut praedixi, transveho umbras. Quam proinde ingentem video earum turbam, quae cum impudicitiam longe apertam ostendant suam, pudicissimae tamen in vita habeantur! Quantas secum in maritos fraudes gerunt, quot simulationes, quot proditiones, quantam hypocrisim, quot aliorum obscoenos amores, quot pollutiones, quot supposititios partus, quot mentitas enutritiones, quot alieni seminis susceptas messes! At, quod ridiculum magis est, lugent postea ignari mariti hasce sibi extinctas uxores. Laudant inter coetus & praedicant quasi pudicitiae principes: statuunt mausolea: plurimi quoque epigrammata condi, orationes scribi & pronunciari curant in laudem ac memoriam castitatis fideique earum sempiternam. An haec tristia & amara esse censes, Palinure? Et an comparationem ullam habere putas cum his nautarum, quae ea severitate & acrimonia recensuisti, ut caetera laeta, fausta, deliciarumque plena (si tibi fides daretur) existimanda essent? PAL. Haud equidem tanta in civitatibus privatisque domibus, quanta modo enumerasti, mala regnare credidissem. CHAR. Ita proficit inexpertos sermonem aliquando inire cum his, qui multarum rerum usum atque experientiam habent. PAL. Ita fit. CHAR. Quod si ani-

madvertas, labores quos perferunt nautæ, corpori magis quam animo infensos ire, concedes amplius etiam sententiam meam. Nam hujusmodi res duræ assiduo quodam usu & assuefactione mitiores fiant, & quodammodo domantur: quas vero ego memoravi, cum animum magis affligunt, non ita usus & assuefactio mitigare atque edomare potest. PAL. Consentio tibi jam, gaudeoque in eam lucem te illustrante perveniisse, ut intelligam tam magnam aliorum & majorem etiam quam nautarum miseriam. Sed illud non possum intelligere, quin principes saltem ac magni viri, non dicam nautis, sed caeteris insuper quibuscumque mortalibus beatiores sint. CHAR. Cur? PAL. Quoniam omnibus abundent atque affluant bonis. CHAR. Quibus? PAL. Honore, gloria, opibus, deliciis, amicis, potentatu, imperio. CHAR. Hisce? PAL. Hisce, & multo pluribus. CHAR. Erras. PAL. Errorem hunc optassem in vita mihi. CHAR. Deliras. PAL. Maluissem ita delirare, quam tua cum sententia sapere. CHAR. Quid si nihil illis miserius? PAL. Quid si nihil beatius? CHAR. Haud unquam hoc mihi demonstrabis. PAL. Non tibi ii beati videntur, qui quicquid ad explendas voluptates optari potest, assequuntur? Quibus convivandi, cubandi, ungendi, lavandi, ludendi, venandi, aucupandi, ad omnem nitorem atque satietatem semper facultas sit? Quibus quotquot velint concubitus foeminarum, quotquot velint arva, equi, canes: quibus tot sunt servi, tot exculta palatia, tot munitæ arces, oppida? Qui tantum possideant auri, gemmarum, vestium, suppellectilis? Quibus audiant omnes, assurgant, inclinent? Quos populi vereantur, timeant, laudent, decantent? Qui leges dicant, mandent, exerceant, proscribant, puniant, extollant amicos, vindicent inimicos, trucident rebelles? CHAR. Non est tam magna ut existimas, Palinure, eorum beatitudo. Nam parit certe fastidium tanta bonorum continuatio, tantaque affluentia, neque sapit tantum, quæ non aliquando intermittitur voluptas. Praeterea quomodo eos tu beatos judicare potes, qui tantis opibus atque deliciis suis nunquam fruuntur cum jucunditate, nunquam cum gaudio? Qui in tanta rerum copia nunquam exhilarent se, nunquam relevent animum, nunquam exultent? Qui tanta licet bonorum ubertate redundantes, tristitia tamen semper obducantur, solicitudine premantur, anxietate torqueantur? Non tibi multo optabilior videtur privatorum conditio, quorum & vita securior, & voluptates etiam, si mentem intendas, majores sunt? Quos summa semper condit hilaritas, mulcet festivitas, explet alacritas? Quantam putas afferre delectationem, quæ communis cum uxoribus & filiis vita exigitur, dum cubant tute, vescuntur laete, jocantur modeste? Quam dulcem esse arbitraris amicorum inter se & aequalium parem vitam, domesticum usum, frequentem conventum? Quid eorum amore suavius, confabulatione gratius, curis melius atque commodius? Quantum credis laetitiæ & exultationis habeant eorum convivia, ludi, cantus, saltationes? Quantum dilatent animos & permulceant? Quantum emanet mellis? Cujus nec stillam principum aliquis degustavit. PAL. Haud intelligo, Charon, hanc quam refers regum tristitiam atque anxietatem, *qui* inter risus tantum, blanditias jocosque versentur, quibus semper psallatur, canatur, plaudatur: & quicquid ad transigendam hilarem vitam excogitari potest, exhibeatur. CHAR. Etiam, ut video, judicas, Palinure, quæ oculis tantum patent: quo errore decepti mortales, plurimum seduci solent: *sed* quod certum afferre possunt judicium exteriora corporis, quæ velamenta quaedam magis sunt veritatis? Aut quid certi promittere & ostentare potest frons hominum, quæ plures quam Proteus species mentiri, atque in plures mutari queat? Considerandæ sunt secretæ animi fibræ: perscrutandæ sunt interiores mentis latebræ: quas si pervidere ita ut frontem posses, proh dolor, quantam ibi malorum turbam, quantam formidinum atque strepitationum aciem introspiceres? Quot angores, solicitudines, suspiciones? Quot pestilentes morbos & perturbationes? Quanta aperirentur ulcera, quot plagæ & caedes,

quot

quot insidiæ, quot enses, & telorum infinita genera? Quæ nec somnos eorum quietos, nec cibos placidos, nec opulentiam dulcem, nec imperium jucundum, nec delicias jocosque laetos esse permittant. PAL. Nesciebam adhuc haec eorum qui dominantur mala: sed cur illis contingant tanta, non capio. CHAR. Contingunt tanta propter graves inimicitias, acerbaque odia quæ continue cum finitimis civitatibus, cum subditis sibi populis, cum semet ipsis etiam gerunt: quo fit, ut ingravescentibus odiis, increscentibusque injuriis, quibus quotidie afficiunt quemque, necesse sit illos torqueri & affligi graviter, confidere nemini, suspicari omnia. Possunt extimere muscas etiam (ut ajunt) volantes, gaudere & laetari nunquam, tristitia & moerore detineri semper. PAL. Adducis me facile ut credam suspectas eos habere finitimas civitates, cum quibus & infensa odia confiteor, propter continua quæ exercentur bella, & dominandi libidinem, qua plurimum incenduntur: Cum suis vero quibus imperant populis, nihil accipere possunt nisi amorem, & dulcissimam pacem. Porro si cum finitimis sint inimicitiæ, si oriantur bella, sic demum etiam augentur imperia, subducuntur oppida, profligantur acies, spoliantur & captivantur hostes, populationes magnæ fiunt, trophaeis decoratur patria, victoriis celebratur, triumphis extollitur. Ob quæ & principum gloria, & urbium ornatus, & inimicorum timor, & populorum inter se laetitia, atque erga principes fides & amor crescit. CHAR. At tantum narras quæ prospera sunt & laeta, ac quæ frequentius accidunt adversa & tristia praetermittis, quasi semper eos putes debellare hostes, potiri victoria, triumphis exultare, nunquam vero vinci, prosterni, agros suos populari, bona sua diripi, & è suis se oppidis dejici. Sed majora haec praetereamus, de minoribus tantum dicatur. Quippe si conferas quas strages suorum & caedes sustinent, comperies longe majore damno quam lucro partas eorum victorias constare, discussaque ratione decessisse plus illis quam accessisse. His adjicias, ut populorum etiam suorum odia, ne dum finitimorum intelligas, quod ad inferenda bella & persequendos hostes opus illis est ingenti & munito exercitu, multo navigio, longa armorum & machinarum praeparatione: quæ quum magno & inaestimabili constent sumptu, nec proprii suppeditent reditus, necesse est novis vectigalibus vexare populos, novas indicere praestationes, novas angarias: augere tributa, multiplicare onera, exhaurire aes omnium, eradere marsupia, imo viscera pauperum, parvos atque magnos diripere, spoliare, conculcare. Inde fit, ut quum invisos manifeste se cunctis intelligant, suspectum tum sibi incipiant habere quemque: nullius fidei, nullius amicitiæ credere, conjectare omnia in malam partem. Habet enim hoc in se pessimum malefactorum conscientia, ut quos injuria affecit, nunquam revocari in amicitiam, nunquam mitigari, & ad veniam moveri posse putet: proinde magis insurgitur, graviores itur in injurias. Hunc proscribunt, illum carcere includunt: quorundam patrimonia publicant, alios jugulari aut strangulari jubent. Voluntate pro ratione utuntur. Eorum quoque quos tantis laeserunt malis, cognatos, affines, amicos, socios, servos, quasi fidei suæ diffidentes, persequuntur. Tum caeteri qui chariores etiam videbantur, exempla aliorum proponunt sibi, acuuntque ipsi non minus odia. Nam non minus rebus suis ac saluti suæ timent. Ita pedetentim civitas omnis indignatur, obmurmurat, rapitur ira, odiis incenditur, coquit novas cogitationes, nova consilia molitur. Mox eo deveniunt, ut haec intelligentes videant quantæ ruinæ quantoque praecipitio subjaceant, quam tenuissimo quasi quodam filo pendeant imperia sua. Tunc cernas eos pallere, tristari, consumi, expavere omnia, torqueri scelerum suorum conscientia (quæ prima est poenarum omnium) timere hostium insidias, civium conspirationes, domesticorum proditiones, oppressorum vindictas. Tunc securum nihil existimare, nisi quod vi ac ferro tueantur. Propterea non credunt se tuto cuiquam, non ministris, non necessariis, non germanis, quorum majorem etiam quam aliorum auctoritatem magis formidant.

Arcent se ab aspectu & praesentia omnium, cingunt se fossis & aggeribus, claudunt se arcibus, quasi ad perpetuos damnati carceres. Custodibus etiam tanquam ad expeditionem belli paratis, ut obsideri eos putes, circumvallantur. Nihil illis dulce, nihil apertum, nihil jucundum. Dormiunt cum magna inquietudine, cum majore etiam vigilant. Terret illos conventus hominum, angit solitudo: timent colloquia, timent salutationes, timent dona. Suspecti illis aditus, suspectæ sellæ, suspecti cibus & potus, qui nec etiam nisi praegustati sumuntur. Suspecti pellicum & item uxorum tori: quibus mirum est cur sine cujusquam praegustatione congrediantur. Ipsos vero quorum se custodiæ commiserunt, non minus extimescunt: quibus quum carere nequeant ob tutelam suam, eo magis augetur eorum timor & miseria, quo armatos pro firmiore illos praesidio esse necesse sit. Quare alienigenas & barbaros homines, atque abjectissimos quosque sibi deligunt, eosque frequentius comitantur. Dejiciunt saepius ac exterminant, quo saluti suæ si non alia, at saltem hac via, consulere possint. Quid foedius & ignavius dici queat, quam hominibus immanibus ac flagitiosis se committere: suos vero prudentes, sobrios, justos spernere atque devitare? Quanta ista tyrannorum felicitas, quos continuus & ingens semper angore afficit metus, quo non modo animi graviter excruciantur, sed cuncta insuper dulcia mundi dona fugantur & dissipantur? Quantæ istæ eorum deliciæ, quanta gaudia, qui tranquillitatem nunquam & pacem sibi, ne dicam populis suis aut hostibus concesserint, expertes omnino tam sanctissimi atque omnium dulcissimi boni? Quaenam ubertas ista bonorum, quæ distracti aliunde, neque sciant, neque visant, neque pertractent, neque gustent unquam? Quanta ista imperii bona, quæ quum ipsi videre & attrectare non possint, committant necesse est aliorum curæ & gubernationi? Ignari rerum suarum, nescii omnium ferme quæ sub se geruntur, fraudati quotidie & decepti, ab his praesertim, quos præ caeteris auxerunt: quibus tamen quum se credant, quot innocentium criminationes, quot facinorosorum falsas commendationes audiunt? Quoties eorum fidem sequuti, bonos pro malis, malos pro bonis ducunt, atque hos beneficiis, illos poenis afficiunt? Quodque gravius est, quoties ipsis etiam videntibus, hi quos tantum extulerunt, pro sententia sua in foro quosque laedunt, concutiunt, opprimunt, atque dilaniant? Quid mirum si exardescunt postea populorum odia? Si labefactatur postea eorum status atque desolatur? Quanta ista, quamque optanda imperia, cum quibus & servitutem pessimam degant? Subjecti tantis perturbationibus, tantis insidiis: *subjecti* ipsis etiam quos sibi subjecerunt: *constricti* quasi quibusdam regni compedibus: clausi intra arces, quasi magni alicujus criminis rei: coarctati instar ferarum: excluſi ab omni quæ foris capitur recreatione: privati libertate, quod est tam dulce & omnibus optabile bonum, non hominibus modo, sed caeteris insuper quibuscumque animantibus: cujus privatione quid est quod tristius aut infelicius contingere possit? PAL. Non credis, Charon, bonos aliquos, mitisque & moderatæ naturæ Tyrannos esse? CHAR. Imo multos credo: sed tanta est dominandi libido, tantus ardor, tanta nescio quæ pestis ingenita, ut quos semel invaserint, sint summa quamvis bonitate praestantes, adeo illiciat eos, illiciensque depravet, ut vita potius quam imperio, quod jam occupaverunt, carere possint. Vel ad conversandum, vel ad amplificandum contendunt unguibus *dentibusque*: ac propterea nemo est tam *bonus* tyrannus, cui non conservationis *amplificationisque* suæ gratia, multis magnas *inferre* injurias, atque ob eas illatas non *plurimum* timere, plurimasve pati anxietates contingat. PAL. Miror cur tantis in *malis*, quæ plane ita ut narrasti, vera esse *puto*, appetant tantopere mortales imperium, nisi id fortasse faciunt cupidine honoris & gloriæ: quod nimirum tam praestans atque excellens bonum, tolerabiliores reddit tantas quas modo exposuisti miserias. Dulce quippe est mandare aliis, praeferri omnibus, eminere, praecellere, venerari, timeri, suppliciter exorari, assur-

ſurgi ſibi, via decedi, inclinari cervicem, flecti genua, audire laudes ſuas, & rerum bene geſtarum decantationes. Quæ quum & divina numina plurimum capiant, facile intelligi poteſt quantum & his quoque mortalium mentes capiantur. CHAR. Quæ tanta capere poteſt Tyrannos ullos honoris aut gloriæ exhibitio, qui ſe certo inviſos omnibus eſſe ſciunt? A quibus ſi laudentur, ſi audiantur, ſi ſibi aſſurgatur atque incurvetur, intelligunt palam vel aſſentationis vel timoris cauſſa id fieri? Quare non eſt ita dulcis, ut putas, hujusmodi honoris & gloriæ extorſio magis quam exhibitio. At vero dulcior is eſt qui in privatos homines ab amicis & benevolis honor exhibetur propter aliquod eorum egregium facinus, aut excellentem virtutem. Vera iſta gloria, verus iſte honor, ac dignus quidem quo & divina numina capiantur. PAL. Nullam ergo video cauſſam cur tantopere imperia deſiderentur, deſideraque conſerventur: niſi quod habendi cupido, qua tantum trahitur humanum genus, in his maxime expletur. Quo enim quisque plus auri, agrorum, aedificiorum, oppidorum, acquirere poſſit, nulli parcit labori quantumvis magno & intolerabili: neque ullus tam amarus labor, quin propter quaeſtum & majorem rerum cumulationem dulceſcat. Ita quum tyranni ſuper omnes plus poſſideant, ſuper omnes etiam beatiores videntur, licet caetera eis triſtia ſint atque peracerba. CHAR. Neque iſtud quidem affert ullam beatitudinem. Nam in primis non efficit divitem major abundantia, ſed minor cupiditas. Qui enim parvo contentus eſt, id tantum cupit, quod neceſſitati vitæ ſufficiat. Is abunde eſt locuples, propter honeſtum, quod facilius implere poteſt, deſiderium: quod quum & impleverit, liberatus eſt ab omni qua alii rapiuntur habendi anxietate. Qui vero quantumlibet dives plura concupiſcit, pluribus indiget, quia perſeverante acquirendi inſatietate efficitur minus voti compos. Quo enim magis creſcit multarum rerum poſſeſſio, magis etiam cupiditas: neque finem unquam habet vorago illa cupiditatis. Deinde non eſt judicandus quisque vel locuples multitudine, vel pauper paucitate divitiarum: ſed vel rerum magis implemento, vel neceſſitate. Nam ſi multitudinem excedunt ſumptus, quomodo poteſt is credi dives, qui minus habet quam neceſſe eſſet? Quare cum neceſſitatem ſaepius magnam patiantur qui tantam imperii molem adminiſtrant, indigentiores etiam putandi ſunt privatis hominibus: quibus licet tenues ſint opes, at neceſſitatibus ſaltem ſuis vel pares ſunt, vel ſuperiores. Taceamus graves quas quotidie expilationes vel rapinas perferunt a quaeſtoribus ſuis, & ab his maxime quorum fidei magis credunt: qui quo majora etiam nacti ſunt imperia, eo majora utique furta, majoremque proinde rerum ſuarum diminutionem patiuntur, a quibus privatos ſaltem homines liberos eſſe conſtat, qui & diligentius patrimonia ſua ipſi per ſe curare, & attentius omnia intueri poſſunt. Dicamus vero curas & labores quos in adminiſtrandis tantis opibus, gubernandoque tanto potentatu tolerare eos oportet, quorum fortitiores quam Herculis humeros eſſe neceſſe eſt ad ſuſtentandam tantam molem: plures etiam quam Argi oculos ad tantam rerum varietatem pervidendam atque diſtribuendam: plura quoque quam Jani aut Vertumni capita, ad intelligenda examinandaque tot ac tanta cum hoſtium tum populorum ſuorum, quæ illis negotia deferuntur. Quæ tanti animi vis, quæ non debilitetur? Quæ tanta ſoliditas, quæ non concutiatur? Quæ tanta promptitudo, quæ non remittatur? Cujus eſt tanta valetudo, tantum robur, qui ſe tam vaſto curarum ponderi parem audeat polliceri? Cujus eſt adeo aequabilis & moderatus animus, adeo perſeverans, quin tam multis tamque continuis laboribus non defatigari, non quaſſari, nunquam quoque conſringi poſſit? Omittamus mortales: de nobis tantum, qui haec ultima loca colimus, loquamur. Utrum putas, Palinure, beatiorem eſſe, vel me, qui pauperrimus ſum omnium, qui nihil praeter hanc quam cernis puſillam lintrem poſſideo: vel Plutonem, tam lati tamque immenſi regni tyrannum? Intelligo, etſi taceas, quale de hoc ſis judicium prolaturus. Crede mihi, minime meum cum ſuo ſtatu commuta-

rem. PAL. Quare? CHAR. Quia laetus ago, & ſumma cum quiete. Non ullius rei ullam gero, niſi transvehendi haſce huc deſcendentes animas, & conſervandi incolumem hunc faſelum meum, ſollicitudinem: in quo dicam tibi quicquid eſt quod me gravet. Cum enim propter vetuſtatem fatiſcat aliquando rimis, curare me oportet ut reſtituatur integritati ſuæ: quare eum conſuo ſaepius, & obſtruo ſi quid rimarum eſt: haec omnis mea cura eſt, hic omnis labor. At Pluto cum tantis divitiis ſuis, ac regno tanto, nunquam laetatur, nunquam quieſcit: tot curis carpitur, quot repletur hic umbris locus. Implicatum ſemper habet ubique animum: hinc fertur, illinc rapitur, omnibus intentus locis, omnibus occupatus miniſtris: huic mandat, illum terret, alios acciri jubet. Metum illi omnia incutiunt: nunc terræ hiatus, nunc motus formidat. Saepe illum trepidare cogit lampas Phoebi, ne ulla ex parte irradiet regno ſuo. Saepe & fulmen magni fratris, ne penetret Averna atque labefactet. Quoties vidi ego illum, dum rebus ſuis timet, invectum ſummo curru peragrare omnem hanc regionem, luſtrare fines, ſcrutari omnia diligenter, aſcendere etiam in ſuperum orbem, circumire terras, perveſtigare quodcumque periculum perferre poſſet, nihil omnino incauti & inexplorati relinquere: quæ cum multis in locis, tum maxime ea ſolet efficere in terris Siciliæ, quæ magis etiam cum terrent, propter magnas reluctationes Typhoei gigantis, quibus totam conquaſſat illam patriam. Nam poſtquam ipſe auſus fuit bella inferre coelo, injecere ſuperi ejus corpori Trinacriam, ſub qua ab omnibus undique montibus preſſus & gravatus, conatur ſaepe ſe attollere, impoſitaque ſibi rejicere: proindeque magnos concitat motus, ac tantos quidem, ut haec loca noſtra concutiat graviter & tremefaciat. Cogita nunc quam laeta & optanda ſit ſors hujus inferni tyranni, cujus tot dividitur animus curis, tot propellitur tumultuationibus: quem tot oporteat praecavere pericula, tot diſpenſare miniſteria, omnia percenſere, omnia corrigere, omnia vel ipſum gubernare, vel aliis gubernanda committere. Attende, rogo, & vel ex uno collige ejus felicitatem. Nam ſi me deficere contingeret huic navicularío miniſterio, quod ita neceſſarium eſt, ut vides, neceſſe eſſet eum vices meas ſubire: ne alioquin deficiente portitore, regno ſuo male ſuccederet. PAL. Hoc profecto non modo verum eſſe video, ſed manibus etiam ipſis (ut ajunt) tango. Nam ea nocte qua alias ſomno gravatus e puppi in mare excuſſus fui, id continuo ſenſit Æneas meus, qui errantem ſine magiſtro navem intelligens, gubernavit eam tota ipſa nocte, non indignatus quod, quæ ſceptrum geſtare ſolebant, remum etiam manus attrectarent. CHAR. De magno ejus germano nihil loquor: non me latet quantos & ille labores ac curas ſuſtinet: ſed id praecipue ſcio, quum temeritate Phaëthontis totus pene orbis conflagraſſet, quantum tunc regno ſuo timuit, quantum tota coeli moenia circuit, & ne quid labefactatum viribus ignis corrueret, exploravit. Praetereo tertium fratrem, moderatorem undarum, cujus plurimæ etiam ac maximæ curæ non facile explicari poſſent, ſed praeſertim quæ ſub illa quoque Phaëtonthea conflagratione ad ſummum pene usque exitium cum toto regno ſuo eum affecerunt. PAL. De hoc poſſum, quod oculis meis vidi, afferre teſtimonium. Vidi equidem tempore illius, quam ſupra retuli, horrendæ apud Siciliam tempeſtatis, commotum graviter Neptunum & ex alto proſpicientem vocaſſe ad ſe Eurum & Zephyrum, & increpatis acriter eis pro tanta ſuſcitata tempeſtate, placaſſe ocyus omnia, atque tranquilla reddidiſſe. Quod argumentum praeſtat mihi evidens plurimarum, ut inquis, ac maximarum, quod omnia in latiſſimo imperio ſuo paria ſint, curarum ſuarum. CHAR. Dic oro, Palinure, putasne jam beatam eſſe tyrannorum vitam? PAL. Minime. CHAR. Optaresne vivens eorum ſortem? PAL. Ut quid optarem, in quo nihil omnino optandum eſſe manifeſte intelligo? CHAR. Ergo certo eos arbitraris miſeros? PAL. Non miſeros modo, ſed omnium etiam miſerrimos. CHAR. Mirum quod modo eos tanta frui beatitudine praedicabas. PAL. Quid mirum, ſi caecus laudet te-

tenebras, quas postea luci restitutus damnet? CHAR. Vis ut & alia eorum mala tibi referam. PAL. Restant item alia? CHAR. Et alia, & graviora. PAL. Quid audio graviora? Haud unquam istud credam, posse his quæ modo dixisti, gravius aliquid addi. CHAR. Credes quum audieris. PAL. Dic ergo. CHAR. Vides ut appropinquamus jam ripæ. non possum longiora tecum jam facere verba. PAL. Rogo te, mi Charon, ne fallas avidissimam expectationem meam. CHAR. An caeterarum umbrarum quas in littore reliqui, avidissimam etiam expectationem vis ut fallam? PAL. Non diu moraberis, perge ô mi Charon. CHAR. Imo diutius quam soleo, demoratus sum: sed lentus etiam navigavi propter te, cujus confabulatione delectabar. PAL. Age ergo, ut facis, lentiorem protrahe navigationem, ut quæ reliqua sunt dicenda, prosequi possis. CHAR. Ea tandem tanta est tibi audiendi cupiditas? PAL. Tanta. CHAR. Morem tibi geram: qua in re illud te scire velim, quod plurimum miseram reddit mortalium vitam instabilitas scilicet, & ruina rerum. Nam certum nihil & permanens in vita quisquam sibi polliceri queat. Quomodo is beatus censebitur, cujus summam quantumvis & plenam beatitudinem minima omnis disturbatio violare & auferre potest? Sane quum omnia apud mortales infirma atque mutabilia sint, nulla tamen infirmior fors est atque mutabilior, quam tyrannorum, quorum etiam quo major sit exaltatio & sublimata magis status altitudo, major est proinde, quum mutari eos contingit, casus & ruina. Inde tantæ tyrannorum proditiones, eversiones, trucidationes, ut nemo eorum fere unquam evaserit, qui non vel regno depulsus, vel veneno necatus, vel cruenta aliqua & pessima morte caesus vel peremptus sit. Quis talem eorum vitam optarit, quæ pro modici temporis felicitate (si tamen illa felicitas appellanda sit) tam tristi postea tamque amaro fine consumatur? Horret animus dicere. Nam ne credas iis tantum mortales subjectos malis esse, sensimus & horum magnam partem aliquando nos inferi, licet tam valida nobis & munita sit civitas, tam firma & praepotens, atque omnibus undique praesidiis circumsepta. Non possum sine dolore meminisse illius diei, qua Hercules heros ille fortissimus haec regna penetravit: perfregit fores, invasit regem, exterruit reginam, quam & ante socii ejus rapere adorti erant, abstraxit Cerberum, vinctumque eum catenatum magna vi in orbem duxit, concussit loca omnia, trepidare omnes umbras atque ipsos judices fecit: me quoque non modicum laesit, quem erepta cymba conto hoc meo percussit, impulsumque graviter in mediam paludem exturbavit. Timui equidem tunc desolatum iri barathrum totum. Credidi tunc supremum Plutoni finem advenisse regni sui: neque minus illum cum conjuge in praedam duci ad superos, quam tartareum canem: sed paulo humanius cum eo actum est, quam opinabar. Nam tandem sibi ac regno suo bene consultum est: neque tamen ita consultum est, quin tricipite custode suo, qui tam perneceſſarius erat, spoliaretur. Quod si opinionem meam, quæ communis erat, fata coaequassent: tunc cernere fuisset, utrum beatior vel meus, vel Plutonis tanti regis status esset. Ego quidem nihil ambigo, privatus fuissem hac navicula. hoc enim habeo tantum quod adimi possit. privatus etiam fuissem rege meo: sed quotquot alios voluissem reges, procul dubio inveniſſem, qui ministerio meo indigentes, servitium meum perlibenter sibi delegissent: & fortasse hoc lucri feciſſem, quod pro vetusto & attrito, qualem hunc intueris, novum mihi & magis solidum lembum acquisissem. At Pluto quantas opes, quantos honores, quantum regnum amisisset: quantam in egestatem, quantam in calamitatem decidisset? Qui neque par aliud regnum, uti parem ego vel meliorem navim: neque parem alium famulum, uti parem ego vel meliorem dominum, inveniſſet. Excedo jam modum dicendi: sed si tempus sineret, narrarem, & quibus olim curis vexatus, quantoque timore perculsus propter bella Gigantum fuit summus Olympi rector: cujus narratio majorem etiam augeret eorum, quæ supra dixi, malorum confirmationem. PAL. Haud opus est exemplis mihi. Nam nemo mor-

mortalium fuit qui majora quam ego unquam viderit eorum malorum exempla. Quid enim extitit his temporibus Trojano rege majus? Quid opibus suis cumulatius? Quid operibus munitius & pulchrius? Et quid demum exitu tantorum bonorum tristius? Quid crudelius? Quid flebilius? Vidit infelix pater tam arduum & longum bellum, tot cruentas mortes natorum suorum. Vidit eversam funditus & incensam urbem. Vidit latrantem conjugem, captivas nurus & filias, populationem tantarum divitiarum: ipse quoque, quod ultimum restabat illi senectutis suæ solatium, Pyrrhi ense confossus, & crudelissima morte consumptus est. CHAR. Quis melius me haec novit, qui cunctos hac scapha transvexi? A quibus & omnem calamitatem suam seriatim perdidici. Notus est abunde mihi Priamus, cujus cognito acerbo casu non potui non dolere: notus est Troilus: noti Hector & Deiphobus: nota est caetera tot filiorum ac nepotum turba: noti innumerabiles qui illo bello perierunt Trojani pariter & Graji duces. Nota est infinita quæ tunc occidit populorum manus. Nullo memini tempore longiorem interfectorum multitudinem huc descendisse, quam illo: quo ita lassatus fui, ut præ multitudine omnibus transvehendis minime haec cymba sufficeret plane. Quid opus est tibi monitore ad aperiendas eorum miserias, quas tu subjectas oculis tuis habuisti? Quod si pro angustia temporis liceret (jam enim video propius nos applicare ripæ) narrarem & millia aliorum tyrannorum, ex quibus crescceret etiam magis tibi opinio eorum calamitatis. Nam illud possum, quod certo scio, tibi verum confirmare, nullum fere me vidisse unquam tyrannorum huc descendentium (descendunt porro omnes) qui non vel alicujus veneni infectionem vel magnas ulcerum cicatrices, & sanguinolentæ alicujus mortis horrida signa præ se ferret. Ita mirum est videre tot ac tantos necatos, confossos, cruentatos, trucidatos. PAL. Quis nunc se tantis in malis tyrannum unquam esse optabit? Quis imperia assequi quaeret, quæ jam certius certo cognosco magis fugienda esse, quam Meduſaeum caput? CHAR. Audisti quibus apud superos tyranni malis torquentur: sed si intelligeres quæ hic apud inferos graviora etiam illis parantur, perhorrescceres & longe magis eorum sortem. PAL. Ergo & alia hic tyrannis parantur? CHAR. Credis, Palinure, scelera quæ patrant mortales, hic aliquando impunita esse? PAL. Hoc modo animadvertebam. CHAR. Animadvertendum est igitur tibi, quodcumque in vita peccatur, pari demum post mortem & respondente peccatis poena puniri. Nam ut capias quod dico: si tu, Palinure, artem tuam navicularíam vivens male exercueris, si in dominum tuum mali quicquam vel cogitaveris, vel commiseris, si inaudiens dicto suo extiteris: invenies hic tibi praeparatas his, quæ deliqueris, similes poenas. PAL. Nihil profecto, Charon, scio quod male egerim, vel in dominum meum peccaverim, nisi somnolentam illam dormitationem meam, qua negligentius certe quam debebam, me gessi. Nam magno in periculo navim simul & dominum, quem vehebat, meum reliqui, nisi vigilantior ipse & cautior melius sibi consuluisset: sed poenarum satis tum ob hoc crassum peccatum meum etiam in vita recepi. CHAR. Recipies etiam in morte. Ibis enim quum è navi te dimisero, ad severos judices nostros, qui examinant & censent delicta omnium. Ducent quoque te in examinationem, scrutabunturque crimina tua. Videor vero videre quali te judicabunt poenæ subjiciendum. PAL. Quali? CHAR. Parem peccato tuo tibi poenam statuent. Nam quum somno peccaveris, aeterno etiam te somno damnabunt. PAL. Dormiam ergo in aeternum? CHAR. Ita puto: nisi gravius sit aliud peccatum tibi. PAL. Sic mites habeam judices, ut non sit gravius aliud mihi. CHAR. Nullam ergo nisi somni poenam patieris. PAL. Non haec gravis poena mihi videtur. CHAR. Neque asinis etiam & bobus: at magnis & excellenti aliqua virtute praeditis viris gravissima existimatur. PAL. Quis vero, dic, poenas perferent tyranni? CHAR. Audis tot clamantes & lamentantes voces? Tot horrificos planctus? Tantum stridorem ferri? Tot tractus catenarum?

rum? PAL. Delectabat me adeo sermocinatio tua, ut his minime animum intenderem. Sed quid audio tam triste atque horrendum, quod præ horrore poenæ aures meæ sustinere non possunt? CHAR. Sunt haec quæ audis, tormenta tyrannorum. Nam quum illi in vita carcere quemquam incluserint, spoliaverint, flagellaverint, trucidaverint, in summum luctum, in summam egestatem & calamitatem deduxerint, damnati sunt etiam ab incorruptis judicibus ad perferendas pares poenas. Ideo teterrimis quoque carceribus inclusi, spoliati, flagellati, rotati, caesi membratim, ac mille atrocissimis mortibus cruentati, tantos edunt, quantos audis, gemitus, tantum luctum, tot ac tantos reboatus, clamores atque ejulatus. PAL. Dic etiam mihi, Charon, an his poenis plectuntur, qui magni atque primarii tyrannis assistunt? CHAR. Prorsus iisdem: nam suasu & consilio eorum maxime committunt tyranni scelera sua. PAL. An & in vita illi beati? CHAR. Non secus ac tyranni quibus assistunt: nam iisdem quoque malis subjecti sunt. eadem enim sunt in eos populorum odia, majora etiam inter se, eaedem curæ, eadem pericula: & quod miserabilius est, dejiciuntur saepe a tyrannis suis, & vel carcere vel morte aliquando pessima afficiuntur. PAL. Tanta est ergo, tamque generalis omnium calamitas. Ullam vero prorsus esse putas hominum sortem, quæ beata duci possit? CHAR. Imo beatos aliquos non nego fuisse mortales, sed perraros tamen. PAL. Quos perraros? CHAR. Qui amore virtutis & literarum contempserunt caetera mundi bona: qui se innocuos, puros, castos, integros, incorruptos conservantes, extulerunt animum altius ad gustandam divinam excellentiam, humana quasi sordida & abjecta relinquentes. Nam virtus per se tam dulcis tamque jucunda res est, ut incredibiles amatoribus suis afferat voluptates. Tam nobilis & praestans est ejus possessio, ut summa quadam ubertate ditet possessores suos. Quam qui vere est assequutus, nihil praeter literarum studia dulce, nihil praeter dei cognitionem habet amabile. Quæ tantum praedulcia sibi bona stabilia, perpetua, incorrupta praeeligit, custodit, amplectitur. Reliqua vero mundi, supremo tandem gustu amara, infirma, momentanea, corruptibiliora fuco, mendaciora hilo, inaniora hila, jejuniora papis volantibus, fugit, contemnit, abjicit, conculcat: contentusque se ipso, ac honestissimis suavissimisque studiis suis totum nihili mundum ducit, ruentem etiam non formidat. In his recreatur, refocillatur, laetam & jucundam agit vitam, ridet tantas hominum, tamque stultas, & ultro sibi quaesitas anxietates, tot ineptias, tot cassos labores, tot inanes curas. Nemini nocet, nemini molestus est. Laudant eum omnes, praedicant, admirantur, benevolentia complectuntur, favore prosequuntur. Quam vere hic beatus est, qui conscientiæ suæ innocentia & integritate fruitur! Quod primum est dulcius omnibus, bonus securusque sui, nullo timore angitur, nulla angustia torquetur, non timet largas (quibus caret, quasque nihili facit) divitias sibi a potentioribus eripi. Non timet a quocunque se laedi, qui nec quenquam se laesisse certo intelligat. Quam vere hic felix est, qui tot tantisque semotus curis & periculis, tantarum vacuus perturbationum, sibi semper aliisque jucundus, laetetur semper, & omnibus quotquot sunt mundi honestis, & his etiam quæ coelibum communes sunt, perfruatur voluptatibus: qui humanioribus sanctioribusque deditus studiis, contemnat omnia, contemnensque omnia possideat. Nam is possidere omnia videtur, non qui omnibus abundet, sed cui nihil deficiat. Porro illi nihil deficit, qui nihil concupiscit. Concupiscens autem nihil, contemnit omnia: contemnensque ita id assequitur quod desiderat. Desiderio vero suo frui, ea demum vera & sola beatitudo, beatorumque omnium plenitudo est. PAL. Hi ergo cum nihil mali egerint, poenarum etiam nihil patiuntur. CHAR. Nihil prorsus, imo propter transactam bene vitam, meritum magnum assequuntur. PAL. Quod? CHAR. Vel coeli fiunt incolæ, communicantque aeternum illis coelestibus bonis: vel si huc descendunt, mittuntur in Elysium: qui locus est quietis

ac deliciarum, ubi ſedes fortunatæ, campi aperti, laeti, omnium omnino poenarum expertes. PAL. O ſi mihi ad mortales redire aliquando contingeret, inclamarem quam magna poſſem voce, admonerem de ſuo quemque officio & dignitate, accuſarem tantam laborum fruſtrationem, tantam curarum vanitatem, tot corruptas opiniones, perverſaque judicia: ſed quam maxime increparem, qui vel magiſtratu quopiam magno vel imperio caeteros antecedunt: oſtenderem tanta, quæ antea ignorabam, ſed te docente nunc intelligo, mala eorum, graviſſima, dictu horribilia: revocarem omnes a vitiis, ab inferendis injuriis, ad meliorem victum, a ſuperfluis agendarum rerum cura: incenderem deſiderio virtutis: laudarem innocentiam, praedicarem frugalitatem, exhortarer cunctos ad bene, graviter, caſtigateque vivendum, ad ſe cognoſcendum, ad contemnendum tot caduca, & ſomni cujusdam vel umbræ magis ſimilia mundi bona: invitarem ad honeſtas artes, ad ingenuas exercitationes, ad ſtudia literarum, ad ſpem ac contemplationem divinæ bonitatis. CHAR. Et recte ſane: ſed vides nos ripam attigiſſe: egredere jam. PAL. Et jam egreſſus ſum. Ad judices eo. Placidam opto tibi ſemper navigationem. Salve, ô Charon, & vale. CHAR. Et ego ad reliquas umbras redeo. Placidos opto tibi ſemper judices. Salve, Palinure, & vale.

VIRTUS DEA.

MERCURIUS, VIRTUS.

MERC. VIrtus Dea per epiſtolas oravit modo, ut ad ſe irem. Eo ut perconter quidnam me velit, illico ad Jovem redibo. VIRT. Salve, Mercuri: ago tibi gratias, quandoquidem tua in me pietas atque benignitas efficit, ut non penitus deſpecta ab omni coetu Deorum ſim. MERC. Expecto quid narres: tu modo perbreves narrationes facito: nam edixit, ut confeſtim ad ſe redirem, Jupiter. VIRT. Etiamne tecum nobis non licebit noſtras aerumnas exponere? Quos igitur habebo ultores injuriarum, ſi non modo apud ipſum maximum Jovem, verum & apud te, quem ſemper in fratris locum habui, colui, obſervavi, condolendi facultas negatur? O me miſeram, ad quos confugiam? Unde auxilium petam? Me quidem, cum ita deſpiciar, malo eſſe truncum aliquem, quam Deam. MERC. Tandem effare, dum praebeo operam. VIRT. Viden' quam ſim nuda & foeda? Hoc ita ut ſim, efficit Fortunæ Deæ impietas atque injuria. At eram ſane ornata apud Elyſios campos inter veteres illos amicos, Platonem ſcilicet, Socratem, Demoſthenem, Ciceronem, Archimedem, Polycratem, Praxitelem, & ejusmodi viros doctos, qui me, dum vitam agebant, piiſſime atque religioſiſſime coluere. Interea loci cum jam non pauci ſalutatum ad nos advolaſſent, è veſtigio Fortuna Dea inſolens, audax, temulenta, procax, maxima armatorum turba conſepta atque ſtipata, *properans* ad nos, jactabunda, En, inquit, *plebeja*, tune majoribus Diis adventantibus *non* ultro cedis? Dolui injuriam *nobis immeritis* eo pacto fieri: ac nonnihil ira *concitata*, inquam, Neque tu maxima *Dea* his verbis me plebejam efficies: neque *ſi* majoribus cedendum eſt, tibi turpiter cedendum cenſeo. Illa vero illico in convitium ſeſe effert adverſum me. Praetereo hic, quas contumelias in me primum dum haec inter nos geruntur, effuderit: idcirco Plato philoſophus coepit contra eam nonnulla de Deorum officiis diſputare. Illa excandeſcens, Apagite hinc verboſi,

bosi', inquit. Non enim decet servos Deorum causſam ſuſcipere. Coeperat & Cicero orator plura velle ſuadere, at ex turba armatorum erupit, Mercuri, Antonius praepotens, latera illa ſua gladiatoria oſtendens, graviſſimumque pugnum in os Ciceronis injecit: hinc caeteri mei amici perculſi metu, fuga ſibi propere conſuluere: neque enim Polycletus peniculo, aut Phidias ſcalpro, aut Archimedes horoſcopo, aut caeteri inermes adverſus audaciſſimos armatos, eosque praedis atque homicidiis ſuetos, bello ad ſeſe tuendos valebant. Ergo me infeliciſſimam, ab ipſis Diis omnibus qui tum aderant, atque hominibus, deſertam, pugnis ac calcibus totam confregere, veſtes meas diripuere, in lutum proſtratam reliquere, demum abiere ovantes. Ego vero ita confecta, cum primum licuit, conſcendi huc, ut Jovem Opt. Max. his de rebus facerem certiorem. Jam quidem mihi ut intromittar expectanti, menſis elapſus eſt: dumque id ut impetrem, omnes Deos exeuntes atque redeuntes precor, novas ſemper aliquas excuſationes audio. Aut enim Deos ajunt vacare ut in tempore cucurbitae floreſcant, aut curare ut papilionibus alae perpulchre pictae adſint. Quid? Igiturne vero aliquid ſemper habebunt negotii, quo nos excluſas teneant ac floccipendant? Tum etiam & villicus ſuſcepit curam dudum, ne cucurbitae ſiti pereant: nos tamen neque Diis neque hominibus cordi ſumus. Has ob res te iterum atque iterum precor obteſtorque, Mercuri, qui ſemper apud Deos ipſos interpres extitiſti, ut causſam hanc meam juſtiſſimam atque piiſſimam ſuſcipias. Ad te confugio, te ſupplex oro. In te omnis mea ſita eſt ſpes atque expectatio. Da quaeſo operam, ne dum a vobis excludor, ipſis quoque mortalibus ſim ludibrio. Nam erit quidem dedecus Deorum ordini, ubi homunculi me tametſi infirmam Deam floccipendant. MERC. Audivi, doleo: verum pro vetere noſtra amicitia unum admoneo, duram nimis atque difficilem causſam te adverſus Fortunam ſuscepiſſe. Nam & Jupiter ipſe, ut caeteros omittam Deos, cum ſe ob accepta beneficia nimium Fortunae debere ſentiat, illius vires atque potentiam veretur. Ea enim ad coelum Diis aſcenſum praeſtitit: atque ubi velit, valens ſua armatorum manu ejiciet. Qua de re, ſi ſapis, inter plebejos Deos ignota, quo ad Fortunae odium extinctum ſit, latebis. VIRT. Aeternum latitandum eſt. Ego & nuda & deſpecta abeo.

IO. MATTHIAE GESNERI
DE AETATE ET AUCTORE
DIALOGI LUCIANEI
QUI
PHILOPATRIS
INSCRIBITUR, DISPUTATIO.

(Habita *Jenae* A. 1714. retractata & aucta publiceque disputata *Lipsiae* 1730. retractata iterum & castigata *Gottingae* 1741.)

ARGUMENTUM.

De auctore Philopatridis tres classes sententiarum §. 1. 2. I.) *Qui Luciano tribuunt* 3. 4. II.) *Qui antiquiorem Luciano faciunt* 5. *Examinatur haec posterior sententia* 6. *In primis repugnat laudatus Artemidorus* 9. *Et similitudo sermonis cum sermone Luciani. Obiter de Baraterio dictum* 10. II.) *Luciani non esse hunc libellum, ostenditur testimonio antiquae annotationis* 12. *Quia unius tantum Imperatoris in Persica victoria mentio fit* 13. *Respondetur Ge. Bullo* 14. *& Dodwello* 15. *Major est in Philopatride rerum Christianarum notitia, quam quae in Luciano observatur* 16. *Obiter quaedam ad Peregrinum disputantur contra T. Fabrum* 18. 19. *Comparantur notitiae Luciani & auctoris Philopatridis* 20. *An χρηστοὶ sint Christiani? contra Huetium* 21. *Stilus Philopatridis Luciano indignus* 22-26. III.) *Ergo junior Luciano, quod putabat etiam Lacrosius* 26. *Et Moylius* 27. *Scriptus videtur Byzantii, cum ea jam esset Constantinopolis* 28. *Argumento de templorum antiquitate non utimur* 29. *Post Constantinum M. scriptum esse indicant ἐξισωτεί, & voces quaedam illius aevi propriae* 30. *Scriptus videtur ad primum nuncium victoriae Juliani Persicae* 31. *Christiano Imperatori tali libello gratulari non licuisset* 32. *Res gestae Juliani satis magnae* 33. *Et auctae in immensum a laudatoribus* 34. *De Aegypto in servitutem redigenda, Arabibus ac Scythis* 35. *Christiani infensi Juliano. De his agi, contra Basnagium* 36. *Male ominatos Juliano ostenditur* 37. *Status felix imperii Juliano imperante* 38. *Galilaeorum appellatio Juliani temporibus propria* 39. 40. *Licebat apud Julianum etiam Deos gentilium irridere* 41. *Quî in Luciani nomen pervenerit?* 42. 43.

I.

QUo tempore, quove scriptus auctore esset Dialogus, qui Philopatridis nomine, inter Luciani libellos a librariis collocari solet, diu multumque a doctissimis hominibus disputatum est. Me ad quaerendum excitavit illud, quod passim ad hunc libellum in disputationibus de antiquitate fidei Nicaenae, aliisque rebus provocari viderem. Operae itaque pretium esse putabam etiam paullo exquisitioris, si constitui posset aliquid, quod vel usque quaque certum esset, vel eum probabilitatis gradum haberet, quo in tali re acquiescendum sibi viri sapientes putant.

II. Ad

II. Ad tria quasi capita referri possunt, quae adhuc prolatae sunt sententiae. Sunt enim, qui Luciano auctori tribuendum putent; malunt alii antiquiorem Samosatensi credere, quin ad Neronis usque tempora retro ascendentes parentem deformi foetui quaerunt; alii denique juniorem Luciano, quin ipso tertio post C. N. seculo inferiorem ut statuant, adduci se patiuntur. Nos in re non nimis facili ita versabimur, ut primo sententias aliorum proponamus, quam fieri poterit perspicue, adjectis simul caussis, quas vel allegant ipsi, vel quae videntur illos, ut ita sentirent, induxisse; tum quae contra hos ab aliis disputentur, vel dici nostra opinione possint, sine cujusquam insectatione modeste indicemus; denique ut nostram de tota re sententiam & exponamus breviter, & argumentis pro virili parte adstruamus.

III. Igitur qui Luciano tribuunt scelerati partus exclusionem, ab illis ne exigendam quidem esse probationem, videri alicui queat: cum, quod inter reliquas ejus viri commentationes compareat, ex eo ipso satis constet, nisi sit, qui meliori jure eum sibi vindicet, illius esse, cujus per tot annos fuit possessio. Plurima enim esse plurimorum auctorum scripta, quae eorum, quibus tribuantur, esse, nullo alio argumento probentur, quam quod inter reliqua ipsorum scripta referantur. Atque haec cum ita sint, accedere, quod argumentum tale hujus Dialogi sit, quod a dicacitate Luciani & omnia insectandi libidine non abhorreat. Olim enim effeciisse Samosatensem illum scurram, ut, si quid in re gravi ridiculum, in seria ludicrum, in honesta denique contumeliose dictum appareat, id haud male, nec levi conjectura ad ipsum auctorem referatur. Neque Christianis peperciisse, sed in ipsos etiam maledicum strinxisse calamum, vel Protea, seu de morte Peregrini dialogum luculenter admodum testari. Maximam autem omnium fidem huic sententiae facit mira phrasium, sententiarum, earum etiam, quas ex Homero solet depromere, totius denique oeconomiae, quam vocant, & dispositionis convenientia: quae quidem tanta est, ut vix phrasis vel sententia in toto hoc dialogo occurrat, quae non semel, aut saepius etiam in reliquis, quae Luciano nemo abjudicat, deprehendatur; oeconomia autem seu dispositio, dialogi ei, quam in Nigrino ille adhibuit, magis similis sit, quam ovum ovo est simile, de qua quidem convenientia infra adhuc erit dicendi locus.

IV. Jam victoria illa de Persis, cujus sub finem dialogi epinicion quasi quoddam a superveniente Cleolao canitur, nihil vetare dicit celeberrimus FABRICIUS (*a*), quare non sit eadem, de qua Marcus Antoninus & Lucius Verus triumpharunt A. C. 166. Vir doctissimus DAVID BLONDELLUS (*b*), quem laudat FABRICIUS, *Anno Marci quarto*, inquit, *Christi 164. Macrino & Celso Coss. Seleucia cum trecentis hominum millibus, & Ctesiphontis regia Veri nomine per Cassium excisa, prisco vere Persarum supercilio nubem ademit Verus, cui spe falsus inani Susae & Arabiae excidium Scythicarumque excursionum cessationem (in bellum Marcomannicum, dum Parthicum geritur, natum, intentus) spondet Cleolaus. Nihil itaque nos cogit, quae Luciano vivente & spectante confecta sunt, ad alium auctorem referre.* GEORGIUS vero BULLUS (*c*), laudante iterum FABRICIO, praeter victoriam de Persis, Marco Antonino imperante reportatam, quam celebrat Cleolaus, illud insuper monet, quae de malorum praedictionibus dicantur in Philopatride, illa apprime etiam in Divi Marci tempora convenire. Huc enim pertinere, quae SEXTUS AURELIUS VICTOR habet in epitome: *Marcus Antoninus virtutum omnium caelestisque ingenii exstitit, aerumnisque publicis quasi defensor objectus est. Etenim nisi ad illa tempora natus esset, profecto quasi uno lapsu ruissent omnia status Romani. Quippe ab armis nusquam quies erat: perque omnem Orientem, Illyricum, Italiam, Galliamque bella fervebant: terrae motus non sine interitu civitatum, inunda-*

(*a*) Bibl. Gr. L. 4, 16. p. 504.
(*b*) De Episcopis & Presbyteris p. 227.
(*c*) Defens. Fidei Nic. 2, 4, 2. p. 73. seq. ed. Grabii.

dationes fluminum, lues crebrae, locuſtarum ſpecies agris infeſtae, prorſus ut prope nihil, quo ſummis angoribus atteri mortales ſolent, dici ſeu cogitari queat, quod non illo imperante ſaevierit. Nempe haec eſſe illa mala, a ſophiſtis, ut auctor appellat Chriſtianos, praedicta.

V. Qui antiquiorem faciunt Luciano, in diverſa abeunt. Eſt enim qui ita putet Luciano majorem Philopatridos parentem, ut ipſum Neronem aetate credat attigiſſe. Nimirum THEODORUS MARCILIUS, *Saperdae autem prorſus illi ſunt*, inquit, *qui propter ea quae in extremo dialogo iſto de Babyloniis, Aegyptiis, Perſis, Scythis verba fiunt, hujusce diſtortiſſimi foetus parentem ad tempora Imperatoris Trajani referunt, cum ea magis in Neronis aut etiam Claudii pertinere poſſe, quivis facile lolio non victitans perviderit. Plane quidem, quiqui tam belli pueri pater eſt, Neronis Principatu eum ſuſcepit.* Micyllum videtur notare, qui Trajano imperante ſcriptum eſſe Philopatrin putabat. Sed ipſius verba ponere ex argumento dialogi ab ipſo quondam converſi, commodiſſimum fuerit. „ Lucianine ſit Dialogus „ hic, an alterius cujuspiam, dubitari poteſt. Nam quod ad argumentum attinet, non „ abhorret ab illius ingenio & dicacitate. Pariter enim & gentilium Deos, & Chriſtianam „ religionem, ut ſaepe alias, inceſſere videtur. Phraſis autem, & tota adeo compoſitio „ caeteris illius ſcriptis haudquaquam ſimilis eſt. Nam quorſum pertinet excurſus iſte, re„ liquo prope toto corpore longior? Aut quid adeo grande aut affectuoſum ſequitur, quod „ Tragico iſti exordio reſpondeat? Sed de his doctiores judicent. Caeterum cujuscumque „ ſcriptum hoc fuit, videtur is Trajano Caeſari ob victoriam in Oriente partam potiſſi„ mum gratulari voluiſſe, contra eos qui per id tempus ſive ipſi urbi, ſive alteri alicui lo„ co, (nam patriam (a) ſolum vocat) pericula & clades praeſagiebant: quos ipſe a princi„ pio Sophiſtas appellat: ad finem tamen ita deſcribit, ut propemodum Chriſtianos intel„ ligere videatur. Eo enim pertinet, quod in fine de Perſico ſupercilio, de Suſis, de to„ ta Arabum regione meminit. Omnia enim illa a Trajano devicta in pop. Romani po„ teſtatem illis tum temporibus rediere, ut apud Dionem & Eutropium, & caeteros, qui „ ejus aetatis hiſtoriam ſcripſerunt, videre eſt". Habet haec Micylli ſententia praeſidium quoddam in verbis dialogi c. 10. *Ἤνικα δέ μοι Γαλιλαῖος ἐντύχοι, ἀνυφαλαντίας, ἐπίῤῥινος, ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας, καὶ τὰ κάλλιστα ἐκμεμαθηκὼς, ὃ ἰδιώτης ἡμᾶς ἀνεπείσευ, κ. τ. λ.* His veriſimile Paullum Divum ſignificari, cujus proinde auditor Triephon: jam vero inter magiſtri mortem, atque hunc ſermonem diſcipuli plus XL. annis ad ſummum intercedere non potuiſſe credibile eſt, niſi decrepitum ſenem Triephontem, cum haec loqueretur, fuiſſe, dicere velis.

VI. Verum enim vero quo antiquiorem aliquis hunc dialogum ſtatuit, eo magis falli neceſſe eſt. Quid enim? Ut hinc incipiamus, Triephontis magiſter laudatur *Γαλιλαῖος, ἀνυφαλαντίας, ἐπίῤῥινος, ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας*; Divus igitur Paullus intelligendus neceſſario eſt? Quid vetat, quemvis alium hac deſcriptione ſignari, recalvaſtrum, naſonem, myſteriorum cognitionem de ſe, ex vero forte, praedicantem, quam comica phraſi, ad raptum illum Apoſtoli nefarie accommodata, noſter *περιφράζει*. Quid vetat, ſi concedamus etiam, corporis & oris habitum, qualis hic deſcribitur, Paullo fuiſſe, (quod vix tamen probari poſſe puto) imaginem ſummi Doctoris a ſcurra viſam eſſe, eumque deinceps, ut protervius Chriſtianos inſectaretur, hoc ſchemate magiſtrum ſuum deridendum aliis propinaſſe? DAVID BLONDELLUS, quem paullo ante laudavimus, contra eos, *quibus Galilaei, recalvaſtri, naſonis, ad tertium usque caelum rapti, diſcipulum profeſſus Triepho, Paullum innuere videtur*, ita diſputat: *His argumentis*, (quae nimirum allata jam jam a nobis ſunt) *perſuaderi me non poſſe fateor, (ut credam, Philopatrin ante Luciani aetatem ſcriptum.) Ut enim nullum Luciani aetate Paulli auditorem ſuperfuiſſe largior lubens; nec Paullum Tarſi natum Galilaeum dici*

(a) Quin urbis *κατ' ἐξοχὴν* mentio fieri videtur c. 19.

dici debuisse constat : utrumque ad majus Christianarum rerum ludibrium a Luciano effictum, non est quod negemus. Nec difficile fuit Vener. MOSHEMIO (*a*) refellere ARTEMONIUM, id est SAM. CRELLIUM, qui ipsi Christo adscribi raptum in caelum, sententiis Socinianis inserviens nimirum, putabat.

VII. Neronis Principatu non esse scriptum Philopatrin, non equidem probabo ex RUFI FESTI loco, qui *Armenias duas tunc amissas, Romanasque legiones sub jugum a Persis missas, extremo dedecore Romani exercitus sacramenta* ait *foedasse* : Plura siquidem feliciter, ductu Corbulonis, Neronis auspiciis in Armenia contra Parthos gesta, eademque magnifice celebrata, refert TACITUS (*b*) : quin neque post cladem ignominiamque, Paeti negligentia acceptam, *decreta a Senatu, integro adhuc bello, tropaea, dum aspectui consulitur, spreta conscientia, omissa sunt*, ut idem TACITUS (*c*) auctor est. Quidni igitur & vani cujusdam Graeculi Paeana ante victoriam, quin post cladem acceptam, canentis, gratulationem Nero acceperit ? Firmiora proinde argumenta deinceps erunt adferenda. *Nec vero Trajano convenit*, verba recito DAVIDIS BLONDELLI l. c. *quod sub dialogi finem oraculum recitat Cleolaus : πέπτωκεν ὀφρὺς ἡ πάλαι βασιλεύη Περσῶν, κ. τ. λ. Nam nec Susam nec Arabiam totam debellavit, nec quos ex Arabibus subegit, post devictos Persas domuit Trajanus, immo inter bellū Parthici initia anno imperii quarto Christi CI. Trajano quartum & Paeto coss. per Syriae praesidem Palmam, Petraeam Arabiam sub jugum misit ; eodemque anno, perenne Decebalo, Dacicum bellum consummavit. Anno vero imperii nono, Christi CVI. Commodo & Cereale Coss. Seleuciam, Babylonem & Ctesiphontem cepit.*

VIII. Sed, ne quid dissimulem, tota illa disputatio nec mihi, nec credo multis aliis, ex omni parte probatur. Prior ipsius ratio est, quod nec Susa nec Arabiam totam debellaverit Trajanus. Sed debellavitne eam Marcus, cui ipse epinicio illo gratulatum fuisse Lucianum putat ? Fatetur non debellasse. At paratum est *καταφύγειν*. SPE FALSUS *inani*, inquit, *Susae & Arabiae excidium, Scythicarumque excursionum cessationem, spondet Cleolaus.* Iniquus autem est BLONDELLUS, si quo ipse effugio utitur, illud eripere velit parti adversae. Ut lubentius concedat, movere eum debet ratio altera, qua adversam sententiam oppugnare sibi videtur, tantum abest, ut ea rem, quam vult, conficiat. Putat enim, quia jam ante Persas, Arabum quosdam subegerit Trajanus, Cleolaus autem ei, qui jam victor esset Persarum, Arabiae subjugationem tanquam futuram spondeat ; fieri non posse, ut de Trajano ea gratulatio accipiatur. Quid si autem dicamus, ideo enimvero spondere Cleolaum ut ΠΑΣΑ *χθὼν Ἀραβίας*, sub potestatem Trajani redigatur, quod parte ejus jam subacta, facilior de reliquis spes esset. Haec, ut mihi quidem videtur, ita sunt manifesta, ut Blondello ipsi, si viveret, assensum extorquerent.

IX. Haecne igitur, dicat forte aliquis, sunt firmissima illa argumenta, quibus Trajani aevo abjudicatur Philopatris ? Equidem, ut quod res est fatear, his nunquam mihi persuaderi passus essem, ut non a Paulli quodam discipulo transfuga scriptum putarem. Sed bene res habet. Supersest argumentum unum, a nemine, quod sciam, adhibitum, sed omni exceptione, uti arbitror, majus. Narrat nimirum Critias, c. 21. se cum interfuisset deliramentis atque vanis praedictionibus Sophistarum, ita sententiam de illis dixisse : *κατὰ μὲν τὰ Ἀριστάνδρου καὶ* ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ, *οὐ καλῶς ἀποβήσονται ταῦτά γε τὰ ἐνύπνια ἐν ὑμῖν*, & reliqua. Quis non videt ARTEMIDORUM *ὀνειροκριτικὸν* scriptorem significari ? Et ne dubitemus, nec infartum ab interpolatore aliquo Artemidori nomen suspicemur, paullo post interrogat : *οὐ κατὰ Ἀρίστανδρον τὸν Τελμισέα, καὶ* ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΝ *τὸν* ΕΦΕΣΙΟΝ *ἐξήγνευσα τοῖς ὀνείρασιν ;* De ipsa re, si quis forte requirat ARTEMIDORI, hujus ut & ASTRAMPSYCHI, verba in notis po-;

(*a*) Vid. viri magni diss. de raptu Christi in caelum §. IX. seqq.

(*b*) Annal. 13, 7. seq. c. 34. seq. L. 14, 23. seq. L. 15. init.

(*c*) Annal. 15, 18, 1. Ita in Persii 5, 4. ad Corbulonis victorias respici ait *Casaubonus*, quas affectatorie in majus extollerent Poëtae & Historici.

posita sunt. Hic illud tenendum, quod hic ARTEMIDORUS EPHESIUS, (qui tamen Daldianum se dici maluit, ut nobilitaret oppidum unde maternum genus trahebat, obscurius absque hoc futurum) testatur ipse, (*a*) se nosse homines, qui vixerint Antonini Pii temporibus, qui successor fuit Hadriani, ante quem Trajanus imperavit. Hujus vero inter victoriam Persicam & Antonini initia xxx. minimum anni interceserunt. Nemo igitur sub Trajano scriptum Philopatrida potest asserere, nisi qui crediderit, triginta annis ante quam scriptus sit liber, eum posse allegari. Quin, cum nihil aliud colligi queat ex Artemidori verbis, quam notos illi fuisse Athletas, qui interfuerint ludis quinquennalibus illis, quos Antoninus Pius Hadriano, a quo fuerat adoptatus, instituit, (*b*) suspicari licet, post Antonini demum tempora, quin Severi etiam, qui Antonino successor fuit, scripsisse Artemidorum, primum quod ex prooemio apparet, post longissimam cunctationem animum ad scribendum appulisse, h. e. ad edendas observationes longa peregrinatione experientiaque comparatas. Tum quod TERTULLIANUS quem sub Severo Imp. in confiniis seculi II. & III. floruisse satis constat, cum somniorum interpretes enumerat (*c*), nostri nullam facit mentionem: Quae ratiocinatio, si cui aeque ac mihi probabitur, ut paullo dictum laxius accipiet, cum NIC. RIGALTIUS, l. c. atque JO. ALB. FABRICIUS (*d*) Hadriani & Antonini Pii temporibus vixisse Artemidorum perhibent: tum illud etiam colliget, vix esse, ut a Luciano Samosatensi laudatus Artemidorus, adeoque Philopatris scriptus esse potuerit, de quo infra videbimus.

X. Neque vero illud hoc in loco praetermittendum est, summa rerum verborumque cum iis, quae haud dubie Luciani sunt, convenientia, quam, credo, negabit nemo, qui annotationes nostras vel cursim perlustraverit, facile aliquem induci, ut credat, vel ab ipso Luciano, vel ab homine qui eum sibi imitandum proposuerit, esse scriptum. Neque enim magis id casu fieri potuisse existimo, quam, ut ex temeraria formularum typographicarum commissione versus Homeri aliquis, aut Ennii possit existere. Sed pluribus in hac sententia confutanda nos immorari nihil opus esse arbitror, cum quae jam nunc adversus primam illam, quae Lucianum Philopatridis auctorem facit, proferemus, ea magnam partem fortius etiam contra hanc secundam valeant. Neque protulit quidquam doctissimus puer (quo nomine honoris caussa hic utor in eruditissimo quatuordecim annorum homine) BARATERIUS (*e*), quod dimovere nos de sententia debeat. Favebam aetatulae hominis in mea patria nati & ista scribentis, ignoscebam puero *absurditatis* accusanti, quae neque cognovisset satis, neque intelligere dum posset: lubens me discipulum illi in re tali praebuissem. Sed nihil dixit, quod non dictum, quod non refutatum sit. Molliter inter rosas violasque quiescant ossa hominis emendaturi, si licuisset, illa παιδαριώδη κανχήματα. Nos pergamus.

XI. Quod igitur alterum hujus disputationis caput est, Lucianine sit Philopatris, an *junioris* alicujus, age, dispiciamus. Qua in re ita versabimur, ut primo contra eorum, *qui* id affirmant, rationes quaedam in medium proferamus, deinde, cur Luciani non *esse* putemus, generatim dicamus, denique, ut quibus inducti rationibus, juniorem *Luciano* auctorem arbitremur, eas rationes, quam fieri poterit breviter & perspicue, *proponamus*.

XII. Luciano jure tribui Philopatrin, probatum primo inde est, quod *is quasi* in possessione esset, cum inter ipsius opera jam longo tempore referatur; igitur non *nisi* validissimis rationibus posse inde exturbari. Verum enim vero, ne jam in locum illum communem de librariorum inertia & fraudibus excurram; ne etiam illud dicam, malae fidei possessorem praescriptione sese tueri non posse: jam Aldina editio CIↃ IↃXXII fol. in fine dialogi haec ha-

(*a*) L. 1. c. 28. p. 26. & c. 64. p. 55. quae loca allegantur a *Nic. Rigaltio* in notis ad inscriptionem.

(*b*) Videndus *Ael. Spartianus Hadriano* c. 27. & Commentt. ad h. l.

(*c*) Lib. de anima c. 36.

(*d*) Bibl. Gr. 4, 13. p. 402.

(*e*) In Anti Artemonio Noribergae 1735. 8. edito cap. 14. §. 2. & 3. p. 84. seqq.

habet : οὗτος ὁ λόγος τελεύτατος τῶν Λουκιανοῦ. Quae procul dubio ex veteri codice adſcripta, & poſt ab aliis repetita ſunt. Argumentum non abhorret, fateor, ab ingenio Luciani, ſi generatim illud ſpectes, ut ad irridendam cum ſuperſtitione religionem pertinet. Sed quam exiguum huic rationi pondus inſit, ſi dicerem, de Tua, Lector, prudentia dubitare viderer. Quid ſi vero inſuper negem, illam ſaltem dialogi hujus partem, ubi vaniſſima ſpe tot victoriæ, triumphi tot ſpondentur, quorum nihil vel parum, quamcumque etiam ſententiam amplectare, contigit, cato illi Samoſatenſis naſo ex aſſe convenire? Certe a prudentia non tantum viri, ſed a magna ad credendum res etiam ſatis certas tarditate, oppido id videtur alienum. Ingens porro illa rerum verborumque in hoc dialogo cum iis, quæ indubie ſunt Luciani, ſimilitudo, tantum abeſt ut a me negetur, ut potius paullo ante ea uſus ſim ad probandum, Trajani aetate non videri ſcriptum. Sed potuit ea ex alio etiam fonte profluxiſſe, imitatione nimirum, ſatis illa quidem inepta, qua de tum ex adnotationibus noſtris conſtare volenti poteſt, tum infra adhuc aliquid erit dicendum. Nunc reliqua perſequemur.

XIII. Victoriam de Perſis ingentem reportavit Lucius Verus, ob quam, communicato cum Marco fratre honore, triumphavit. Hanc eam ipſam eſſe, quam celebrat ſub finem Philopatridis Cleolaus, volunt, quos ſupra laudavi, viri doctiſſimi, aliique complures. Quibus aſſentiri ne queam, illud me movet, quod unius tantum αὐτοκράτορος deprehendam in illo epinicio mentionem, id quod ſecus factum oportebat, ſi ad hunc triumphum pertineret. Ambos enim fratres aequato jure imperium adminiſtraſſe, notius eſt, quam ut dici a me debeat. Nec eſt quod Lucium Verum ſolum celebrari dicamus, qui nimirum ſolus id bellum confecerit, ſolusque gloriam inde ſibi vindicaverit. Praeterquam enim quod per duces omnia ſunt geſta, Vero interim Imperatore in Daphnicis Antiochiæ deliciis molliter ventrem, Marco autem Romae rem publicam curante, ut teſtis eſt JULIUS CAPITOLINUS (*a*): jam eſt paullo ante dictum, confirmarique tum aliorum, tum ejusdem CAPITOLINI (*b*) teſtimonio poteſt, triumphum pariter utrosque celebraſſe. Ita enim ille: *Habuit hanc reverentiam Marco Verus, ut nomina quae ſibi delata fuerant, cum fratre communicaret, die triumphi, quem pariter celebrarunt.* Et jam ante c. 7. dixerat: *partum eſt Vero nomen Armenici, Parthici, Medici, quod etiam Marco Romae agenti delatum eſt.* Illud forte dici ab adverſa parte poſſet, Imperatorem Verum, cum iſta ſcriberentur a Luciano, jam tum fuiſſe extinctum, ſolique adeo Marco hic applaudi. Et ſane EUTROPIUS 8, 5. cum triumpho Parthico, Veri obitum conjungit artiſſime. Sed certum eſt, interceſſiſſe aliquot annos inter triumphum iſtum atque mortem Lucii: nec quae ſcriptor brevitatis ſtudioſus narratione conjungit, tempore ideo ſunt conjuncta putanda. Sed haec cum quaeſtione careant, apud eos certe, qui aliquam cum hiſtoricis illorum temporum familiaritatem habent, lubens dimitto. Illud tamen non poſſum quin adjiciam, non videri Cleolaum noſtrum, qui ſui victoria Imperatoris effertur tantopere, Medorum atque Armeniae (ut diſtinctarum magni imperii partium, ſuosque ſibi regulos habentium) mentionem fuiſſe omiſſurum, cum de futuris audacter adeo ſpondeat, ſi modo materiem epinicio illi tum praebuiſſent, quod Marco imperante contigiſſe modo vidimus. Denique totum hoc argumentum tale eſſe meminerimus, ut ſi nihil etiam ſit, quo labefactari convellique poſſit, (quod tamen minime ita ſe habere, eſt, puto, luculenter a nobis oſtenſum) tamen amplius nihil eo efficiatur, quam hanc quidem περίεργον nihil obſtare, quo minus Lucianus pro Philopatridis auctore haberi queat, cujus generis argumenta, plura etiam, ruere ſtatim neceſſe eſt, ſi vel unum quid proferri queat, quod cum reliquis conciliari & redigi in concordiam non poſſit.

XIV. Quod

(*a*) In *Marco Antonino* c. 8.
(*b*) In L. Vero c. 8.

XIV. Quod vero GEORGIUS BULLUS putat non parum momenti habere, ad asserendum Luciano Philopatridem, temporum sub Marco Antonino iniquitatem, de eo etiam, dissimulare non possum, alia omnia mihi videri. Mala etenim, quae ab AURELIO VICTORE enarrata supra retulimus, quorumque mentionem etiam JULIUS CAPITOLINUS facit (*a*), jam inde ab imperio Antoninorum fratrum, atque adeo ante victoriam Parthicam accidisse, totoque fere perdurasse imperii tempore, iidem auctores sunt. Tantum autem abest, ut, qua tempestate scriptus est Philopatris, calamitates publicae orbem Romanum insigniter vexaverint, ut potius eam ob causam Christianis acerbe adeo insultasse auctorem appareat, quod temporum felicitatem infaustis praedictionibus, obscenisque ominibus quasi contaminarent. Quod ut appareat, audiamus Critiam, qui, ut videtur, ob patriae, quem profitetur, amorem, nomen dialogo dedit, cujusque sub persona auctorem latere voluisse, existimaverim. Hic igitur Critias in Sophistarum, ut eos appellat, concilium introductus, interrogatusque c. 24. πῶς τὰ τῆς πόλεως καὶ τὰ τοῦ κόσμου; Καίριον γάρ πάντες, inquit, καὶ ἔτιγε χαρήσονται. Habes gaudium publicum, habes felicitatem temporum. Quid ad haec Sophistae? Non placet illis laetitia effusa gentilium, subjicium: δύσκολα γὰρ ἡ πόλις, cujus verbi vim ibi declaravimus. Non negant igitur jam felicia esse tempora, sed mala futura praedicunt. Hos dein proterve ridet Critias, ἐξωλοθρεύσαντα κόσμον illos inter alia scommata dicens, qui viderent scilicet, quod nec esset usquam, nec, ut putabat, futurum esset. Tum effunditur in enumeranda varia calamitatum publicarum genera, ita tamen ut ipsa phrasi ad risum composita manifeste indicet, nihil tale tum quidem vulgo homines timuisse, ne pueres fuisse expertos. Confirmant ista, quae sub finem dialogi idem Critias commemorat: Ἡμεῖς δὲ, ὦ Τιμόλαε, τὰ κάλλιστα εὑρήκεμεν ἀγαθὰ· & paullo post: τοῦτο ἄρα τοῖς πᾶσιν, αἰ ἡμῖν τοῦ αὐτοκράτορος, πλοῦτος γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἐκλείψει, καὶ βίος ἡμᾶς οὐ κατατρύσει. Haec igitur satis, opinor, ostendunt, non eo tempore scriptum Philopatridem, cum calamitates publicae per orbem terrarum grassarentur, sed satis laeto reipublicae statu, secus atque viro doctissimo videbatur.

XV. Magnum nomen HENRICI DODWELLI praesertim in suis cuique libro temporibus assignandis. Ille etiam aliquando Luciano adscripsit Philopatrin: sed contra se disputandi necessitatem nobis remisit, qui sententiam ipse mutarit. Itaque satis prope fuerit diversas viri opiniones referre. In dissertatione de fortitudine Martyrum (quae Cyprianicarum XII. est) §. 24. Luciano & M. Antonini temporibus attribuerat Philopatrin. In dissertatione (*b*) de jure Laicorum sacerdotali p. 284. de eodem dicit, *Quem ego Trajano longe recentiorem fuisse existimo, & ipso fortasse Luciano.* Sed in dissertatione de Isidoro Characeno (*c*) §. 5. p. 63. ait, „ Anno Christi CCII, quo Severus Imperator persecutionem „ in Christianos Alexandreae decreverit, huic persecutioni Philopatride scripto quasi praelusisse Lucianum, praevias persecutioni κωμῳδίας memorante Antiocheno Theophilo". Liceat hic quasi interpellare Dodwellum. Spartianus in Severo c. 17. quem laudat, non Alexandriae sed *in itinere* e Syria versus eam urbem decretam ait persecutionem. *Judaeos*, inquit, *fieri sub gravi poena vetuit. Idem etiam de Christianis sanxit.* Κωμῳδίας illas apud Theophilum non observavi. Sed quid porro Dodwellus? „ In eadem urbe Alexandria „ scriptum Philopatrin argumento esse Alexandrini mensis nomen Mesori (c. 22.) Quod „ autem Arabes hostibus accensentur, (c. 28.) id facere, ne quis alius Princeps, praeter „ Severum, intelligi possit &c. Similia sunt, quae disputat Prael. Camden. 7. p. 307. seq. Quanti ea sint, cum aliunde ex hac dissertatione & adnotationibus ad Philopatrin nostris con-

(*a*) In vita Marci c. 8.

(*b*) Cum *Grotii* diss. de Coenae administratione ubi Pastores non sunt, & aliis hujus argumenti edita. Lond. 1685.

(*c*) In Geographis *Hudsonia*. T. 2.

conſtare poteſt, tum ipſe indicavit DODWELLUS, qui in literis ad MOYLIUM, quas paullo poſt laudabimus, novam ſententiam defendendam ſuſceperit, ſcriptum nempe libellum A. C. CCCXI. ad recentem nuntium victoriae quam a Perſis Odenathus retulerit. Quae deinde pro noſtra dicemus ſententia, ea huic conjecturae evertendae putamus ſufficere.

XVI. Perduxit nos ordo diſputationis inſtitutus ad ea argumenta, e quibus generatim Luciani non eſſe foetum Philopatrin, colligi poſſe putamus. Nam illa quae juniorem Luciano auctorem ſuadeant, his ſubjuncturos nos eſſe diximus. Ad hanc igitur claſſem, praeter ea, quae modo contra BLONDELLUM atque GEORGIUM BULLUM, viros doctiſſimos, diſputata ſunt, non dubito primo loco referre, quod major in hoc dialogo deprehenditur, quam in Luciani ſcriptis, Chriſtianarum rerum peritia. Quisquis diligentius paullo hujus viri commentationibus legendis attenderit, animadvertet profecto perpetuum fere illius morem, ut in quarum rerum mentionem inciderit, eas res, tanquam per digreſſiones, quas vocant Rhetorum filii, perſpicue, verbisque negotio, de quo agitur, quam aptiſſimis declaret, quo ipſo, quanquam interdum non taedium lectoribus, ſi qui ſunt delicatiores, creare non poteſt; facit tamen, ut, cum minime putes, plurima diſcas, ad omnem hiſtoriam, populorum ritus, clarorum virorum pernoſcendam indolem, linguae etiam proprietatem, totam denique humanitatis diſciplinam nimium quantum profutura. Quia ea ipſa ratio eſt, ut quoddam Ἀμαλθείας κέρας, aut cornu copiae bonae frugis pleniſſimum, opera ejus ſummo poſſint jure vocari. Profluxit iſta ſcribendi ratio partim ex charactere Luciani, qui eſt μιμητάτατος, & ad comicum in multis accedens proxime, in quibusdam etiam ſuperans: partim, (non eſt enim infitiandum) ex oſtentatione quadam, Polymathianque demonſtrandi ſtudio, quod quidem in Sophiſta, id eſt eo, qui dicendi artem pro genio ſeculi profiteretur, non ferri facilius poterat, ſed laudi erat atque admirationi. Igitur nulla fere ſecta, hominum fere genus nullum eſt, cujus non hiſtoriam, characteres praecipuos, aliaque ἐξαιρημένα conſignata ab eo literis deprehendamus: Philoſophorum autem cujuscunque ſectae, rhetorum, adulatorum, paraſitorum, divitum, pauperum, ſenum, juvenum, ſuperſtitioſorum, atheorum, Romanorum, Athenienſium, Scytharum, impoſtorum, hiſtrionum, lenarum, meretricum, militum, ruſticorum, regum tyrannorum, Deorum, Dearumque, & cujus non? velut imagines quasdam ab eo pictas admiremur.

XVII. Sed quorſum iſta diſputem, quaeret fortaſſe aliquis? Nimirum ita rationem ſubduco: quia Lucianus oſtentandae occaſionem doctrinae nullam ſolet facile praetermittere; quia nullius non hominum generis characteres, mores, ſententias, verbis cuique rei propriis & quaſi ſolennibus deſcribit: probabile non videri, ſi tantam habuiſſet Chriſtianismi peritiam, quantam in Philopatride reperimus, non alias etiam eam præ ſe tuliſſe; atque eo magis, cum occaſio in his ipſis, quae habemus ab eo ſcripta, non defuerit, tum in bonam, tum in malam etiam partem ampliorem Chriſtianorum mentionem faciendi. In bonam quidem eo imprimis loco, ubi Alexandrum Pſeudomantin illum ab oraculo ſuo Atheos, Epicureos, Chriſtianos omnes removeri procul juſſiſſe tradit. Verba ipſa ſubjeci (a): εἴ τις ἄθεος, ἢ Χριστιανὸς, ἢ Ἐπικούρειος, ἥκει κατάσκοπος τῶν ὀργίων, φευγέτω. Cur Epicureos abeſſe voluerit, declarat, ſed de noſtris tacet, nec rationem ullam cur exeſſe illos ſacris ſuis Alexander voluerit, profert: forte quod laudandi erant, hoc quidem in loco; quod a ſe paganus homo impetrare non poterat? Sed etiam cum ridet Chriſtianos (b), & res illorum dedita opera narrare videri vult, partim verbis ex gentilium diſciplina petitis utitur ad res ipſorum deſignandas, partim, vulgari errore, Judaeorum & Chriſtianorum miſcere negotia videtur, & in univerſum ita loquitur, ut ſatis appareat, neque libros ſacros legiſſe unquam, neque etiam aliunde ſanctiſſimae diſciplinae rationes ſatis habuiſſe cognitas atque per-

(a) In *Pſeudom.* c. 38.

(b) *De morte Peregr.* c. 11.

perſpectas. Quoniam id eſt parum ab hac diſputatione alienum, age, quaedam ad hunc Luciani locum annotemus.

XVIII. Ac primum quidem miror, TANAQUILLUM FABRUM, virum ingenioſiſſimum ad illa verba. (*a*) *τὸν μέγαν γοῦν ἐκεῖνον κ. τ. λ. annotaſſe: Iſtaec vocula γοῦν & ſenſus repente abruptus ſatis indicant, multa hic a Luciano adverſus Chriſtum ſcripta fuiſſe; quae a majoribus noſtris, hominibus nimium piis, ſublata fuere. Hinc itaque eſt quod dixerat Suidas, Lucianum κεβλάπτεσθαι τοῦ χριστιανισμοῦ, καὶ αὐτὸν βλασφημεῖν τὸν Χριστὸν, ἐν τῷ τοῦ Περεγρίνου βίῳ. Hinc factum ut in plerisque Mſſ. Codd. non amplius exſtet Peregrinus.* Equidem fateor, ſi voculam *γοῦν* interpretere, *itaque*, ut eſt ab eo, qui hunc dialogum convertit, factum, male haec cohaerere cum iis, quae praecedunt. Sed quid vetat, quo minus vertamus *enim*, frequentiſſima nimirum, apud Lucianum etiam, vocis ſignificatione, ut quandam notet parentheſin. Qui enim, quaeſo, concinnius, quam ita loqui potuit Lucianus: Peregrinus noſter in Chriſtianos etiam incidit, & poſtquam illorum edidiciſſet myſteria, ſubito nimium quantum inter illos nomen & gloriam eſt conſecutus. Nam hodienum durat illa quorundam ſtultitia, ut celebrem iſtum in Paleſtina ſuſpenſum hominem venerentur &c. Pergit deinde, ut videas a parentheſi reverti: *τότε ΔΗ καὶ συλληφθεὶς κ. τ. λ.* Senſus igitur abruptus non magis, quam *γοῦν* particula, deeſſe aliquid oſtendunt. Suidae verbis ſua conſtat veritas quam planiſſime, ſi vel nihil deſit. Quid enim ſunt blaſphemiae in Chriſtum, ſi hae non ſunt, quae hodienum extant in Proteo? Denique, quis iſte foret ſtupor, cum manum ſemel injeceris mutilando ſcripto, illud relinquere, quod ejici vel ſimiliter, vel magis etiam intererat? Duobus potiſſimum modis ulti ſunt Chriſtiani hujus dialogi contumeliam, primum omittendo illo penitus, quod factum facile FABRO credimus, tum acerbe, adletis in margine notulis, refutando, quod ſcholia a Jo. CLERICO edita teſtantur. Omiſiſſe quaedam ex ipſa orationis ſerie, ſaltem FABER quae attulit argumenta, iis vix perſuadebit.

XIX. Sed, ut pergamus ſtrictim quaedam ad Luciani verba annotare, Judaicum ſapit, quod *ἱερέας* & *γραμματέας* vocat Chriſtianorum Doctores, quanquam non ignorem, de Aegyptiorum etiam ſacerdotibus *τῶν γραμματέων* voce non ſemel uſum (*b*). Ex ethniciſmo eſt quod Alexandrum Chriſtianorum *διατάρχην* vocat, & *τελετὴν* Chriſtianorum diſciplinam. *Καινὸν Σοφιστὴν* Chriſtianos Peregrinum vocaſſe, probabile non eſt: ſi nota Luciano Pauli Apoſtoli hiſtoria fuiſſet, hunc dubio procul ſubſtituiſſet. *Ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος*, qui perſuaſiſſe Chriſtianis dicitur, ut omnes ſe pro fratribus invicem haberent, non video, quin ipſe ſervator noſter eſſe queat. Neque hunc legislatorem *ἀπὸ τοῦ ἀνεσκολοπισμένου ἀνδρὸς* ubi diſtinguat Lucianus, reperio, quod utrumque tamen iterum vult TAN. FABER. Contra ea juſſit Chriſtus Matth. 23, 8. ut omnes diſcipuli ſui fratrum ſe loco invicem haberent: & ſecundum *τοῦ ἀνεσκολοπισμένου νόμους* vivere Chriſtianos, paullo poſt Lucianus dicit (*c*). Ad verba (*d*): *εἶτα παρανομήσας τι εἰς ἐκείνους, ὥφθη γάρ τι, ὡς οἶμαι, ἐσθίων τῶν ἀποῤῥήτων αὐτοῖς*, PALMERIUS confundi ait Judaicos ritus cum Chriſtianorum lege. Sed forte idolothytorum eſus, & ſuffocati ac ſanguinis ab Apoſtolis etiam prohibitus, obverti huic reprehenſioni poſſit.

XX. Juvat hic in brevem ſummam colligere omnia, quae de Chriſtianis tradit Lucianus, (tradidiſſe autem, quae ſciret omnia, probabile ſaltem ſupra reddere conatus ſum) tum ſimiliter quaſi in tabulam quandam conjecta cum his comparare, quae in Philopatride de iisdem dicuntur. Lucianus ita Chriſtianos deſcribit: l. c. Sunt homines, qui ſuſpenſum in Pa-

(*a*) c. 11.
(*b*) e.g. de *Sacrif.* p. 369. T. 1. Ed. *Graev.* it. in *Philopſ.* c. 34.
(*c*) Johannem Euang. intelligit *Fabr.* B. G. L. IV. c. XVI. p. 500.
(*d*) p. 579.

Palaeſtina hominem, novorum auctorem myſteriorum, ſpretis omnibus Graecorum Diis, colunt & adorant, immortalitatem expectant, atque propterea corporis cruciatus, ipſamque adeo mortem, ſubire non recuſant, ut potius ultro eam deposcant. Praeterea pro fratribus invicem, ſic jubente primo illorum Legislatore, ſe habent, bona fortunae omnia tanquam vilia & vana contemnunt, benigneque iis impertiunt, quos propter ſuperſtitionem ſuam vident aut bonis exturbatos, aut alias male a magiſtratibus acceptos. Sacros libros habent, quos in conventiculis ſuis legunt, ſi qui autem ſunt doctiores, etiam interpretantur. Si quem videant leges ſuas migrantem, eum a communione & coetibus arcent atque excludunt. Haec Lucianus. Audiamus auctorem Philopatridis (a). Chriſtiani credunt in Deum unum, qui caelum & terram creavit & omnia, eumque Patrem magnum, immortalem, caeleſtem, Filium Patris, Spiritum ex Patre procedentem, unum ex tribus & ex uno tres. Hic Deus, qui eſt lux incorruptibilis, inviſibilis, incomprehenſibilis, creavit, (ut didicerunt a Moſe tardilingui) cum alta nox abyſſo incubaret, lucem, quae tenebras & vaſtitatem illam omnem abegit: tum terram ſuper aquis ſtabilivit, caelum expandit, ſtellas formavit, curſus earum diſpoſuit: terram ornavit floribus; hominemque ex iis, quae non eſſent, ut eſſet aliquid, produxit: jamque de caelo intuetur ſingulos, bonos, malos, actionesque illorum in libris deſcribit, ac retribuet ex juſto ſingulis, qua die ipſe conſtituit. Praeterea per aquas ſeſe renovari, atque ex impiorum coetu in beatorum veſtigia collocari credunt; quidam etiam in tertium ſe caelum raptos, resque omnium pulcherrimas ibi edoctos praedicant, orationem quandam a patre incipientem, multisque nominibus refertos hymnos recitant &c. Haec ſi quis cum iis, quae ex Proteo Luciani prolata ſunt, conferat, ſimulque illud conſideret, verbis propriis & ex Chriſtianorum diſciplina, quin ipſa Scriptura S. petitis uti Philopatridos auctorem: illum vero gentili more, nec uti ſolent noſtri homines, loqui, cognoſcet profecto, Lucianum ut de re parum ſibi cognita, & quam non niſi aliis temere narrantibus audiſſet; hunc vero, ut qui aut ipſe coetibus Chriſtianorum interfuiſſet, aut ſatis accurate omnia perveſtigaſſet, de hac ſecta expoſuiſſe.

XXI. Petrus Daniel Huetius, *Demonſtr. Euang.* 3, 20. poſtquam dixerat, in libello de morte Peregrini, quae in contumeliam Chriſtianorum eſſent dicta, laudi ipſis eſſe potius quam dedecori, haec addit: *Clariora etiam reperias in dialogo, qui inſcribitur Philopatris, & Luciani nomen prae ſe fert: Chriſti quippe & Chriſtianorum nominatim meminit, plurima profert ex Euangelio & Apocalypſi Johannis, ex actis Apoſtolorum, & ex epiſtolis Pauli, cujus os & habitum depingit, & evectionem in caelum refert. Chriſtum appellat Chreſtum, pro temporum illorum more, quo nomen id a bonitate, non ab unctione ductum credebatur ab Ethnicis.* Quo de more cum quaedam diſputaſſet, concludit: *Ex Chriſtianarum autem rerum peritia, quae major in hoc dialogo, quam in reliquis Luciani ſcriptis elucet, colligi poteſt, eum alterius eſſe auctoris.* Hactenus ille. Quae ideo adſcribenda putavi, quod partim hoc argumentum mirifice confirmant, partim vero dubii nonnihil habere videntur. Chriſti ſiquidem & Chriſtianorum *nominatim* meminiſſe dicit auctorem Philopatridis, ita tamen ut *Chreſtum* pro *Chriſto* dixerit. Ego vero fateor, illud me in hoc dialogo non reperire. Procul tamen dubio reſpicit vir ſummus ad illa c. 17. ἀλλά μοι τόδε εἰπέ· εἰ καὶ τὰ τῶν Σκυθῶν ἐν οὐρανῷ ἐγκυρέττουσι; Reſpondet Triepho: πάντα, εἰ τύχοι γε ΧΡΗΣΤΟΣ ὢν καὶ ἐν ἔθνεσι. Interpres quem forte aliis diſtrictus ſecure nimium ſecutus eſt Huetius: *ſi quidem & inter gentes* Chrestus *fuerit.* Neque vero is ego ſum, qui Chreſtum & Chreſtianos pro Chriſto & Chriſtianis tam a gentilibus, verum ignorantibus, quam a noſtris, omen accipientibus, dictos fuiſſe negem, ſed illud dico, non videri Triephontem Chriſtum vel Chriſtianos verbis, quae modo adducta ſunt, ſignificare, tanquam proprio nomine voluiſſe. Di-

(a) c. 12. 13. 17.

xerat paullo ante hic Triephon : ὥςτ᾽ ἔστιν ἅπαντα, ὡς ἐμοὶ δοκεῖν, ἐν ταῖς ἐπουρανίοις βίβλοις ΤΩΝ ΑΓΑΘΩΝ ἀπογράψονται. Vult nimirum Critiam relictis illis gentilium fabularum nugis, ad Chriſtianorum Deum ac religionem ſeſe convertere, ut *& ipſe inſcribatur in caeleſtibus illis BONORUM libris.* Tum Critias, εὖ πάντα ἀναμιμνῇς, inquit, ὦ Τριφῶν, (ſupra enim jam de libris caeleſtibus, & in iis inſcriptione dixerat Triepho) ἀλλά μοι τόδε, & reliqua quae modo attulimus, ubi interrogat Critias, *an Scytharum etiam curam gerat Deus, & in librum illos BONORUM inſcribat? Quidni inſcribat*, reſpondet Triepho, *ſi modo BONI ſint?* Cui non apparet, χρηστὸν hic, ut alias apud quosvis ſcriptores, praeſertim eum, quem noſter eſt imitatus, Lucianum, poni ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ? Ita infra c. 23. χρηστὸς γὰρ ἂν εἴης ἀπόγε τοῦ σχήματος, *Nam frugi eſſe appares utique ex habitu?* Praeterea neſcio, an exemplo probari poſſit, χρηστὸν dictum pro Chriſtiano. Nam Chriſtum quidem ipſum quomodo intelligere quis cum bona bonae mentis venia velit, non video : cum appareat, pro genere hominum, quod plures ſub ſe complectatur, vocem poni, & hanc eſſe verbi τυγχάνειν vim, ut converti debeat : *ſi modo contingat eſſe inter Scythas aliquem &c.* Nec Chriſti igitur, nec Chriſtianorum *nominatim* mentionem in hoc dialogo fieri cenſeo ; quod quorſum pertineat infra videbimus. Hic illud notari velim, quidquid etiam de Chreſto ſit, Lucianum ita non videri ſcripturum fuiſſe, cum Chriſtianorum nomen, quoties opus fuit, adhibuiſſe, ex *Pſeudomanti* pariter atque *Proteo* ſatis conſtet.

XXII. Venio ad argumentum ſatis firmum, ut ego quidem arbitror, ſed quod neque tractari bene, neque intelligi niſi ab eo poteſt, qui ad ingenium his rebus aptum uſum etiam aliquem adjunxerit. Modeſtia hic nos decebat, cum primum ſcriberemus ante hoſce XXV. annos : verſabatur enim in animo illud LONGINI ſ. 6. Ἡ τῶν λόγων κρίσις πολλῆς ἐστι πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα. Sed tamen quam familiaris tum nobis Lucianus fuerit, annotationes noſtrae teſtantur : & non exſtabat, cum haec ſcriberemus, index in Lucianum. Ab eo tempore nunquam plane abjecimus illum : & nunc cum tertium tractare iſta oportet, recentes ſumus ab interpretatione. Credet igitur nobis fortaſſe aliquis, agnoſci a nobis poſſe vocem & ſermonem antiqui a triginta pene annis ſodalis, quem nuper demum Latina loqui docuimus. Haec majoris eſſe debent, quam ſi quis dicat, lubricum eſſe quod a ſtilo ſumitur argumentum, & ſimiles huic loquatur ſententias. Sed in rem praeſentem veniamus, &, quantum ejus poteſt fieri, argumentum, quod melius ſentitur & guſtatur quaſi, quam verbis explicatur, declaremus. Olim jam THEODORUS MARCILIUS, non eſſe Luciani Philopatrin contendit, praeter alia id arguentibus ineptiis ſtili, quas paginis omnibus dicit occurrere. Iſtae vero ſtili ineptiae oriri magnam partem videntur ex affectato infeliciter ſublimi ac tragico dicendi genere, quod cum non aſſequeretur, in affine illi vitium ψυχρότητος incidit quam ſaepiſſime. Tanto id quidem magis, quod Poëtarum magnam partem verbis utitur, iisque parum ad rem aptis, qua de cauſſa indutae leonis exuviis ſimiae ſimilem interdum fieri neceſſe eſt. In utroque autem genere incomparabili facultate gaudet Lucianus, ad effingendum ſtilo quidquid libuerit, gravitatem etiam plusquam tragicam, & ad derivandum in ſuos hortulos, non rivos ex Veteribus Poëtis, Homero imprimis, ſed quaſi flumina, adeo quidem, ut cum male quaedam applicaſſe videtur, vel inflexione depravaſſe, tum demum ingenii vis admirabilis eluceat. Unum ex multis exempli cauſſa adferam : eſt Euripidis verſus decantatiſſimus : ἡ γλῶσσ᾽ ὀμώμοχ᾽ ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Quam lepide hoc accommodat ad jactatam Cynicorum ἀναλγησίαν ; Ἡ φρὴν, inquit, (*a*) σὺ ἀλγήσεις, ἡ δὲ γλῶσσα ὅσιος ἀνάλγητος. Quam feſtive illud Homeri (*b*) :

Ὡς φράτερ φράτερφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις ;

Ad

(*a*) Vitar. auct. c. 9.

(*b*) Iliad. B. verſ. 363.

Ad Philosophorum certamen traducit (*a*): ξυναγωνίσωμαι ἐπ' αὐτῷ,

Ὡς πήχυι πήχυιον ἀφήγη, βάκτρα δὲ βάκτροις.

Sed infinita ejusmodi habet Lucianus, Plutarcho hac parte comparandus, nisi quod hic severior.

XXIII. Noster autem, quisquis etiam fuerit, ut utraque in re peccaverit, jam videamus. Quis negabit, esse nimis παρατράγῳδον illud c. 2. quod MARCILIO jam bilem movit: Φῦ, Φῦ, Φῦ, Φῦ, τῶν ὕβλεων ἐκείνων, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, τῶν δεινῶν βουλευμάτων, αἰ, αἰ, αἰ, αἰ, τῶν κενῶν ἐλπίδων. Vix in comoedia vel tragoedia ferimus haec talia, ubi tamen actoris gestu efficitur, ut sint aliquantum tolerabiliora & minus φορτικά. Sed bene tamen est, quod cavet auctor, ne ab tam altissimo cothurno statim desiliat. Triepho enim, apud quem haec eructarat Critias, studet ingentissimo mendacio, omnem hanc tragicam supellectilem longissime superare: his enim singultibus Critiam ipsas convertisse nubes, tantumque in Propontide excitasse borean dicit, ut onerariae naves funibus contrahendae sint. Apud nos mentiuntur interdum homines ut trabes inflectantur, quod est in Germanorum nostrorum proverbio; Sed hic, ne caelum ipsum & maria pervertat, timor est. Vix Lucianus cum id agit, ut mentiatur strenue, quemadmodum *in verae historiae Libris duobus*, talia proferre monstra ausus est, ut hic bonus vir serio colloquentibus amicis tribuit. In Poëtica facultate, qua tamen mirifice placuisse sibi videtur, quam parva operae pretia fecerit, ex his, quae jam, ut ordine percurrenti sese offerent, producam, credo, apparebit. Integra Homeri aut aliorum carmina vix inseruit centoni suo, praeterquam quae Lucianus jam olim attulerat; ut appareat, non ipsos illum magnos auctores cognovisse, sed ex viri suae aetati propioris aliquot dialogis pleraque consarcinasse. Ex Aristophanis tamen Nubibus & Ranis quaedam habet, ut & Homerica pauca, quae apud Lucianum nondum observavi. Ut mox ab initio c. 3. ponit, ex Homero Ἀλλ' ἐπεὶ σὲ πρῶτον κιχάνω τῷδ' ἐνὶ χώρῳ, ἀπίωμεν κ. τ. λ. Amicus veteranus alteri amico, a quo aliquantum abfuisse, non constat, quicum jam plura locutus est, dicit: *quoniam primum hoc loco te reperio, age illuc abeamus, ubi respirare a malo meo possim.* Inter honoris verba, aulae imprimis incolarum, cum ad epulas aut comissationes pellicere advenas volunt, haec talia esse scimus: apud Homerum pulchre dicitur, ὦ φίλ' ἐπεί σε θύοντα κιχάνω τῷ δ' ἐνὶ χώρῳ. sed in hoc Philopatridis loco sunt prorsus, si quid video, ἐπροσδιόνυσα. Deinde, si carmen esse debet, ut certe apparet, bis in metri leges peccatum est. Primum, cum posterior in ἐπεὶ contra diphthongi naturam, correpta est; Tum quando prima in κιχάνω, brevis apud Homerum & optimos quosque, producta adhibetur. Non defuisse autem apud Graecos malos Poëtas, qui vel in syllabis dimetiendis impingerent, ne hodiernis tantum hominibus hanc laudem relictam putes, vel ex nuptiali elegeio miseri cujusdam Poëtae, quod LUCIANUS *in Lapithis* (*b*) adfert, constare satis superque possit.

Incipit Ἦ δὴ πότ' ἦρ' ἦγε Ἀριστεινέτου ἐν μεγάροις κ. τ. λ.

Meliorane autem sunt quae sequuntur nostri carmina? Jovem dicit c. 4. συνευωχεῖσθαι Aethiopibus.

Ἀνδράσι μελαντέροις, καὶ τὴν ὄψιν ἐζοφωμένοις.

Euge septies peccatum in pedibus sex. Vix versum agnoscas, nisi de morbo hominis, & Politico illo carminum genere paullatim e talibus orto constaret. In ὄρκῳ c. 12. primum hexameter positus est, tum pauca prorsa oratione scripta, mox Jambi sequuntur quinque, & senarius, nisi quod primus pes contra carminis legem trochaeus est. Alibi c. 16. βιάσῃ καλῶς, inquit,

Οὐδὲ σ' ἔοικε θέμις τέλος θανάτοιο κιχεῖν.

Hic

(*a*) Anub. c. 2. (*b*) c. 42.

Hic bis metri leges migrantur, & praeterea, quid hoc θέμις ſibi velit, non apparet: ſi legas θέμισι, & ſenſus concinnior paullum erit, & metrum hac parte conſtabit melius. Sed an ita voluerit auctor, non dixerim.

Ille c. 18. καὶ ἕτερον μὲν κεύσῃς ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃς

Semel tantum claudicat, & poteſt reponi, ſi tantum μὲν poſt κεύσῃς colloces. Septem pedibus incedit, c. 25.

Πνειόντων δόρυ καὶ λόγχας καὶ λευκολόφους τριφαλείας, truncatus ex Anapaeſtico Ariſtophanis. Qui hunc proxime antecedit:

Θήγοντες ὀδόντας κατ' ἀνδρῶν θυμολεόντων.

Semel redundat, bis deficit. Claudat agmen deficiens tribus moris (ut ex veteri ratione loquar, qua longae Syllabae duo tempora ſ. χρόνους, brevi unum tribuebant) c. 28.

Μήτε παραδράμῃς γε ποσὶν μηδὲ παρέλθοις. Si παραδραμέῃς γε πόδεσσιν legas, Metro erit conſultum; ſententia ut non ſit inepta & ταυτολόγος, non efficies. Ultimi jambici quam parum exacti, quivis non rudis ſuavitatis Poëticae videt. Quam abſurdum illud ſit, quod Poëticis vocabulis flexionibusque, omnibus fere in locis, etiam ubi verſus non facit, utitur Auctor, malo ex ipſius lectione dialogi, notationumque noſtrarum cognoſci, quam ejusmodi quisquiliarum congerie hic nauſeam lectoribus, ſi qui fuerint, creari.

XXIV. Copioſus mirum quantum eſt Lucianus, & varie unam rem, ſi ſaepius recurrat, effert. Hic noſter autem, quanquam copiam aliquam affectat, & ſub initium ſtatim, tum alias etiam exergaſiis utitur: tamen quaſi effuſa ſemel omni ſupellectili, eo ſubinde inopiae redigitur, ut ad ea, quae inconſulte velut prodegerat, recurrere cum dedecore opus habeat. Ita illud ἄνω καὶ κάτω περιτολεῖν, intra verſus non multos c. 1. & 2. bis ponit: ἄμπνευσαν τοῦ δεινοῦ vix aliquot interjectis verſibus c. 2. repetit. ὡς καὶ Νιόβη τὸ πρὶν c. 1. ὡς καὶ Ἴκαρος τὸ πρὶν c. 2. parum invicem diſtant: διάτορον βοᾷν bis c. 6. & 25. occurrit: ὥςτε ἐάσαμεν τούτους. ὥςτε ἔασον καὶ ταύτην. ὥςτε ἔασον ἅπαντα. ὥςτε ἐάσατο τὰς φαντασίας. τοὺς δὲ λοιποὺς λήρους ἐάσαμεν, quinquies redire in tam paucis paginis, c. 8. 10. 16. 26. 29. & in dialogo ad oſtentationem, ut videtur, τῆς Ῥητορικῆς δυνάμεως compoſito, quis ferat? Creationis Univerſi hiſtoria bis, c. 13. & 17. iisdem fere verbis, nulla cogente neceſſitate, narratur.

XXV. Hiſtoria porro de Neptuno, precibus lacrymisque, Martis in adulterio deprehenſi liberationem impetrante, c. 6. quam quaeſo impedita eſt, quam a Luciani facilitate aliena! Martem enim indiſſolubilibus cum Venere vinculis conſtrictum, reliquisque Diis propter adulterium prae pudore ſilentibus, equeſtris Neptunus liberavit. Quam illa deinde taedii plena & a muliercularum narrationibus non abhorrens repetitio: ἐπέκειτο δὲ τῷ Ἡφαίστῳ λῦσαι τὸν Ἄρεα. τὸ δὲ ἀμφίχυτον τοῦτο δαιμόνιον, οἰκτείρασα τὸν πρεσβύτην θεὸν, τὸν Ἄρη ἀπηλευθέρωσεν. In illo c. 8. τί τὸ χρήσιμον τῆς Γοργόνος, καὶ τί τῷ σφίσι τοῦτο ἡ θεὰ ἐπιφέρεται; vox τοῦτο ad Γοργόνα vel κεφαλὴν erat referenda. Reliqua de Gorgone narratio ineptiſſima, ut in qua per quatuor verſus αὕτην ſemel, ταύτην ter repetitur, & quae ſeparanda erant, pueriliter miſcentur. Quae illa quaeſo inſania eſt, quod Triepho introducitur c. 4. jusjurandum exigens, de non nocitura ſibi Critiae narratione, & is tamen ſtatim poſt jusjurandum c. 18. eadem omnia vult experiri, quae in Critia viderat? Quid de illo exiſtimem c. 17. καὶ γὰρ σοὶ οἰκίδιον κατασκευάσαντι —— οὐδέποτέ σε διέλαθε κ. τ. λ. dixi ad ipſum locum. Statim ſequitur c. 18. πάνυ εὖ λέγεις καί με ἀντισρόφως τῆς Νιόβης παθεῖν, ubi ποιεῖς vel ſimile eſt omiſſum. Parum etiam Atticum, hoc eſt Lucianeum, illud eſt, quod aliquoties (c. 21. ter, c. 25. ter, c. 26. quater) cum neutris pluralibus, non ſingulare verbum, ſed plurale conſtruitur. Quae hactenus a nobis allata ſunt, ſingula forte in optimae etiam notae, optimi auctoris ſcripto poſſe occurrere, longiori praeſertim, non nego: poſſim enim quam plurimis praeſtantiſſimorum hominum locis, ubi ipſorum humano errore, (neque vero libriorum ſemper a talibus culpa abeſt) aliquid peccatum manifeſto deprehendatur, redargui. Illud vero ne-

nego, a caſtigatiſſimi ſermonis & ſubacti judicii ſcriptore Luciano, dialogum inquinati adeo ſtili, judicio autem aut nullo ſcriptum aut exiguo, potuiſſe proficiſci. Et gaudeo non Marcilio tantum & mihi ita viſum: ſed in eadem ſententia eſſe acutiſſimum virum WALTERUM MOYLE (*a*), qui, *infinitis adeo ſpatiis*, ait *ſubſidere infra ingenium, acumen, & elegantiam Luciani, incomparabilis ſcriptoris, auctorem Philopatridis, ut prope miraculum ſit, Ge. Bullo, viro ea doctrina & judicandi vi praedito in mentem potuiſſe venire, ut ad eum auctorem referret.* Et (p. 292.) *ſigna omnia barbari aevi ineſſe ait huic libello, nec virtutem unam, qua commendari poſſit, cum duabus rebus contineatur, quae poſſunt eſſe vel in homine vel in libro, peſſimis, ſtupore atque impietate.* Denique (p. 362.) *plura eſſe in Philopatride, damnata non in Soloeciſta modo,* (quem Luciani eſſe negat) *ſed in Lexiphane & Rhetorum doctore, qui ſine dubio a Samoſatenſi ſint.* Magna cum aſſeveratione GUIL. WHISTONUS (*b*) de verbis juris jurandi c. 10. *Sermonem*, inquit, *hujus partis dialogi niſi haereticorum veterum alicujus ſit, aperte referendum ad quintum, ſummum ad quartum exiens ſaeculum.* Et p. 381. *Si quis affirmet haec verba eſſe primi, aut ſecundi, aut tertii adeo Eccleſiae ſaeculi, illum ſe putare cogi nihil plane familiaritatis habere cum ſermone priſci illius aevi, cum ipſe contra ſe rem habere, irrefragabili experientia certus ſit.* Sed nempe cauſſae ſervit vir doctus, & tanto minus noſtram rem juvat, quod addit hic etiam, *Niſi tamen ponatur, auctorem incidiſſe in antiquos quosdam haereticos, eumque ab iis ſermonem didiciſſe &c.* Nempe hoc tantum vult, orthodoxos primorum ſaeculorum de S. Trinitate non ita locutos; de reliquo ſermone libelli non eſt ſollicitus. Nobis contra ea hic non de Chriſtianorum dogmate, ſed de ſtilo Luciani contentio eſt. De hoc cum Moylio nobis convenire jam indicavimus: illum ſatisfeciſſe etiam credibile eſt Dodwello, qui ſcripſerat ad Moylium (p. 347.) ſe non agnoſcere barbariſmos in Philopatride Luciano indignos. Quod quidem excidiſſe viro mirarer, niſi illum aliis rebus omnibus, quam λόγων κρίσει operam dediſſe, appareret.

XXVI. Igitur neque Luciano antiquior neque ipſius Luciani eſt Philopatris: ſed junioris auctoris, & Samoſatenſem imitati, quod §. 10. monuimus. Juniorem Luciano ſuſpicatus fuerat etiam Dodwellus, ut vidimus. Suſpicatus etiam fuerat vir, dum viveret, doctiſſimus MATURINUS VEYSSIERE LA CROZE, idque indicaverat in ſpecimine obſervationum hiſtoricarum in Lucianum (*c*): ac poſtea declaravit, edita jam hac diſputatione in literis ad veterem & ſummum amicum meum C. A. HEUMANNUM (*d*). Ponit nempe characteres hiſtoricos, *virgines Cretae caeſas*, non ſatis, puto, feliciter, ut ad c. 13. oſtendiſſe mihi videor, deinde ex fine dialogi *Aegyptum in officio non manentem, Arabiam & Suſam brevi vincendam, ſupercilium Perſarum* (Palmyram) *dejectum*: quae quidem commode applicari ad Aurelianum poſſe, certum eſt. Supereſt, ut animadvertant lectores, ſint ne ea a nobis prolata in his quae ſequuntur, quae excludant Aurelianum. Mihi quidem ita videtur.

XXVII. Quanta cum aſſeveratione juniorem Luciano faciat Philopatrin MOYLIUS, indicatum eſt. Etiam hoc recte vidit, ſub imperatore Chriſtiano non auſurum fuiſſe quemquam in libello, quo illi adulatum veniret, adeo irriſui habere religionem Chriſtianam. Itaque removit a bona aetate quantum potuit Philopatrin, ſcriptumque Diocletiano rerum potiente voluit. Hic itaque omnium proxime ab ea ſententia abeſt, quam mox proponemus, ubi, cur in Diocletianum non videatur competere, oſtenderimus. Nam ſi hoc planum fecerimus, nihil nobis obſtat, ſi quaedam ſint, quae ad Diocletianum & A. C. CCXCVII, hunc

(*a*) *The works of Walter Moyle Eſq. none of which were ever before publiſh'd, in two Vol. Lond.* 1726. 8. P. 388.

(*b*) In *Primitive Chriſtianity reviv'd* vol. 4. p. 381.

(*c*) Inſertum id eſt Miſcellaneis Academiae Berolin. T. I. n. 4. p. 27. ſeq.

(*d*) Qui illas publici juris fecit in Poecile 1, 3, 7. p. 438.

hunc enim poſt fluctuationem aliquam ponit, referri poſſint. Itaque dicto Diocletiani tempori repugnat primo, quod in dialogo noſtro unius modo αὐτοκράτορος fit mentio: Diocletianus autem reportatæ victoriæ Perſicæ tempore, quemcunque demum illi annum aſſignes, collegam habuit poteſtate ſibi aequatum, Herculium. Non videtur autem, quod in monumentis publicis tum obſervabatur, neglectum a Sophiſta famelico, quod genus plures adulatione complecti ſolet. Deinde ſenex illa tempeſtate fuit Diocletianus, eamque cauſſam allegavit deponendæ mox purpuræ (*a*): ut alia argumenta (*b*) taceamus, quibus illud poteſt confici. In fine Philopatridis autem non ſibi tantum, ſed liberis ſuis ad felicitatem ſufficere ſibit Critias dies imperatoris, quod nimis ridiculum eſt in ſene imperatore dicere, qui ſibi Caeſarem jam aſſumſerat. Sunt caetera in illa parte hiſtoriæ, quantum ad annorum rationes, valde impedita, & varie a viris ſummis diſputata. Haec duo tamen quæ diximus, in quantum ad noſtram cauſſam pertinent, controverſiam, quod ſciam, non habent. Sed puto, ipſum Moylium, ut erat vir in ſumma doctrina candidiſſimus, ſi viveret ac legeret, quae jam porro dabimus, ſua ſententia relicta ad noſtram tranſiturum eſſe.

XXVIII. Occaſio illius nobis fuit, idemque argumentum, ut mihi videtur, minime infirmum, locus, ubi hoc colloquium haberi, ſcena in qua hac velut fabula agi fingitur. Hunc locum, hanc ſcenam Conſtantinopolin, Chriſtianorum μέγαν οἶκον ἀνάκτων, ut ille ait (*c*), fuiſſe ita colligo. Sub initium dialogi c. 4. haec Triephontis verba relata ſunt βαβαὶ τοῦ ἀναφυσήματος, ὡς τὰς νεφέλας διέσρεψε. ζεφύρου γὰρ ἐπιπνέοντος λάβρου, καὶ τοῖς κύμασιν ἐπαθίζοντος, βορέην ἄρτι ἀνὰ τὸν Προποντίδα κεκινηκὰς, ὡς διὰ κάλων αἱ ὁλκάδες τὸν Εὔξεινον πόντον οἰχήσονται, τῶν κυμάτων ἐπικυλινδούντων ἐκ τοῦ φυσήματος. Aguntur itaque haec in littore Propontidos: qui loquuntur a fronte hanc ipſam Propontidem & auſtrum, a tergo Euxinum Pontum & ſeptentriones habent. Si enim ſpiritus vehementior ore erumpens boream in Propontide debet excitare, ut haec non ita ſe habeant, fieri non poteſt. Igitur ad Boſporum Thracicum res geſta eſt, ſeu anguſtias illas, quæ Propontida ab Euxino Ponto dirimunt, verbo Conſtantinopoli. Non improbabilis autem conjectura eſt, hunc dialogum in ea ſcriptum urbe eſſe, quæ tum caput rerum & ſedes eſſet imperii. Imperatori enim victoriam gratulatur auctor, quod majori, credo, celebritate in urbe quam in Provinciis ſolet fieri. Quid quod urbis κατ' ἐξοχὴν dictæ aliquoties meminit, aurata item tecta commemorat, qualia ante Conſtantini profuſum aedificandi & exornandi eam urbem ſtudium, Byzantii fuiſſe, mihi non fit veroſimile, licet moenium robora olim celebrata ſint. Neque Aegyptii menſis nomen, Meſori, ab hac me ſententia poteſt dimovere; quare enim eo utatur Auctor, ſatis puto, eſt ad c. 22. indicatum. Si igitur in Conſtantini urbe ſcriptus eſt Philopatris, certe actus eſſe fingitur; non poteſt non ſaltem Conſtantini aevo eſſe ſuppar, Luciano autem ſesquiſaeculo ad minimum junior.

XXIX. Si corradere omnia & congerere animus eſſet, quæ in hanc rem dici queant, forte colore aliquo illud poſſet imbui, ab auctore dialogi imaginem Paulli Apoſtoli in templo viſam (*d*): jam imagines in templis ante A. C. CCC adhiberi non ſolitas: conſequens igitur eſſe, ut poſt id tempus ſcriptus ſit Philopatris. Sed gratis illud a THEOPHILO aſſumtum, apparet. Illud forte majorem ſpeciem habet, quod jam BARONIUS (*e*) templum ſeu baſi icam deprehendere ſibi viſus eſt in illis dialogi verbis c. 23. καὶ δὴ διήλθομεν σιδηρέας τε πύλας καὶ χαλκέους οὐδοὺς, ἀναβάθρας δὲ πλείσας περικυκλωσάμενοι, ἐς χρυσόροφον οἶκον ἐσήλθομεν κ. τ. λ. Ac il-

(*a*) *Lactant.* de Mort. Perſ. c. 18. qui etiam paſſim *ſenem* & *ſeniorem* circa haec tempora appellat.

(*b*) V. G. quod apud Vopiſcum Numeria. c. 14 miratur Diocletianus jam eo tempore quo Aurelianus adipiſcebatur imperium, i. e. A. CCLXX, ſe poſt multos a ſe apros interfectos nondum conſecutum eſſe promiſſum ſibi Druidae Vaticinio imperium &c.

(*c*) *Dionyſ. Perieg.* verſ. 355.

(*d*) Quod viſum eſt *Theophilo Raynaudo* Erotemat. de libris bonis & malis p. 195.

(*e*) Ad A.C. 57. §. 101.

illum quidem non esse audiendum, jam BLONDELLUS (*a*) olim demonstravit. Sed melius fortasse procedet, si invertamus argumentum Baronii, atque ita dicamus: quia basilicæ sumtuosæ meminit auctor dialogi, tales autem basilicæ Constantini demum aetate & post aedificari coeptæ sunt, inde sequi, dialogum nostrum non ante Constantini tempora fuisse scriptum. Verum enim vero ne ita rationes putem, primo illud obstat, quod non usque adeo certum confessumque est, templa & basilicas majores pretiosioresque ante Constantini imperium non extitisse: LACTANTIUS (*b*) certe meminit Ecclesiæ, quam editissimam vocat, a Diocletiano & Maximiano A. C. CCCIIII destructæ, quæ aliquot minimum annis ante, forte jam sub Alexandro Severo fuerat condita. Deinde si certissimum etiam sit, post Constantini ad nostros accessum basilicas aedificari demum coeptas, nolim tamen ex hoc loco quidquam de aetate auctoris inferre, cum probabile non videatur, basilicam, quam ecclesiam aetas illa vocabat, intelligi velle Critiam. Atque ita aliquoties nobis laudatus DAVID BLONDELLUS adversus BARONIUM disputat, *cum nihil occurrere* ait *praeter coenaculum in ipso privatae domus fastigio constratum, affixo nullo crucis titulo insigne, quoque vix per multiplices scalarum gyros Critiae, manuducente alio, evadere licuerit.* Adde, non reperisse Critiam concionem omnis generis hominum, juvenes, mulieres, viros, senes, sed ἄνδρας aliquot ἐπικεκυφότας καὶ κατορχουμένους, qui obviam procedentes sermones cum illo miscuerunt. Nec ex *Persarum* nomine, quo utitur noster c. 29. efficere quidquam conabor. Quanquam enim satis constat, anno demum CCXXX. aut CCXXVI. ut ANTONIO PAGI placet, aeræ vulgaris, Artaxerxe duce, Persas pristinum Imperii decus, ademtum Parthis, qui plus CCCC. annis illud tenuerant, recuperasse, minus tamen hac parte sibi constare scriptores, & DODWELLUS monuit (*c*), & infinitis auctorum locis comprobatur. Meliora proinde cautae praesidia circumspicienda sentio.

XXX. Succenturiabo igitur aliud, validum, opinor, & quod non ita facile loco se pelli patiatur. Scilicet bis occurrit in Philopatride mentio τῶν ἐξισωτῶν, c. 19. & 20. Qui vero essent ἐξισωταὶ, quod illorum munus, ibi dictum est. Hic illud monere e re mea est, non occurrere antiquiorem, quantum sedulo inquirenti reperire licuit, qui ea voce usus sit, vel ipsius adeo muneris mentionem fecerit, EUSEBIO (*d*) Nicomediensi, qui originem, ni fallor, exposuit. Subjeci ipsa verba, ne fucum facere lectoribus velle videar, Ἐπεὶ δὲ ἕτεροι τὰς τῶν πρότερον κρατούντων τῆς γῆς καταμετρήσεις κατεμέμφοντο, βεβαρῆσθαι αὐτῶν τὴν χώραν καταιτιώμενοι· πάλιν κἀνταῦθα θεσμῷ δικαιοτάτῳ ἄνδρας ἐξισωτὰς κατέπεμπε, τοὺς τὸ ἀζήμιον τοῖς δεηθεῖσι παρέξοντας. Apparet, si nihil aliunde adferatur, quod prohibeat, commode verba EUSEBII de prima hujus muneris origine posse intelligi. Occasio mittendi Peraequatores indicatur, justitia in ea re Constantini laudatur, quod non adeo magnam vim haberet, nisi ille primus id beneficii tribuere oppressis instituisset. At loquitur, tanquam de hominibus olim notis EUSEBIUS. Recte illud quidem. Quo enim tempore haec scribebat, noti fuere. Ante Constantini aetatem potuerunt fuisse incogniti. Eusebium quasi agmine facto deinde sequuntur GREGORIUS NAZIANZENUS, BASILIUS, Imperatores aliquot in codice Theodosiano & Novellis, & reliqui. Haec ipsa causa est, quod Lexicographi communiter hanc vocem omittunt, ad glossaria scilicet lapsae Graecitatis eam relegantes. Idem dicendum de nomine Πολιτικὸς c. 19. in quantum ἐξισωτὴν significat. Atque ista quidem generaliter hic monuisse sufficiat. Ita Galilaeos quod vocat Triepho Christianos, aut recentio-

(*a*) De Episcopis & Presbytt. l. c. Josephus etiam Mede ex hoc loco probare volebat, templa jam Trajani aevo exstrui solita, refutatus ab Ill. Boehemero Dissert. Jur. Eccl. ad *Plinium* & *Tertull.* 2, 13. p. 52. nescio quam bene, cum *aurea* illa *tecta* ironice pro miseris & pauperibus, accipit, quod etiam ab *Blancurtio* factum video. Nostra in neutram partem aliquid refert.

(*b*) De mortibus persecut. c. XII.

(*c*) Diss. de Isidoro Characeno §. 4. p. 62. Add. *Spanhem.* ad Julian. Or. 1. p. 123. 149.

(*d*) De vita Constantini 4, 3.

tioris multum Luciano ſcriptoris, aut antiquiſſimi indicium credimus: cum vero antiquiſſimum non eſſe, vel ſolus Artemidorus in eo laudatus arguat, conſequens eſt ut recentiorem dicamus. Sed & hanc diſputationem commodius differemus. Caeterum hoc referre fere audeam, quod πολυάτχολος μαθηματικὴ vocatur, inſolito bonis ſcriptoribus duplicandi ſeu componendi genere, & neſcio quid affectatæ fucataeque dictionis ſapiente, quæ ſeculo quarto, & deinceps paullatim in Graeciam a priſtino candore deflectentem irrepere coepit. ξυνωρὶς apud antiquos, quantum conſtare mihi potuit, tantum de biga equorum vel mulorum adhibetur; apud noſtrum in fine dialogi τὸ καλὴ ξυνωρὶς de amicorum pari dicitur, quomodo etiam apud eum, qui vitam Gregorii Nazianzeni ſcripſit, ζηλωτὴ ξυνωρὶς de Gregorii & Baſilii amicitia, & ſaepius deinde apud ſequiores dictum reperio. Sic κράτος pro Imperatore in ipſo fine libelli poſitum ex Nazianzeno illuſtravimus. Sed de uſu talium vocabulorum, nolim profecto contendere vehementius. Fieri enim facillime in tanta ſcriptorum Graecorum copia poteſt, quibus legendis vix aetas ſufficeret, nedum memoria comprehendendis, & inopia Lexicorum, ut egregie fallatur aliquis, in primis ſi non ſoleat ſcripto omnia obſervata ſua committere (*a*). Arbitror autem, cum multa concurrunt τεκμήρια, quæ ſingula quidem poſſent oratione elevari, quaedam etiam ratione rejici, hominis eſſe impudentis, omnia velle repellere, praeſertim ſi quaedam illorum ad majorem paullo probabilitatis gradum accedant, & nihil caeteroquin ſit, quo ſententia, quæ hoc modo probatur, everti poſſit.

XXXI. Igitur venio tandem ad ultimum eorum, quæ dicere mihi propoſueram, caput, idque in tota hac diſputatione praecipuum. Nempe ſub Juliani τοῦ ἐν ἀθέοις, ut vocant noſtri, vel Apoſtatae imperio, & eo quidem tempore ſcriptum ajo Philopatridem, cum primum nuncius de felici expeditionis Perſicæ ſucceſſu Conſtantinopolin adferretur. Scriptum autem a gentili homine, forte Luciano, Sophiſta & ipſo, Lucianeo certe more, qui Chriſtianorum ominibus praedictionibusque explosis, Imperatori victoriam Perſicam gratulatus, felices porro ſucceſſus, victoriasque innumerabiles apprecetur. Cum primum iſta ante hoſce XXV annos proponerem, faciebam, quod aetatem & conditionem meam decebat, uti deprecarer invidiam novitatis apud Theologos, qui fidem Ante-Nicenam ſolent ex hoc dialogo oſtendere. Hoc jam opus eſſe non puto. Niſi enim actus tot annis docendi & vivendi tenor me purgaverit his, quibus me probari oportet, fruſtra veniam mellitiſſimis etiam verbis poſtulem. Quare ſtatim ad probandum quod ſuſcepi progrediar.

XXXII. Primum autem illud meminiſſe te, mi Lector, velim, ſupra probabile admodum factum a nobis eſſe, in Conſtantini urbe, quæ jam tum ita vocaretur, ſcriptum eſſe Philopatridem. Nunc addendum hoc eſt, nunquam auſurum fuiſſe gentilem hominem, Chriſtiano Imperatore, acerbe adeo Chriſtianos, & ſcripturas divinitus nobis traditas traducere, & deridiculo delectamentoque ſibi habere, ac fecit hujus dialogi auctor. Licet enim non vi atque ſuppliciis in gentiles, ſi quiete alias ſe gererent, animadverterint ſanctam noſtram fidem amplexi Imperatores (*b*), vix tamen id videntur fuiſſe paſſuri, ut aperte quis illam conviciis proſcinderet. Si enim capital eſſe juſſerunt Conſtantius, Theodoſius, Imperatores alii, ſi quis gentili ritu ſacrificaret, aut haruſpicinam exerceret (*c*): ſi capite puniendum cenſuere Theodoſius & Valentinianus (*d*), qui ſervum ſeu ingenuum, invitum ſeu ſuaſione ex cultu Chriſtianæ religionis in nefandam ſectam ritumve traduxiſſet: quid putemus illi factum, qui apertam adeo contumeliam inferre Chriſtianis eſſet auſus? Relinquitur igitur, ſub Imperatore Conſtantinopolitano, qui idem gentilis eſſet, venenum ſuum effu-

(*a*) Sic deprehendi apud *Euripidem* Phoeniſſ. 1092. ξυνωρὶς τέκνων. Et tamen puto, uſum noſtri auctoris ſuo id eſt quarto ſeneſcenti ſaeculo deberi.

(*b*) Vid. L. 6. Cod. de paganis & ſacrificiis.

(*c*) Vid. tit. Cod. de paganis.

(*d*) L. 5. Cod. de Apoſtatis.

effudisse Philopatridos auctorem, sub quo scilicet non impune solum id laturus erat, sed favorem etiam & forte dona meriturus. Alius autem non occurrit, quam Julianus Apostata, quo Imperatore & licentiam habuit, & proposita praemia, quisquis has nugas procudit.

XXXIII. Deinde victoria de Persis, quae sub finem dialogi celebratur, & occasionem scribendo dedisse videtur, si in quem alium, in Julianum certe convenit. Jam ab initio suscepti imperii magna vi expeditionem Persicam moliebatur, eosque ab initio successus fortunae habuit, qui epinicio utique essent digni. Si nihil aliud, magnum certe erat, desiisse Romanum imperium vinci a Persis, & vincere posse iterum didicisse, postquam infeliciter adeo Constantius rem adversus crudelissimam gentem gesserat. Placet EUTROPII verba 10, 6. quia sunt brevissima, adscribere: *Diversa Constantii fortuna fuit. A Persis enim multa & gravia perpessus, saepe captis oppidis, obsessis urbibus, caesis exercitibus: nullumque ei contra Saporem prosperum praelium fuit: nisi quod apud Singaram, haud dubiam victoriam ferocia militum amisit.* Post has clades utique contemnenda non erant, quae Julianus brevi adeo tempore feliciter gessit. Facilis labor esset, sed nimium lectoribus longus, parum autem, ad hanc quidem rem necessarius, ex AMMIANO MARCELLINO, ZOSIMO, LIBANIO (*a*), & reliquis, quo apparatu, quas res, quo tempore gesserit, explicare: quare contenti iterum EUTROPII erimus brevitate, qui 10, 8. *Julianus*, inquit, *ingenti apparatu Parthis intulit bellum, cui expeditioni ego quoque interfui. Aliquot oppida & castella Persarum in deditionem accepit, vel vi oppugnavit. Assyriamque populatus, castra apud Ctesiphontem stativa aliquandiu habuit: remeansque victor, dum se inconsultius praeliis inserit, hostili manu interfectus est.* Addere fas sit, quod ZOSIMUS post enarratas 3, 12--29. res gestas Juliani, ἀπέθανεν, inquit, οὐ πόῤῥω τῶν Περσῶν ἡγεμονίαν τῆς ἀπωλείας κατασήσας ἐσχάτης. Et c. 28. de Bersabora urbe capta dixerat. Ἐντεῦθεν οὐκ ἡ τυχοῦσα τῇ Ῥωμαίων ἀξιώματι προσεγένετο δόξα, πόλεως μεγάλης, καὶ τῶν ἐν Ἀσσυρίᾳ μετὰ Κτησιφῶντα μεγίστης, οὕτω δὲ ἰσχυρωμένης, ἐν δύο μόναις ἡμέραις κατὰ κράτος ἁλούσης. Sublatum igitur Constantii cladibus Persarum supercilium, Juliani cecidit victoriis. Sed in proclivi etiam est illud probare, has ipsas Juliani victorias, mirifice, & hyperbolikῶς etiam ab iis, qui Imperatori faverent, esse celebratas. Audiamus GREGORIUM NAZIANZENUM (*b*), qui, cum de expeditione Persica sermo est, τὰ μὲν οὖν πρῶτα, inquit, τῆς ἐγχειρήσεως αὐτῷ (Juliano) καὶ λίαν νεανικὰ (*c*), καὶ πολλοῖς τῶν τὰ ἐκείνου φρονούντων περιβεβοημένα. Alio loco (*d*) ita insultat epiniciis & gratulationibus Juliano dictis, ut mihi quidem minime obscure ad hunc ipsum Philopatrin respexisse videatur: ποῦ Βαβυλὼν ἡ ἔνδοξος θρυλλουμένη, καὶ οἰκουμένη πᾶσα περινοουμένη, ποῦ δὲ οἱ ἐν τῇ χειρὶ κρατούμενοι Πέρσαι καὶ Μῆδοι; κ. τ. λ. Babylonis interitum spondet noster Cleolaus, cum inter alia hoc relinquere se dicit liberis suis, ὡς ἴδωσι Βαβυλῶνα ἁλυμένην. Et ipsum etiam Julianum spe praecepisse Babylonis expugnationem, AMMIANUS MARCELLINUS auctor est, apud quem 23, 3. *ostento equi, Babylonii nomine, humi sese prae dolore provolventis, laetior Julianus exclamavit, plaudentibus proximis, Babylona humi procidisse.* Alterum vero illud, ποῦ δὲ οἱ ἐν τῇ χειρὶ κρατούμενοι Πέρσαι καὶ Μῆδοι; manifeste cum illis Cleolai verbis consPirat: Πέπτωκεν ὀφρὺς ἡ πάλαι βωμένη Περσῶν —— Χειρὶ κρατοῦντος εὐσθενωτάτῳ κράτει. Si quis vero nobis objiciat, nec Susa a Juliano occupata, nec in Arabia quidquam rei gestum, nec Aegyptum perdomitam, illi jam est respondendum.

XXXIV. Quin

(*a*) Orationibus duabus in Juliani necem habitis quae To. 2. locum in c opera ejus, ut sunt a *Morello* edita, obtinent. it. de vita sua p. 44. seq. T. 2. Multa de iisdem rebus idem *Libanius* in Orat. de Juliani nece ulciscenda, & altera parentali, quae volumine VII. Bibl. Gr. *Fabricianae* primum editae sunt. Vid. V. G. p. 175. seq. & ibi *Olear.*

(*b*) Oratione στηλιτ. II. inter reliquas orationes IV, p. 114. edit. Billii.

(*c*) De hac voce vid. *Jo. Andr. Bosius* in exerc. Philol. ad 1. *Tim.* II, 22. p. 13.

(*d*) p. 123. ib.

XXXIV. Quin respondit jam bonam partem pro nobis Gregorius, verbis proxime a nobis adductis, quibus vanas hominum spes, & praesumtas animis victorias ridet: imprimis autem id locum habere debet, cum ita loquitur Cleolaus, ut nunc praeeunte La Crozio a nobis versiculi illi interpuncti sunt, ut praeter *collapsum Persarum supercilium* reliqua verbis futuri temporis efferantur omnia. Quis vero nescit, epinicia, panegyricos, & id genus scriptiones, ad adulationem compositas, plerumque, si non mendaciorum, certe spei ominumque quam rerum gestarum plus continere? De iis igitur, quae tanquam futura spondet Cleolaus, GREGORIO ita factum ab adulatoribus confirmante, non erimus soliciti. Quod si quis durior paullo illud δ' vel δὲ perperam omissum dicat, idque indicio esse contendat, incidendum aut interpungendum adeo esse demum post ἄρχειν illi tamen non absurdum videri debet, si dicamus, de Susis aut rumorem falsum tum Constantinopolim allatum, ut hodienum fieri singulis fere diebus assolet, aut imitatum illud esse Cleolaum, quod vatibus, non falsis minus quam veris, in more positum est, ut, quas res certo futuras aut sciunt, aut imaginantur, eas tanquam factas atque praeteritas hominum oculis animisque repraesentent. Quin historicos etiam qui se dicerent, non immunes ab ea vanitate olim fuisse in conscribendae historiae praeceptis Lucianus memorat c. 31. Ἦδη δ' ἐγώ τινος καὶ τὰ μέλλοντα συγγεγραφηκότος ἤκουσα, καὶ τὴν λῆψιν Οὐολογέσου καὶ τὴν Ὀσρόου σφαγὴν κ. τ. λ. De Parthis & hic mentiebatur. Caeterum qua spe prosecuti sint Julianum amici, LIBANIUS (*a*) indicat, cum Deos rogat, velint, jubeant, ἡμετέρων ἁρπαγὰν ἐν Σούσοις δειπνῆσαι Περσῶν οἰνοχοούντων. ταῦτα εὔχεσθαι καλὸν, ταῦτα εὔλογον προσδοκᾶν. Nec post obitum Imperatoris, se aliosque ea spe fuisse, dissimulat idem Sophista, cum alteram in necem illius orationem (*b*) ita auspicatur: ᾄδει μὲν, ὦ παρόντες, ἅπερ ἤλπιζον ἐγώ τε καὶ πάντες ἄνθρωποι, τὸ τέλος εἰληφέναι καὶ τὴν τῶν Περσῶν ἀρχὴν νυνὶ καταλελῦσθαι· τῆς δὲ ἐκείνων γῆς Ῥωμαίους ἄρχοντας ἀντὶ Σατραπῶν ἐπιμελεῖσθαι νόμοις ἡμετέροις κ. τ. λ. & post multa alia (*c*) Ἡμεῖς μὲν φάμεθα τὴν Περσῶν ἅπασαν μέρος Ῥωμαίων ἔσεσθαι κ. τ. λ. Nec parum ad rem nostram facit, quod idem LIBANIUS cum feliciter & strenue a Juliano gesta retulisset, καὶ τούτων, inquit, (*d*) ἅπασῶν ἡγεμὼν μὲν οὐδεὶς, τὴν δὲ τῶν ὁρώντων ἡμεῖς ἡδονὴν ἡδόμεθα, πιστεύοντες, ἃ δὴ καὶ ἐγίγνετο, γενήσεσθαι. Si enim oratoris flosculos demas, illud certe relinquitur, incertos & sine auctore rumores, ex studiis, ut fit, hominum ortos, praecessisse tantae felicitatis nuncium. Quod enim Antiochiae factum est, loco Persiae propiori, quin aeque Constantinopoli sit factum, nihil impedit.

XXXV. Quod vero Aegyptum δεδουλωμένην filiis relicturum se sperat Triepho, id mirum alicui videri queat, cum de Aegyptiis imperii Romani hostibus, vel rebellibus potius, in Juliani historia nulla fiat mentio. Sed in hoc ipso etiam praesidium caussae meae invenisse mihi videor. Scilicet Aegyptii, ab innata animis levitate, ad seditiones & res novas fuere semper quam maxime proclives (*e*): nec postquam Christiana inter eos religio invaluit, populare hoc vitium exuerunt, ut potius haec ipsa saepe turbarum maximarum & periculosissimarum occasionem, innocens tamen ipsa per se, demta hominum malitia, praebuerit (*f*). Aetate Juliani, imprimis Alexandriae aliquoties ingentes turbae, caedes etiam & aedium expugnationes, ex dissensione Arianorum & recte sentientium, sed recte non semper

(*a*) Orat. VIII. quae est Panegyr. in Julian. p. 250. To. 2.

(*b*) Tom. 2. x mam p. 260.

(*c*) p. 325. D.

(*d*) De Vita sua p. 45. A.

(*e*) Ita sub saeculi tertii finem Achilleo duce tota fere Aegyptus rebellavit, ab Imperatore Diocletiano ea caussa pervastata, ut testatur in Chronico Eusebius circa A. C. 295.

(*f*) Videnda quae de hoc Aegyptiorum ingenio *Jac. Gothofredus* ad Cod. Theod. L. 1. de defensoribus civit. L. 3. de his qui super relig. L. unica de his qui plebem audent, denique L. 31. de his quorum appellationes, magna industria & doctrina incomparabili congessit, quae huc transcribere nihil attinet.

per viventium exortæ, graviter urbem illam & rempublicam concuſſerunt: de quibus nemo tacuit, qui de Hiſtoria Eccleſiaſtica illorum temporum ſcripto aliquid mandatum reliquit. Habentur etiam epiſtolæ aliquot imperatoris Juliani ad populum Alexandrinum, inter reliqua ejus opera editæ, quibus graviter ea de cauſſa illos objurgat. Probabile igitur eſt, aut agitaſſe Julianum conſilia, de compeſcenda atque opprimenda in perpetuum illa animorum ad ſeditiones proclivitate, aut Cleolaum certe optaſſe, grave adeo jugum imponi Aegyptiis, ut ſub illius onere ſuperbiæ, ex qua oriri fere ſolent contumeliæ atque ſeditiones, obliviſcerentur. Quomodo autem quæ de Aegypto hic dicuntur cum DODWELLI ſententia (de qua §. 15. diximus) conciliari queant, non video. LUCIANUS cum Aegypti procurationem ſibi creditam refert (*a*) ut pacatæ Provinciæ meminit, eodem tempore quo iſta ſcripſiſſe illum vult DODWELLUS; & SPARTIANUS (*b*) quo loco perſecutionis adverſum Chriſtianos decretæ meminit, ſtatim gratiæ Imperatoriæ adverſum Alexandrinos, Aegyptiorum fere primos, ſpecimen adfert, jus *Bulentarum illis attributum*. Sed nondum a DODWELLO diſcedo. Putabat enim vir doctiſſimus, quod Arabes inter hoſtes imperii Romani referantur, clare ſatis indicare, Severo imperante ſcriptum Philopatrin, ut qui poſt Trajanum ſolus Arabas bello petiverit. Et fateor, vim haud exiguam hujus argumenti futuram, niſi aliæ rationes abjudicarent Luciano Philopatrin, atque Juliani temporibus vindicarent. Quæ cum ita ſint, vitio verti nobis non poteſt, ſi ad ſpem Cleolai referamus, quæ de Arabibus, inquieta gente & latrociniis infami, Cleolaus ſpondet: imprimis cum τὴν οἰκουμένην περινοουμένην ex NAZIANZENO viderimus. Licet enim Petraea Arabia jam a Trajano redacta ſit; tamen Nomades illi & Scenitae Arabes, in quibus & Saraceni, ſubigi non potuerunt. De utraque Arabia quæ dicta noſtra firment protulit e ſuis theſauris Ez. SPANHEMIUS (*c*), qui etiam multa collegit (*d*) e quibus intelligamus, optabile fuiſſe eo tempore, quo Philopatrin ſcriptum cenſemus, videre, quod optat Triephon, τὰς ἐκδρομὰς τῶν Σκυθῶν πενομένας.

XXXVI. Adhuc igitur bene ſibi conſtant omnia, ut feliciter ac ſtrenue geſta, quæ in Philopatride celebrantur, illa poſſint eſſe, quæ Julianus ſub initium expeditionis Perſicæ perfecit. Videamus reliqua an ſententiæ noſtræ faveant. Inducuntur Chriſtiani male adfecti erga Imperatorem, &, ut interpretatur auctor, ipſam patriam. Chriſtiani inquam. Neque enim aſſentiri poſſum BASNAGIO (*e*), qui negat in ultima dialogi parte de Chriſtianis ſermonem eſſe, ne Baronio concedere cogatur, templum ibi deſcribi, templaque adeo fuiſſe diu ante Conſtantinum: ſed mathematicos fuiſſe ait, & ob id ipſum non Chriſtianos. Verum qui attente & dialogi verba, & quæ nos ibi adſcripſimus legerit, inveniet, negari potius, eſſe illos mathematicos; illasque de rebus caeleſtibus interrogationes potius ad ludibrium pertinere. Porro dicit Basnagius, Triephontem, qui ut Chriſtianis ſacris initiatus introducatur in priori parte dialogi, in fine ipſum quoque maledicere illis male erga Imperatorem affectis: hos ergo non videri Chriſtianos. At Triephon ita de ſua initiatione loquitur, ut ſatis appareat, illum ludibrio habere & magiſtrum illum ſuum & totam religionem. Qui ergo priori parte libelli ridet Chriſtianos, illum non mirum eſt eosdem in poſteriore parte accuſare ut male animatos adverſus imperatorem. Caeterum hi male animati deſcribuntur, ut homines aſcetae, jejuniis, vigiliis malis, veſtibus, & duro victu ſe macerantes, de magnis rerum converſionibus loquentes, hymnos canentes, quales Juliani aetati multos fuiſſe Chriſtianos, longiori probatione non indiget. Chriſtiani ergo inducuntur male ominantes reipublicæ, μεταλλαγοῦσιν, ajunt, τὰ πράγματα, ταραχαὶ τὴν πόλιν

(*a*) Apol. *pro Merced Cond.* c. 12.
(*b*) In Severo c. 17.
(*c*) Ad Juliani Or. 1. p. 164. ſeq.
(*d*) Ibid. p. 51. ſeq.
(*e*) Annal. Eccleſ. ad A. C. 213. n. 3. p. 267.

λιν καταλήψονται, τὰ κρατύπεδα ἥττονα τῶν ἐναντίων γενήσονται· & aliud illorum dictum, tanquam nimis mali ominis reticet Critias. Haec minime profecto conveniunt in ea tempora, quibus oppreſſa adhuc gentilium multitudine gemebat eccleſia; (quidni enim liceat hic transeundo quaſi confirmare quæ ſupra dicta ſunt) tunc enim gentiles quidem calamitates omnes, ſtrages exercituum, terræ motus, famem, ſterilitatem, inundationes, publica omnia mala Chriſtianis imputabant: horum vero erat oſtendere, nihil tum accidere quod non olim accidiſſet, quin nunquam fuiſſe felicius Romanum imperium, quam exorta & invaleſcente Chriſtiana religione. De Imperatoribus autem qui tum viverent, non niſi maxima cum veneratione & fauſtis ominibus loquebantur, tantum aberat, ut aut imperii mutationem, aut exercituum clades, aut ſimile quid auderent praedicere. Atque de his nemo dubitabit, niſi qui in antiquorum Eccleſiæ Doctorum ſcriptis, apologeticis imprimis, plane ſit hoſpes. Speciatim Severi aetate, qua ſcriptum tamen vult Philopatrin H. Dodwellus, ita ſe rem habuiſſe, e Tertulliani Apologetico ſatis conſtat. Quod autem is quem modo laudavi Dodwellus mala Chriſtianorum, mundi finem in dies expectantium, de rep. Romana auguria occaſionem perſecutioni dediſſe autumat, cui praeluſerit hac παιδιᾷ Lucianus, in eo ratio fugit virum doctiſſimum. Saltem in locis ab ipſo adductis nihil eſt praeſidii. Eusebius enim (*a*) & Hieronymus (*b*), qui illum fere ad verbum expreſſit, de Juda Chronographo diſerte affirmant, eum Severianæ perſecutionis atrocitate motum, in decimum illius annum Anti-Chriſti adventum, finemque mundi contuliſſe. Perſecutionis igitur atrocitas, ut finem mundi imminere crederet Judas, eum permovit: non, ut Dodwellus interpretatur, praedictio Chriſtianorum de fine mundi, perſecutioni occaſionem (*c*) praebuit. Fit haec vel inde probabilis ſententia, quod de Nerone (*d*) Anti-Chriſto ſimile quid creditum olim fuerit. Juliani autem aetate longe aliam rerum fuiſſe faciem conſtat. Sub Conſtantini M. imperio, alte caput Chriſtiana res extulerat. Propenſa, quia profuſa hujus Imperatoris in Epiſcopos voluntas atque benivolentia, tantum eis cum auctoritate conciliaverat ſupercilium, ut jam tum iniquitatis myſterium operari occulte in quibusdam occiperet. Luxuriari itaque jam & inſolentius efferri coeperant animi, ut mirum non ſit, cum ejurato veri Numinis cultu, ad gentilium Deorum, Solis imprimis veneracionem defeciſſet Julianus, non defuiſſe inter Chriſtianos, qui liberam vocem mittere auderent, infelicitatemque ipſi, tanquam homini impio, atque imperio ejus portenderent. Et ſane ingens cauſſa ſuberat, cur interitum ejus optarent Chriſtiani. Quid enim ſperare aliud poterant a victore reduce, quam bonorum direptiones, infamiam, & corporis etiam cruciatus atque ſupplicia? Quorſum multa ſunt in Gregorii Nazianzeni *orationibus Philippicis adverſus Imperatorem Julianum*, & alibi, quæ facile a nobis, ſi id quidem nunc ageremus, poſſent adferri: Illud tamen monuiſſe liceat, gentiles etiam ſpe majoris adverſum Chriſtianos licentiæ poſt reditum Juliani obtinendæ fuiſſe erectos. Ita Libanius (*e*) ſperaſſe inter alia ſe dicit, τοῖς ἱεροῖς ὑποχωρήσειν τοὺς τάφους, quorum ea procul dubio ſententia eſt, ſperaſſe, ut everſis martyrum tumulis idolorum fana in eorum locum reſtituerentur.

XXXVII. Probatum eſt, tum voluiſſe Chriſtianos tum potuiſſe paullo liberius de Juliano loqui: locutos eſſe, jam eſt auctoritate idoneorum ſcriptorum confirmandum. Ut taceam pervulgatum illud de Athanaſio, quem, cum ab Juliano pulſus Epiſcopatu ſuo, & ur-

(*a*) Hiſt. Eccleſ. 6, 7.

(*b*) De Scriptor. Eccl. c. 52.

(*c*) Veriorem perſecutionis occaſionem ex *Tertulliano* adfert *Chriſtianus Kortholtus* de perſecutionibus c. 6. §. 7. p. 260.

(*d*) Vivum nimirum aſſervari alicubi credebant ut Anti-Chriſtum aut ipſe ageret ſub finem mundi, aut ejus ſaltem praecurſor eſſet. quorſum videndus *Lactantius* de mortibus perſecutorum c. 2. & *Auguſtinus* de civit. Dei 20, 16.

(*e*) Orat. 11. in necem Jul. T. 2. opp. p. 326. Add. quae ad ejusd. *Libanii* librum de ulciſc. morte Juliani §. 5. p. 149. ab *Oleario* notata ſunt.

urbe Alexandria excederet, dixiſſe ferunt : *cedamus, amici, nubecula eſt cito tranſitura* (*a*). Item alterum illud de Paedagogo Antiochienſi, qui interrogatus paucis ante Juliani obitum diebus : ecquid ageret Fabri filius? (Chriſtum putabat) capulum Juliano parare, reſpondiſſe traditur (*b*). Hoc ut taceam, locuples hiſtoriæ horum temporum auctor AMMIANUS MARCELLINUS 32, 12. haec habet : *quae maximis moliminibus feſtinari cernentes* (loquitur de praeparatione expeditionis Perſicæ) *obtrectatores deſides & maligni, unius corporis permutatione tot cieri turbas intempeſtivas, indignum & pernicioſum eſſe ſtrepebant, ſtudium omne in differendo procinctu ponentes : & dictitabant his praeſentibus, quos audita referre ad imperatorem poſſe rebantur, eum, ni ſedatius ageret, immodica rerum ſecundarum proſperitate, velut luxuriantes ubertate nimia fruges, bonis ſuis protinus occaſurum.* Quos *obtrectatores deſides & malignos* AMMIANUS gentilis homo vocat, Chriſtianos eum intelligere, VALESIUS obſervat ad hunc locum, & conferri ſecundam NAZIANZENI Philippicam jubet, in qua diverſa verbis, re habentur eadem. Idem AMMIANUS 23, 1. & 5. varia portenta atque omina refert, quæ a bello Julianum adverſus Perſas retinere debuiſſent. Cum vero eadem ſpreverit, qui tamen alias ſuperſtitionibus, vaticiniis, oraculis & ejusmodi nugis ad ſtuporem eſſet deditus (*c*), videtur haud abſimile vero, ſuſpicatum fuiſſe, Galilaeorum, ut ipſe Chriſtianos vocabat, fraude ea ſibi quaſi terriculamenta objici, ne victor reverſus gravius illorum cervicibus incumberet. Quid ? quod LIBANIUS Chriſtianos inſidiarum in Juliani caput ſtructarum, tum caedis etiam ipſius inſimulat. Qua in re ecquid veri inſit, jam non disquiro, neque etiam ſimpliciter vera eſſe, quæ in Philopatride de iis dicuntur, crediderim; hic modo, quæ fuerit tum de Chriſtianis inter Gentiles exiſtimatio, quaeritur. LIBANIUS igitur, cum (*d*) conſpiratum ſaepe in caput Juliani dixiſſet, quaeſiviſſetque quid cauſſae ſubeſſet, quod mitiſſimus Princeps inſidiis aliquoties eſſet petitus, *ἐγὼ δὲ*, ſubjicit, *τούτου τὴν αἰτίαν ἐν τῇ μνήμῃ τῆς ὀδυνηρᾶς ἐμοὶ τελευτῆς φράσω.* Deinde cum ad illum locum perventum eſt (*e*), primo a ſuorum aliquo interfectum eſſe arguit, quod nemo inter Perſas fuerit, qui promiſſum praeconis voce praemium illi qui tantum facinus auſus eſſet, vindicare ſibi voluerit: tum propius auctores caedis deſignat (*f*) (adſcribam enim verba, ſi forte interpunctione commoda clariora poſſim, quam primum intuenti videntur, reddere,) *οἷς γὰρ οὐκ ἐλυσιτέλει ζῆν, (οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ ζῶντες οὐ κατὰ τοὺς νόμους) πάλαι τε ἐπεβούλευον, καὶ τότε δυνηθέντες εἰργάσαντο. τῆς τε ἄλλης ἀδικίας αὐτοὺς ἀναγκαζούσης, οὐκ ἐχούσης ἐπὶ τῆς ἐκείνου βασιλείας ἐξουσίαν, καὶ μάλιστά γε τοῦ τιμᾶσθαι τοὺς θεούς, οὗ τὸ ἐναντίον ἐζήτουν.* (*g*) Eos igitur caedis reos facit, qui non vivebant ſecundum leges, ſuperſtitioſas ſcilicet & idololatricum quidquam habentes, quique Deos coli aegre ferebant, verbo Chriſtianos. Vix, qui haec cum cura inſpiciet, dubitabit, Chriſtianos peti in Philopatride eos, qui male Juliano ominari fuerant auſi.

XXXVIII. Antequam ab iis argumentis diſcedamus, quæ ex publica rerum facie, qualis ea tum erat, ſunt depromta, duo juvat paucis attingere. Unum eſt, laudari in Philopatride laetas Romani res imperii, & felicitatem temporum, cum interrogantibus Chriſtianis,

(*a*) Vid. *Ruſi.* H. E. 2, 3.

(*b*) *Theodorit.* H. E. 3, 18. cap. 19. autem Juliano cuidam monacho Imperatoris caedes eadem qua contigit hora revelata eſſe narratur. De Didymo Alexandrino Philoſopho ſimilia refert Sozom. 6, 2. Add. *Olear.* ad *Liban.* de Juliani morte ulciſc. p. 164. Maris Chalcedonenſis Epiſcopus quam contumelioſe Julianum tractaverit, narrat Socrates 3, 2. De tota multirudine Antiochienſium Chriſtianorum *Jo. Malela* Chron. P. 2. p. 15.

(*c*) Vid. *Ezech. Spanh.* in Praefatione, quam operibus Apoſtatae a ſe editis & ex parte illuſtratis praemiſit, fere circa medium, ubi luculenta tum Juliani ipſius, tum aliorum in hanc rem teſtimonia profert.

(*d*) Or. x. p. 307.

(*e*) p. 323. ſeq.

(*f*) p. 324.

(*g*) In libro ſ. oratione *de vindicanda Juliani nece* quam in *Fabric.* Bibl. Gr. vol. 7. editam diximus aperte etiam Chriſtianos accuſat. Vid. in primis §. 5. p. 149. Suſpicioſa maxime ſunt quae narrat *Jo. Malela* Chron. P. 2. p. 21. ſeq.

nis, quid ageretur in urbe & in mundo? Respondet Critias: χαίρουσίγε πάντες, καὶ ἔτιγε χαρήσονται. AMMIANUS autem MARCELLINUS 22, 9. testatur, dum Julianus imperium teneret solus, nec motibus internis esse concitum orbem Romanum, nec barbarorum quemquam exsiluisse fines. Alterum autem hoc est, quod quæ περὶ τῶν ἐξισωτῶν, de Peraequatoribus, in Philopatride dicuntur, in Juliani tempora & ipsa videntur convenire. Sed quid probabile hac de re nobis videatur, diximus in notis ad c. 19. obscurissimum in toto dialogo locum, in quibus etiam exposuimus, quæ de Cretensium virginum caede in Philopatride c. 9. memorata, quam nec ipsam a Juliani aetate abhorrere conjicimus, nostra sit sententia. Pergamus igitur ad ea quæ restant.

XXXIX. Scilicet haud exiguum causſæ meæ & sententiæ praesidium in eo colloco, quod auctor dialogi, cum clare adeo & perspicue Christianis illudat, ipso tamen hoc excellentissimo Christianorum nomine non utitur, sed Galilaeorum. Quæ res vel sola si esset, probabilem alicui sententiam, quam defendendam suscepi, redderet. Sed cum non desint, quæ circa hanc appellationem moveri, nec sine doctissimorum virorum suffragiis, possent, res universa paullo est altius repetenda. Sub prima rei Christianæ initia, qui sanctissimam Servatoris nostri disciplinam essent amplexi, μαθηταὶ hoc est discipuli vocabantur: ab inimicis autem Galilaei itemque Nazareni, a patria ductum Christi utrumque, illud etiam plerorumque Apostolorum. Appellationis utriusque mentionem habent etiam libri sacri, Galilaeorum, Joh. 7, 52. Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ; Nazarenorum autem Act. 24, 5. ubi Paullus πρωτοστάτης τῆς τῶν Ναζαραίων αἱρέσεως vocatur. Durasse haec nomina ad illud tempus, quo Christiani Antiochiæ primum sunt vocati, testis praeter alios est SUIDAS (*a*): Ἰσέον, ὅτι ἐπὶ Κλαυδίου βασιλεύοντος μετωνομάσθησαν οἱ πάλαι λεγόμενοι Ναζωραῖοι καὶ Γαλιλαῖοι, Χριστιανοί. qui id videtur sumsisse ex JOHANNE ANTIOCHENO MALALA, apud quem (*b*) eadem leguntur. Cum enim nominis Christianorum Antiochiæ, Evodio Episcopalem sedem occupante, imposiri mentionem injecisset: πρώην γὰρ, addit, Ναζωραῖοι ἐκαλοῦντο, καὶ Γαλιλαῖοι ἐκαλοῦντο οἱ Χριστιανοί. Post hoc tempus obsoleviſſe Galilaeorum nomen videtur: cum nimirum & aliud esset, quo censerentur Christi discipuli, & prolatis extra Galilaeæ, ac Palaestinæ adeo fines religionis Christianæ pomoeriis, ipsa appellandi cessaret ratio, nisi quis totum mundum in Galilaeam vèrsum esse, voluisset dicere. Inde est quod nulla ab ea aetate Galilaeorum mentio occurrit (*c*), donec Julianus, Christianorum appellationem jam gloriosum aliquid habere videns, stupidæ gentis nomen Christianis & attribuit ipse, & lata lege jussit attribui: quod quidem pertinaciter adeo ipse observat, ut vix credam Christi aut Christianorum nomen in iis, quæ supersunt ab illo scripta, occurrere. GREGORIUS igitur NAZIANZENUS *d*), hunc enim solum ex innumeris fere aliis huc advocasse suffecerit, Καινοτομεῖ, ait, ὁ Ἰουλιανὸς περὶ τὴν προσηγορίαν, Γαλιλαίους ἀντὶ Χριστιανῶν ὀνομάσας τε καὶ καλεῖσθαι νομοθετήσας, & paullo post nomen hoc vocat ὄνομα τῶν οὐκ εὐσεβότων. Hinc demum apparet vis argumenti nostri, ab hac appellatione desumti. Qui enim auctor, cum manifeste de Christia-

(*a*) Voce Ναζωραῖοι.

(*b*) In historia chronica, ut est Oxonii 1691. è codicibus Bodlejanis cum interpret. & not. Edmundi Chilmeadi edita p. 318.

(*c*) Usurpari ait *Dodwellus* de fortitud. Martt. §. 2. a Celso etiam. Sed in libris quidem Origenis octo contra Celsum nullum ejus rei vestigium deprehendo. Observavi autem in fragmento ex epistolis Manetis ſ. Manichaei in *Fabricii* Bibl. Gr. vol. 7. p. 283. Τῶν Γαλιλαίων δὲ φύσις ὀνομαζόντων ἴχνη τ. Χριστ. κ. τ. λ. Utrum sit ipsius Manetis, an alicujus Manichaei, & ad quae tempora, quos homines, referendum sit, jam non vacat disquirere. Interim manemus in observatione *Dodwelli*, in epistolica ad *Moylium* dissertatione p. 343. ubi ait, Auctorem Philopatridis (quem jam ponit scripsisse A. C. 261.) primum esse, quem norimus, qui Galilaeorum appellationem instauraverit, & Christianorum nomine abstinuerit. Haec in tantum assumimus, in quantum fatetur tam diligens observator, nusquam alias ante Julianum Galilaeorum nomen revocatum.

(*d*) Orat. III. quae est invectiva I. in Julianum p. 81.

ſtianis loquitur, hoc quidem auguſto illorum nomine, quod ignorare non potuit, abſtinet, utitur autem illo Galilaeorum, quod cum diu evanuiſſet, a Juliano revocatum, poſt eum iterum obſolevit, is ſub Juliano ſcripſiſſe merito credendus eſt. Hinc, ut praeter viam quaſi hac moneam, patere arbitror, quam recte vir doctiſſimus (*a*) ANTO. PAGI reprehenderit BARONIUM, qui Canonem primum Concilii Apoſtolorum, ſi Dis placet, Antiocheni, eo nomine rejecerat, quod eo decernatur, *ut credentes in Chriſtum, quos illius temporis homines vocabant Galilaeos, Chriſtiani vocarentur*; cum tamen ſatis conſtet, id nominis a Juliano demum Chriſtianis tributum. Qua in re conſentientem ſibi habet NATALEM ALEXANDRUM (*b*). BARONIUM igitur refutaturus PAGI ad Philopatridis auctorem, quem Lucianum putat, provocat, qui ante Juliani tempora Paullum Tarſenſem Galilaeum appellaverit. Nimirum falſus eſt BARONIUS, cum antiquiſſimis Eccleſiae temporibus Galilaeorum appellationem in uſu fuiſſe negavit. Sed infeliciter eum, ex Philopatride, ſi recte illius a me aetas conſtituitur, ANTO. PAGI erroris redarguit. Id quod hic monuiſſe non praeter rem viſum eſt.

XL. Quae de Galilaeorum appellatione dicta a me ſunt, infirmari forte aliquis exiſtimet eo poſſe, quod apud ARRIANUM (*c*) Galilaei pro Chriſtianis dicantur, & Tiberianus in literis ad Trajanum Imperatorem fatigatum ſe Galilaeorum id eſt Chriſtianorum caedibus ſcribat. Verba ejus apud JOHANNEM ANTIOCHENUM MALALAM (*d*) ita habent: *ἀπέκαμον τιμωρούμενος καὶ φονεύων τοὺς Γαλιλαίους τοὺς τοῦ δόγματος τῶν λεγομένων Χριστιανῶν, κατὰ τὰ ὑμέτερα θεσπίσματα κ. τ. λ.* Sed cui non apparet ex tota phraſi, primo & proprio ſignificatu poni nomen, pro iis, qui Galilaeam regionem incolebant? Erat Tiberianus *ἡγεμονεύων τοῦ πρώτου Παλαιστίνων ἔθνους*, id eſt, ut interpretor, Galilaeorum. Hi enim ſi a ſeptentrionali, hoc eſt ſuperiori parte & Romanis etiam, uti Syriae, ubi tum erat Trajanus, viciniori incipias, primus Palaeſtinae gentis populus vocari merito poſſunt (*e*). Scribit igitur Tiberianus ſe ex Galilaeis, qui provincia ipſi evenerant, occidiſſe *τοὺς τοῦ δόγματος τῶν λεγομένων Χριστιανῶν*. Unde etiam SUIDAS (*f*) cum hujus epiſtolae meminit, Galilaeorum mentionem prorſus omittit. *Τιβεριανὸς ἡγεμονεύων τοῦ πρώτου Παλαιστίνων ἔθνους, ἀνήγαγεν αὐτῷ* (Trajano) *λέγων, ὡς οὐκ ἐπαρκεῖ λοιπὸν τοὺς Χριστιανοὺς φονεύειν, ἐκείνων αὐτομάτως ἐπεισαγόντων ἑαυτοὺς τῇ κολάσει.* Ex his igitur probari non poteſt, poſt exortum Antiochiae Chriſtianorum nomen Galilaeos vocari Chriſti ſectatores conſueviſſe. Quod autem de ARRIANI loco eſt, nihilo plus illo effici arbitror. Cum enim in prooemio libri aperte fateatur, ſe Epicteti ſermones non aut ſuo judicio diſpoſuiſſe, aut dictionis elegantia exornaſſe, ſed ſimpliciter ex ore magiſtri commentaria ſibi, ipſis forte verbis, quibus ille uſus eſſet, conſcripſiſſe, (nimirum ut hodie fere ſolent in acroaſibus Doctorum diſcipuli) quae deinde ſe inſcio in hominum manus pervenerint: hinc apparet fieri potuiſſe, & quidni factum dicamus? ut Epictetus, qui ſub Nerone jam celebritatem erat aliquam conſecutus, & usque ad Divi Marci tempora ſuperſtes fuiſſe dicitur (*g*), vel eo ipſo tempore, quo de Galilaeis natione, qui iidem profeſſione Chriſtiani eſſent, retulit ad Trajanum Tiberianus, in eorum mentionem incide-

rit

(*a*) In Crit. Anti-Baron. ad A.C. 56. n. 3.

(*b*) Hiſt. Eccleſ. ſec. 1. diſſ. xx. p. 212.

(*c*) L. 4. ſermonum Epicteti c. 7.

(*d*) In hiſtoria chronica p. 356. Quae de *ταυτότητι* hujus epiſtolae vel *γνησιότητι* diſputantur apud *Basnagium* Annal. Eccl. A. 117. ar. 4. ea ad noſtram rem nihil faciunt. Mihi ſuſpectam maxime reddit formam certe epiſtolae uſus pronominum & verborum plurarium de uno Trajano.

(*e*) Nam illa ſolennis Palaeſtinae in primam, ſecundam & tertiam diviſio aut Theodoſii M. poſtremis, aut primis Arcadii temporibus orta, huc non pertinet, de qua Jac. Gothofr. ad l. 3. C. Theod. de protoſtaſia.

(*f*) V. *Τριβιανός*.

(*g*) Merito hoc poſterius in dubium vocante *Fabricio* Bibl. Gr. 4, 7. p. 259. ſeq. & ante illum *H. Dodwello* diſſ. de aetate Peripli maris Euxini §. 7. ſeqq. ubi copioſe demonſtrat ultra Hadriani annum XX. non vixiſſe.

rit (*a*), quæ illius dicta bona fide excepit ARRIANUS, & ad posteros transmisit. Illud vero monuisse hoc in loco, quanquam non ad nostrum institutum pertinet, haud abs re fuerit, ita vulgo Epicteti verba accipi, ac si μανίαν quandam ac stuporem Christianis tribuat, in quo ego injuriam fieri optimo seni arbitror. Dixerat, si quis ab insania aliqua aut furore ita esset affectus, ut perinde ipsi esset, habere uxorem ac liberos, aut non habere, & quod ad vitam, bonaque alia similiter existimaret; huic nullum fore tyrannum horribilem, satellites nullos, nullos gladios extimescendos. Jam subjungit: εἶτα ὑπὸ μανίας μὲν δύναταί τις οὕτω διατεθῆναι πρὸς ταῦτα, καὶ ὑπὸ ἔθους οἱ Γαλιλαῖοι, ὑπὸ λόγου δὲ καὶ ἀποδείξεως οὐδεὶς δύναται μαθεῖν κ. τ. λ. Itaque μανίαν profecto non tribuit Galilaeis, sed ita dicit: si insania quibusdam causa esse potest, ut parvi externa faciant, & nihil timeant adversi: si porro Galilaei ex consuetudine (institutionem forte commodius intelligemus) talia contemnunt: pudor est, non posse ab ratione aliquem eo perduci &c. Sed id jam non agimus.

XLI. Bene adhuc in Juliani tempora convenit Philopatris. Sed scrupulum injicit illud, quod non Christiani tantum irridentur hoc dialogo, sed gentilium etiam Deastri acerbissime priori ejus parte perstringuntur. Videri igitur alicui possit, illum non esse scriptum in Juliani gratiam, cui minime omnium probari Numinum suorum infectatio potuerit. Sed plures hic sunt elabendi viæ. Forte auctor, ut aegre faceret Christianis, exososque illos magis Juliano redderet, quibus ludibriis avita numina traducerent, in Triephontis persona repraesentavit. Forte auctor, cum sibi Lucianum suum non tam imitandum quam exscribendum proposuisset, flosculos ejus hac in parte consectatus est, & verborum amoenitate ductus ipsas etiam sententias improvide assumsit: quales hodienum errores ab ineptis hominibus, quorum numero nostrum vix quisquam eximendum censebit, committi interdum, constat. Sed si vel sciens prudensque fecit, tamen timendum ei non erat, ut Julianum offenderet, ut qui ipse absurdas de Diis fabulas, a Poëtis ad res sublimiores sub istis quasi symbolis repraesentandas, putabat esse confictas (*b*). Quin ipse salsis jocis in Deos illos ἀποσκώπτει (*c*), ut adeo ab ira ejus ob laesam siculneorum numinum majestatem metuere sibi auctor Philopatridis non debuerit. Ita Socratem impietatis postulat Aristophanes derisor ipse Deorum, qui publice tum colebantur, maximus. Et novimus, hoc profuisse vitæ Christianam religionem, ut ethnicos etiam puderet anilium fabularum, quemadmodum Luthero & Calvino multa debent remota scandala illæ etiam Ecclesiæ, quæ in Romani Pontificis ditione manserunt.

XLII. Juliani igitur tempore scriptum esse Philopatrin, credat fortasse nobis aliquis, nisi ille adhuc supereſſet scrupulus, qui factum, ut tantum junioris Luciano auctoris dialogus inter illius opera & censeri coeperit, & diu adeo delituerit? Hic praeter ea quæ communia sunt, & de suppositiciis quibusvis possunt dici, dictaque olim sunt, & huic satisfacere scrupulo, & praeterea valde magnam sententiæ nostræ verisimilitudinem conciliare illud puto, quod Juliani tempore vixit, ipsique amicus Imperatori fuit LUCIANUS SOPHISTA aliquis, ad quem extat hodienum scripta a Juliano epistola, quæ quoniam brevissima est, & elegantiæ omnis plenissima, non ingratum lectori facturus videor, si totam adscribam (*d*).

Iou-

(*a*) Sub Trajani certe imperio sermones illos ab Epicteto habitos, probant *Fabric.* l. c. & *Dodwellus* l. c. §. 12.

(*b*) E. g. Or. in Matrem Deorum p. 170. Veteres, ubi investigata a se rerum principia detexissent, ἐσκώπτουσιν αὐτὰ μύθοις παραδόξοις, ἵνα δῆθεν τῷ παραδόξῳ, καὶ ἀπεμφαίνοντι τὸ πλάσμα φαιδρὸν, ἐπὶ τὴν ζήτησιν ἡμᾶς ἡ ἀληθείας προτρέψῃ. Ita oratione in Solem p. 136. ἄτοπα δὲ ὡς ἔπος εἰπεῖν ποιητικῆς μούσης ἀθύρματα vocat, quae de συνδιασμῷ & γάμοις Deorum dicantur apud HOMERUM.

(*c*) In illius Caesaribus Divus Marcus, ut se Deorum imitatorem probet, illorum corpora τὸ οὐ τῆς ἀναθυμιάσεων τροφῆς indigere asserit, & Jovis exemplo (Il. E. 897.) indulgentiam erga Commodum suum tuetur. In fine hujus Commentarii τιμῶν & ἀσεβείας Deas comminiscitur. &c.

(*d*) Epist. XXXII. p. 404. ed. *Lipsi.*

Ἰουλιανῷ Λουκιανῷ σοφιστῇ. Γράφω καὶ ἀντιτυχεῖν ἀξιῶ τῶν ἴσων, εἰ δὲ ἀδίκως συνεχῶς ἐπιστέλλων, ἀντεπιστηθῆναι δέομαι τῶν ὁμοίων παθῶν. Quid si dixerimus, ab hoc ſcriptum eſſe Philopatrin? nominis deinde ſimilitudine deceptos librarios in unum cum Samoſatenſi volumen compegiſſe? Ad haec qui Philopatrin cum iis quæ Lucianus ſcripſit comparaverit, Lucianeum eſſe illum, id eſt Luciani imitatione ſcriptum, & e verbis fere Luciani ſenioris illius compilatum, eoque nomine commentariis illius immixtum merito, negare profecto vix ſuſtinebit. Atque hoc eſt, de quo antequam finiamus, aliqua ſunt dicenda.

XLIII. Nimirum, ſi quis noſtras annotationes inſpicere voluerit, ille cognoſcet, nullam fere eſſe extantiorem ſententiam, ne phraſin quidem aut verſum Homeri allegatum, quæ non iisdem pene verbis in iis, quæ Lucianus edidit, reperiantur, id quod temere fieri non potuiſſe jam ſupra dictum eſt. Exempla huc adſcribere ſupersedeo, non eſt enim longus dialogus, & ſingulis fere paginis ſpecimina occurrunt. Sed illud tantum hoc in loco oſtendam, oeconomiam quam vocant, & diſpoſitionem Philopatridis, cum illa, quæ in Nigrino eſt a Luciano adhibita, ex aſſe convenire. In utroque dialogo illa eſt quaſi primaria hypotheſis, ut narret amico amicus ſermones a ſe auditos ἐνεργητικωτάτους, in quos forte fortuna & quaſi transeundo inciderit: in Nigrino quidem Philoſophi Platonici, Sophiſtarum quorundam in Philopatride. Hi ſermones deinde approbantur in Nigrino & laudantur ab eo qui primum illos audit: in Philopatride autem irridentur & condemnantur. Effectus utrinque idem eſt, inſignis animi, corporisque adeo mutatio, vehementior illa quidem in Philopatride, in Nigrino, pro objecti ſcilicet ratione, lenior. Jam occaſio dialogi utriusque eſt occurſus fortuitus duorum veterum amicorum, quorum miratur alter ſubitam alterius immutationem. Tum per maximas ambages pervenitur tandem ad caput cauſſae, in Nigrino moras nectente ipſo qui narrat, prooemiisque alterum ingentibus fatigante: in noſtro arrepta juris jurandi mentione, a Critia, qui narrat, praeſtandi, Triepho praecipuos gentilium Deos falſe perſtringit. Poſt narrationem ſequitur in utroque dialogo effectus, qui in narrante primum fuerat, cum eo cui narrat, communicatio, quæ utrobique adhibita de canis rabidi morſu ſimilitudine explicatur. In Philopatridis fine demum quaſi cataſtrophe quaedam adjicitur, brevis illa quidem, ſed quæ cauſſa ſcribendi auctori extitit procul dubio. Poterant haec amplius ſingula dilatari, ſed metuo ne tamen non ſatis intelligar, niſi quis utraque συγγράμματια inter ſe componere ſuſtinuerit. Satis igitur fuerit haec indicaſſe. Habes, Lector, ſententiam de Philopatride noſtram, in quam cum ante hos quinque & viginti annos incidiſſem, eamque in Jenenſium Philoſophorum cathedra diſputaſſem; ante decem annos in Lipſienſi quoque Academia eam publicè propoſui. Interjecto tempore cum multum de eo ſit argumento diſceptatum, quaedam etiam contra illam meam diſputationem prolata in medium (a) cognoverim: tantum tamen abeſt, ut audierim quidquam legerimve, quod a ſententia me mea demoveret, cujus tuendæ nullam profecto aliam cauſſam habeo, praeterquam quod veram eſſe puto, quasdam etiam deſerendæ; ut potius magis ſubinde confirmatus, non jam juvenile ἀγώνισμα arbitrer, ſed κτῆμα quoddam, perennaturo, ut ſuſpicari fas eſt, operi, Luciano Wetſteniano, quod intexatur, non penitus indignum.

(a) Non feci in hac diſſertatione mentionem To. Eckardi viri ſane docti, &, quod aeque magnum eſt, modeſti. Hic in libro, quo *Non-Chriſtianorum de Chriſto teſtimonia ex antiquis monumentis* propoſuit ac dijudicavit *Quedlinburgi* 1725. 4. edito, a p. 107. pluſcula contra meam ſententiam protulit: quae in Lipſienſi diſputatione a me excuſſa ſunt: ſed hic repetenda non putavi, cum nihil ſit, ad quod non vel in adnotationibus vel in hac diſputatione reſponſum ſatis arbitrer. Hic tantum mentionem ejus rei faciendam cenſui, ne quis vel non viſam mihi vel contemtam viri cari mihi, dum viveret, commentationem putet, quorum alterum ſupinae negligentiae, ſuperbiae alterum facile poſſet tribui.

FINIS TOMI TERTII.

INDEX
DIALOGORUM ET OPUSCULORUM
LUCIANI.

Numerus major Tomum, minor paginam denotat.

A.

ABdicatus. Tom. II. pag. 159.
Accuſatus. Bis accuſatus. II. 791.
Adverſus Indoctum. III. 99.
Aëtion ſ. Herodotus. I. 831.
Alexander ſ. Pſeudomantis II. 207.
Amicitia ſ. Toxaris. II. 507.
Amores. II. 397.
Anacharſis ſ. de Gymnaſiis. II. 883.
Antiochus, vel Zeuxis. I. 839.
Apophras, ſ. de die Nefaſto. III. 161.
Aſinus, ſ. Lucius. II. 567.
Aſtrologia. II. 361.
Auctio Vitarum. I. 540.

B.

BAcchus ſ. Praefatio. III. 75.
Balneum ſ. Hippias. III. 66.
Bis Accuſatus. II. 791.

C.

CAlumnia. De Calumnia non cred. III. 125.
Cataplus ſ. Tyrannus. I. 620.
Caucaſus, ſ. Prometheus. I. 185.
Charidemus, ſ. de pulchritudine. III. 618.
Charon ſ. Contemplantes. I. 487.
Concilia Deorum. III. 527.
Contemplantes. Vid. Charon.
Convivium, ſ. Lapithae. III. 419.
Cronoſolon i. e. Legislator III. 393.
Cycni, ſ. Electrum. III. 87.
Cynicus. III. 539.

D.

DE Aſtrologia. II. 361.
De die Nefaſto. III. 161.
De Dipſadibus. III. 234.
De Domo. III. 191.
De Electro, ſ. Cycnis. III. 87.
De Gymnaſiis, ſ. Anacharſis. II. 883.
De Luctu. II. 922.
De morte Peregrini. III. 325.
De Mercede Conductis. I. 651.
Demonax. II. 374.
Demoſthenis Encomium. III. 490.
De non temere credend. Calumn. III. 125.
De Paraſito. II. 837.
De Sacrificiis. I. 515.
De Saltatione. II. 265.
De Sectis, ſ. Hermotimus. I. 739.
De Syria Dea. III. 451.
Dearum Judicium. I. 252.
Deorum Concilia. III. 527.
DEORUM DIALOGI. I. 204.
Promethei & Jovis. I. 204.
Cupidinis & Jovis. *ib.* 205.
Jovis & Mercurii. 207.
Jovis & Ganymedis. 208.
Junonis & Jovis. 213.
Junonis & Jov. iterum. 216.
Apollinis & Vulcani. 220.
Vulcani & Jovis. 224.
Neptuni & Mercur. 227.
Mercuri & Solis. 229.
Veneris & Lunae. 231.
Veneris & Cupidinis. 233.
Jovis, Aeſculapii & Herculis. 235.
Mercurii & Apollinis. 238.
Mercurii & Apollinis iterum. 241.
Junonis & Latonae. 243.
Apollinis & Mercurii. 245.
Junonis & Jovis. 247.
Veneris & Cupidinis. 249.
Dearum Judicium. 252,
Martis & Mercurii. 267.
Panos & Mercurii. 269.
Apollinis & Bacchi. 273.
Mercurii & Majae. 275.

Jovis & Solis. I. 277.
Apollinis & Mercur. 280.
DIALOGI MARINI. I. 288.
Doridis & Galatheae. *ib.* 288.
Cyclopis & Neptuni. 291.
Alphei & Neptuni. 295.
Menelai & Protei. 298.
Panopes & Galenes. 300.
Tritonis, Amymones & Neptuni. 302.
Noti & Zephyri. 305.
Neptuni & Delphinum. 307.
Neptuni & Nereïdum. 310.
Iridis & Neptuni. 315.
Xanthi & Maris. 316.
Doridis & Thetidis. 318.
Neptuni & Enipei. 320.
Tritonis & Nereïdum. 321.
Zephyri & Noti. 325.
DIALOGI MORTUORUM. I. 328.
Diogenis & Pollucis, *ib.* 328.
Pluto, ſ. contra Menippum. 336.
Menippi, Amphilochi, & Trophonii. 338.
Mercurii & Charontis. 341.
Plutonis & Mercurii. 343.
Terpſionis & Plutonis. 347.
Zenophantae & Callidemidae. 355.
Cnemonis & Damnippi. 358.
Simyli & Polyſtrati. 359.
Charontis & Mercur. ac diverſorum mortuorum. 363.
Cratetis & Diogenis. 376.
Luciani Scipio. 380.
Diogenis & Alexandri. 389.
Alexandri & Philippi. 394.
Achillis & Antilochi. 399.
Diogenis & Herculis. 402.
Menippi & Mercur. 408.
Aeaci, Proteſilai, Menelai & Paridis. 410.
Menippi & Aeaci. 412.
Charontis, Menippi, & Mercur. 423.
Plutonis & Proteſilai. 426.
Diogenis & Mauſoli. 429.
Nirei, Therſitae, & Menippi. 431.
Menippi & Chironis. 434.
Diogenis, Antiſthenis, & Cratetis. 437.
Menippi & Tireſiae. 445.
Ajacis & Agamemnonis. I. 448.
Minoïs & Soſtrati. 450.
DIALOGI MERETRICII. III. 280.
Glycera & Thaïs. *ib.* 280.
Myrtium, Pamphilus & Doris. 281.
Mater & Philinna. 284.
Meliſſa & Bacchis. 286.
Clonarium & Leaena. 289.
Crobyle & Corinna. 292.
Mater & Muſarium. 295.
Ampelis & Chryſis. 299.
Dorcas, Pannychis, Philoſtratus, Polemon. 301.
Chelidonium & Droſe. 305.
Tryphaena & Charmides. 308.
Ioëſſa, Pythias, & Lyſias. 310.
Leontichus, Chenidas & Hymnis. 315.
Dorio & Myrtale. 319.
Cochlis & Parthenis. 322.
Dipſades. De Dipſadibus. III. 234.
Diſſertatio cum Heſiodo. III. 240.
Domus. De Domo. III. 191.

E.

Electrum. De Electro ſ. Cycnis. III. 87.
Encomium Patriae. III. 229.
Encomium Muſcae. III. 91.
Epigrammata. III. 674.
Epiſtola ad Nigrinum. I. 37.
Epiſtolae Saturnales. III. 401.
Eunuchus. II. 351.

F.

Fugitivi. III. 365.

G.

Gallus, ſ. Somnium. II. 703.
Gymnaſia, ſ. Anacharſis. II. 883.

H.

Halcyon, ſ. de Transformatione. I. 176.
Harmonides. I. 850.
Hermotimus, ſ. de Sectis. I. 739.
Herodotus, vel Aëtion. I. 831.
Hercules, ſ. Praefatio. III. 82.
Heſiodus. Diſſertatio cum Heſiodo. III. 240.
Hippias, ſ. Balneum. III. 66.
Hiſtoria quomodo Conſcribenda. II. p. 1.
Hiſtoriae Verae. Lib. 1. T. II. 71.
Hiſtoriae Verae. Lib. 2. T. II. 104.
Hoſpes, ſ. Scytha. I. 859.

Hypernephelus, ſ. Icaromenippus. II. 751.

I.

Icaromenippus, ſ. Hypernephelus. II. 751.
Imagines. II. 459.
pro Imaginibus. II. 484.
Incredulus, ſeu Philopſeudes. III. 29.
Indoctus. Adverſus Indoctum. III. 99.
Iſthmus, ſ. Nero de foſſ. Iſthmi. III. 636.
Judicium Vocalium. I. 83.
Jupiter Confutatus. II. 626.
Jupiter Tragoedus. II. 642.

L.

Lapſus. Pro Lapſu inter ſalutand. I. 724.
Lapithae, ſ. Conviv. III. 419.
Luciani vita, ſ. Somnium. I. p. 1.
Lexiphanes. II. 317.
Longaevi, vid. Macrobii. III. 209.
Lucius, ſ. Aſinus. II. 567.
Luctus. De Luctu. II. 922.

M.

Macrobii. III. 209.
Menippus, ſeu Necyomantia. I. 453.
Merces. De Mercede Conductis. I. 651.
pro Mercede Conductis. I. 705.
Mors. De morte Peregrini. III. 325.
Muſcae Encomium. III. 91.
Miſanthropos, ſ. Timon. I. 98.

N.

Navigium, ſ. Vota. III. 247.
Necyomantia, ſ. Menippus. I. 453.
Nefaſtus dies. Vid. Apophras.
Nigrinus. I. 37.
Nero, ſ. de foſſione Iſthmi. III. 636.

O.

Ocypus. III. 665.

P.

Palinurus. III. fin.
Paraſitus. De Paraſito. II. 837.
Patriae Encomium. III. 229.
Peregrinus. De morte Peregrini. III. 325.
Phalaris prior. II. 187.
Phalaris alter. II. 201.
Philopatris. III. 584.
Philopſeudes, ſ. Incredulus. III. 29.
Piſcator, ſ. Reviviſcentes. I. 570.
Pro Imaginibus. II. 484.
Pro lapſu inter ſalutand. I. 724.
Pro mercede conductis. I. 705.
Prometheus es in verbis. I. 23.
Prometheus, ſeu Caucaſus. I. 185.
Promethei & Jovis Dialogus. I. 204.
Praefatio, ſ. Bacchus. III. 75.
Praefatio, ſ. Hercules. III. 82.
Pſeudomantis, ſ. Alexander. II. 207.
Pſeudoſophiſta, ſ. Soloeciſta. III. 552.
Pſeudologiſta, ſ. de die Nefaſto. III. 161.
Pulcritudo. De pulcritud. vid. Charidemus.

Q.

